a Pœna arbitraria punitur is, qui condemnatum eripuit: quæ etiam capitalis eſſe poteſt *v. Bal. hic. & Boſſium tit. de Captura 3. nu. 15. 16. 17. & 18.* b nota epiſcopi munus.
c Delicta monachorum ab epiſcopis ſunt vindicanda.
d *v. l. 29. J. de appellation.* e ſumpta hæc lex videtur ex *l. 10. C. Theodoſ.* de iuriſdictione, & vbi quis conueniri debeat *li. 2.* Eſt enim eorundem imperatorum & ad eundem Eutychianū: niſi quod illa de Iudęis, hęc de Chriſtianis loquitur, illa Conſtantinopoli, hęc Mediolani ſcripta eſt.

librarum auri multa, & primates officij capitali eſſe ſententia feriendos, niſi vſurpatio iſta vindicetur. At ſi tanta clericorum aut monachorum audacia eſt, vt bellū potiùs, quàm iudicium futurum eſſe exiſtimetur: ad clementiam noſtram commiſſa referantur, vt arbitrio[a] noſtro mox ſeuerior vltio procedat. Ad epiſcoporum ſanè culpam (vt cętera) redundabit, ſi quid fortè in ea parte regionis, in qua ipſi populos Chriſtianæ religionis doctrinæ inſinuatione moderantur[b], ex iis, quæ fieri hac lege prohibuimus, à monachis perpetratum eſſe cognouerint, nec vindicauerint.[c] Quibus in cauſa[d] criminali, humanitatis conſideratione, ſi tempora ſuffragantur, interponendæ prouocationis copiam non negamus. Dat. VI. Kal. Aug. Mnyzo, Honorio A. IIII. & Eutychiano Conſſ. 398.

*De his qui ex conſenſu litigant apud epiſcopum.*

7. Iidem AA. Eutychiano P.P.

SI[e] qui ex conſenſu apud ſacræ[f] legis antiſtitem litigare voluerint, non vetabuntur: ſed experientur illius in ciuili duntaxat negotio, more[g] arbitri, ſponte reſidentis iudicium. Quod his obeſſe non poterit, nec debebit, quos ad prædicti cognitoris examen conuentos, potiùs abfuiſſe[h] quàm ſponte veniſſe conſtiterit. Dat. VI. Kal. Aug. Mediolani, Honorio A. IIII. & Eutychiano Conſ. 398.

8. Imppp. *Arcadius, Honor & Theod.* AAA. Theodoro P.P.

EPiſcopale iudicium ratum ſit omnibus, qui ſe audiri à ſacerdotibus elegerint. eámque illorum iudicationi adhibendam eſſe reuerentiam iubemus, quam veſtris[k] deferri neceſſe eſt poteſtatibus, à[l] quibus non licet prouocare.[m] Per iudicum quoque officia, ne ſit caſſa epiſcopalis cognitio, definitioni[n] executio tribuatur. Dat. Id. Decemb. Baſſo & Philippo Conſſ. 408.

*Auth. ex Nou. 123. c. 21.*

*SI quis litigantium intra decem dies contradicat*[o] *his, quæ iudicata ſunt: tunc locorum iudex examinet cauſam:*[p] *& ſi inuenerit iudicium rectè factum, etiam per ſententiam ſuam propriè hoc confirmet*[q]*, & executioni*[r] *propriæ tradat, quæ iudicata ſunt: & non liceat victo iterum in tali cauſa appellare. Si verò ſententia iudicis contraria fuerit: tunc licet à ſententia iudicis appellare. Si tamen ex imperiali iuſſione, aut iudiciali*[s] *præcepto epiſcopus iudicat inter quaſcunque perſonas: appellatio aut ad principem, aut ad eum, qui tranſmiſit negotium, transferatur.*

*De cuſtodiis.*

9. Impp. *Honor. & Theod.* AA. Cæciliano P.P.

IVdices[ſ] dominicis[t] diebus productos reos de cuſtodia[u] carcerali videant, & interrogent: ne his humanitas clauſis[x] per corruptos carcerum cuſtodes negetur, victualem ſubſtātiā non habentibus faciant miniſtrari libellis[y] duobus, aut tribus diurnis, vel quot exiſtimauerint commentarienſes[z], decretis[a] quorum[b] ſumptibus proficiant alimoniæ pauperum. quos ad lauacrum ſub fida cuſtodia duci oportet. multa iudicibus viginti librarū auri, & officiis[c] eorum eiuſdem ponderis conſtituta. ordinibus quoq; triū librarum auri multa propoſita, ſi ſaluberrima ſtatuta contempſerint. Nec deerit antiſtitum Chriſtianæ religionis cura[d] laudabilis, quæ ad obſeruationem conſtituti iudicis hanc ingerat monitionem. Dat. VII. Idus Feb. Rauennę, Honorio VIII. & Theodoſio III.[e] AA. Conſſ. 409.

*De mathematicis.*

10. Iidem AA. Cæciliano P.P.

MAthematicos[f], niſi parati ſint, codicibus[g] erroris proprij ſub oculis epiſcoporum incendio concrematis[h] catholicæ religionis cultui fidem tradere, nunquam[i] ad errorem primum redituri, non ſolùm vrbe Roma, ſed e-

f Idem licuit Iudęis apud ſuos Patriarchas, *d. l. 10. C. Theod.*
g In ciuili negotio laici poſſunt in epiſcopum quaſi arbitrum & cognitorem, compromittere: eiúſque iudiciū firmum erit: latū tamen aduerſus ſolos præſentes.
h adfuiſſe *Hal.*
i Epiſcopus comparatur præfecto prætorio *vt hic.* vt & alibi conſuli, *in Auth. ſed epiſcopatus 34. ſ. tit. prox.*
k noſtris deſerti.
l à præfecto prętorio non appellatur, ſed ſupplicatur *l. vn. J. de ſententiis præf. præt. l. 19. J. de appell.*
m ſi prorogatio fit ſeu conſentitur in iudicio à cuius ſententia no appellatur, in cauſa autem prorogata appellari non poterit *Bar. hic Ludou. Romanus ſingulari 12.*
n quaſi ſi ſcribatur, definitio executioni tribuatur.
o Contradictio animo appellandi, eſt ſpecies appellationis *Bal.*
p Sententia rectè lata confirmanda.
q ne dicas ſimpliciter, Eum qui ſententiam confirmat, eam exequi. Secundus iudex hîc ſentētiā exequitur, quia priori, i. epiſcopo, nulla competebat executio. Et ita ſecularis magiſtratus rogatus ab epiſcopali magiſtratu ſententiam exequi debet. *facit l. 5. J. de iuriſd. adde Roland. è Valle 1. conſil. 37. num. 1.* Quod ſi quæras cuius iudicis ſit exequi, ſic habēdum eſt, in criminalibus, vt ſæpius, remitti reū ad locum delicti. In ciuilibus abſolutoriā ſententiam ſecum trahere executionem: correctoriam, executioni mandari à ſecundo iudice: quia ex ea ius oritur. Confirmata ſententia iudicio ſecundo non vtriuſque eſt executio, ſed iudicis ſecundi. Confirmata tempore, ceu deſertione appellationis, prioris *v. Bald. hic.*
r Seculares iudices poſſunt cauſas epiſcopis delegare.
ſ *Lex 7. Cod. Theodoſ. de cuſtodia reorum lib. 9.*
t aliis etiam diebus epiſcopi tenentur id facere *leg. 22. J. eodem.*
u ſenſus eſt, Diebus dominicis præſides debere cuſtodias inuiſere: & curare vt commentarienſes eos tractent humaniter, eíſque, (niſi de ſuo viuant) præbeant & alimonia & lauacra.
x fortè in intimis tenebris *l. 1. J. de cuſtod. reor. 9. C. Theodoſ. 3. l. 7.*
y *d. l. 7.* Libelli, ſuntne libræ farris, vt vult lex 12. tabularum, *apud Gell. 20. c. 1.* aut, vt *ibidem* vult Fornerius *1. ſent. 6.* ſelibræ? Libella hîc, ſuntne libra (à libo deducta) vt vult Accurſius? An potius vox *Libellu* à libro deducitur, vt putat Spigelius? An verò à plurali libellæ (libræ diminutiuo) deriuabitur? quod Alciatus putat *1. Parerg. 17.* eo ſcilicet ſenſu, vt chœnix victualis ſubſtantiæ cuſtoditis ſit præſtādus. An potiùs cum Forcatulo *c. 23. pœnus in f.* dicemus legendum *Libellis duabus.* in fœminino. eáque voce nummos ſignificari? vt ſit ſenſus: In carcerem coniectis, iiſque egenis pecuniam ex publico dari, quanta ad tenuem alimoniam ſatisfecerit, eámque cuſtodiis emi à commentarienſi, ſumptibus duarum aut trium libellarum.
z vt commentarienſi *d. l. 7.* & malè. ſic lege commentarienſi.

tiam omnibus ciuitatibus depelli decernimus. Quòd[k] ſi hoc non fecerint, & contra clementiæ noſtræ ſalubre conſtitutum in ciuitatibus fuerint comprehenſi, vel ſecreta erroris ſui & profeſſionis inſinuauerint: deportationis pœnam excipiant. Dat Kal. Feb. Rauen. Honor. VIII. Theodoſio III. AA. Conſſ. 409.

*De reuerſis ab hoſtibus.*

11. Iidem AA. Theodoro præfecto prætorio.

CHriſtianos[l] proximorum[m] locorum volumus ſolicitudinem gerere, vt Romanos captiuos, qui reuerſi fuerint, nemo teneat[n], nemo iniuriis aut damnis afficiat. Dat. III. Idus Decemb. Honorio VIII. & Theodoſio III. AA. Conſſ. 409.

*De lenonibus.*

12. Impp. *Theod. & Valentinia.* Florentio præfecto prætorio.

SI[o] lenones patres & domini[p] ſuis filiabus vel ancillis peccandi neceſſitatem impoſuerint: liceat filiabus & ancillis, epiſcoporum[q] implorato ſuffragio, omni miſeriarum neceſſitate abſolui[r]. Dat.[ſ] Kal. Maij, Felice & Tauro Conſſ. 428.

*De clericos lite pulſantibus.*

13. Imperator *Marcianus* A. Conſtantino P.P.

DEcernimus: vt[t] quicunque catholicarum eccleſiarum, quæ ſub viro religioſo archiepiſcopo huius[u] almæ vrbis ſunt, reuerendiſſimum œconomum, (ſiue de eccleſiaſticis, ſiue de propriis, & ad ipſum ſolum pertinentibus cauſis) vel quemcunque alterum earundem eccleſiarum clericum aliqua voluerit lite pulſare: apud[x] memoratum beatiſſimum archiepiſcopum cauſam dicat, in negotiis audiendis fidem ac ſynceritatem geminam[y] præbiturum, & ſacerdotis, & iudicis. volentibus[z] tamen actoribus pateat epiſcopale iudicium. ac nullus, qui huiuſcemodi intendit in ſacroſanctis eccleſiis, vel in prædictis clericos actionem, ad religioſiſſimum antiſtitem ducatur inuitus. Dat. VIII. Aprilis. Varari & Ioanne Conſſ. 456.

*De lenonibus. 1. Ne mulier inuita coniungatur mimis aut choris, aut aliud ſpectaculum in theatro agat.*

14.[a] Imperator *Leo* ad populum.

NEque ſeruum neque liberum corpus, ſit, qui[b] audeat in meretriciam vitā producere, aut proſtare, ſiue thymelicus[c] fuerit, ſiue alio pacto ſcenica perſona. ac, ſi mancipium ſit, quod proſtat, in libertatem vindicetur à quocunque ſine vllis ſumptibus apud eius oppidi magiſtratum aut epiſcopum. 1 ¶ Quib. curæ erit, ne etiam inuitam mulierem liberam, aut ancillam coniungi patiantur mimis aut choris, aut aliud ſpectaculum in theatro[d] agere inuitam.

*De aduocatis.*

15. Impp. *Leo & Anthemius* AA. Nicoſtrato P.P.

NEmo[e] vel in foro magnitudinis tuæ, vel in prouinciali iudicio, vel apud quenquam iudicem accedat ad togatorum conſortium, niſi[f] ſacroſanctis catholicæ religionis fuerit imbutus myſteriis. Sin autem aliquid, quoquo modo, vel quadam etiam machinatione, factum, vel attentatum fuerit: officium quidem ſublimitatis tuæ centum librarum auri iacturam pro condēnatione ſuſtineat. idem verò quicunque auſus fuerit, contra prouidum noſtræ ſerenitatis decretum, officium aduocationis per ſurreptionem arripere, & prohibitum patrocinium prſtiterit, ab aduocationis officio remotus, ſtylum proſcriptionis ac perpetui exilij ſpecialiter ſuſtinebit, ſciturís etiā prouincia-

a decretis; quorum, &c. *Hal.* decretis quorum, &c. *d. l. 7. Co. Theodoſ.*
b Si vera eſt lectio Alciati & Forcatuli legendum eſt *quarū*, nec enim vox libellis libri aut libi diminutiuum eſt ſed libræ: niſi eo relatiuo intelligamus ipſos nummos. vt ſit ſenſus: Commentarienſi duas aut tres libellas diurnas, pauciores vel plures, in vſum cuſtodiarū, quæ inopes ſunt decerni. Ego verò ita legendum puto, quæ proficiant alimoniæ, & ſumptib. pauperum, quos ad lauacrum, &c.
c id eſt, miniſtris.
d *v. huius tit. Epigraphen.*
e VIII. *d. l. C. Theod.*
f *l. vlt. C. Theod. de maleficis & mathematicis & his ſimilibus l. 9. ſyn. Baſil.* ... 17. Mathematici, ſunt impoſtores, qui mathematicorum liberalium nomine abutentes ineptias ſectantur, ſue fata cuiuſque noſſe, & natalitias ſyderum obſeruationes quibus ſimile ariolí, aruſpices, vaticinatores, ſomniorū interpretes *v. J. de maleficiis.*
g i. libris.
h *v. l. 6. J. de hæreticis.*
i id eſt, ac iureiurando dato, ſe nunquam in eum errorem relapſuros.
k Tribonianus hîc ſomniauit. Rectiùs Græci εἰ γὰρ μὴ ταῦτα, i. ſi poſtea, vt ſit ſenſus, Si poſt hanc legem latam.
l Pars vltima legis vltimæ Cod. Theodoſ. de *poſtliminio lib. 5.* Porro Chriſtianorū voce hîc maximè intelligit, Epiſcopos Chriſtianorum.
m ſenſus eſt, Subditi Romani hoſtium vicini, operam dare debent, vt captiuis Romanis libera ad ſuos ſit redeūdi facultas *5. Cod. Theod. 4. l. 1.*
n ſub iure pignoris.
o Pars legis 2. C. Theodoſ. de Lenonibus lib. 15. Extat & eadem hæc lex in *l. 6. J. de ſpectaculis lib. 11. tit. 40. ſyn. Baſil. 60. tit. 38. c. 1.*
p ſed & redemptores *l. 7. J. de poſtlim. reuerſis.*
q *leg. 6. J. de ſpectaculis, lib. 11. tit. 40. 15. C. Theod. 9. leg. vlt.*
r fiunt ſui iuris patria poteſtate hunc in modum ſoluta *d. c. 1.*
ſ *Dat. XI. Cal. v. leg. vlt.*
t *adde l. 25. ſ. de epiſcopis.*
u *l. 34. §. 3. ſ. de epiſcopis.*
x *d. §. 3.* hæc lex abrogatur *l. 29. in pr. J. eo.*
y Perſonam duorum ſuſtinere quis interdum poteſt, ſacerdotis & iudicis *vt hic.*
z *v. l. 25. l. 33. ſ. de epiſcopis.*
a Interpretatio Antonij Auguſtin.
b *v. l. vl. J. de nupt.*
c *de quo vide l. 10. ff. de pollicitat.*
d *l. 33. J. eod.*
e *l. vl. J. de poſtulando: Nou. 112.*
f *v. l. 9. J. de diu. off.* Non alia ratione Iuſtinianus Gilimeri negauit patriciatus dignitatem, quàm quod Arrianus eſſet *Procopius.* Hinc collige, non alios quàm Chriſtianos orthodoxos ad Reipublicæ curam vel adminiſtrationem, vel inſtitutionem admitti, *adde l. 5. ſ. eod. l. 19. J. eo. l. 18. J. tit. prox. Nou. 8. c. 4.*

rum



rum rectoribus, quòd is, ſub cuius adminiſtratione aliquid huiuſmodi fuerit attentatum, partis bonorum dimidiæ proſcriptionem, & pœnam exilij per quinquennium ſuſtinebit. Dat. pridie Kalend. Auguſt. Conſtantinopo. Anthemio A. II. Conſſ. 468.

*De arrhis ſponſalitiis.*

16. Iidem AA. Erythrio præfecto prætorio.

SI legibus prohibitæ[a] non ſint ſeparatæ nuptiæ, & poſt arras ſponſalitias ſponſa coniugium ſponſi propter religionis[b] diuerſitatem[c] recuſauerit: ſi quidem probatum fuerit, ante datas eaſdem ſponſalitias arras, hoc idem mulierem vel parentes eius cognouiſſe: ſibi debeant imputare. ſi verò horum ignari, ſponſalitias arras ſuſceperint, vel poſt datas arras talis cauſa pœnitentiæ interceſſerit: iiſdem tantummodo redditis, ſuper alterius ſimpli pœna liberi cuſtodiantur. Quod ſimili modo etiam de ſponſis ſuper recipiendis nec non arris præſtitis cuſtodiri cenſemus. Dat. Kalend. Iul. Martiano & Zenone Conſſ. 469.

*περὶ τοῦ σιτώνου. 1. De curatore frumentario.*

XVII.[d]

ELectione epiſcopi & primorum ciuium Sitonæ[e] fiant ex militaribus ordinibus aut ex veteranis, aut ex tyronibus, ſiue militaturis. qui id tranſgreſſus fuerit, tringinta libris multetur.

*De annonis militum ſtationarior.*

XVIII.

MElites qui præſunt, & in cuſtodia conſiſtunt in ſuis (vt vocant) ſedetis[f] ſiue ſtationibus, ſpecies ad ſe pertinentes, ex ciuitatibus, aut ex eius regionis agricolis ad ſuas annonas arbitratu epiſcopi, aut magiſtratus, aut defenſoris, ſi deſit magiſtratus, accipiant. neque cogatur collator numeratam pecuniam præſtare.

*De defenſoribus ciuitatum.*

19. Imperator *Anaſtaſius.* A. Euſtachio P.P.

IVbemus, eos tantummodò ad defenſorum[g] curam peragendam ordinari, qui[h] ſacroſanctis orthodoxæ religionis imbuti myſteriis, hæc in primis ſub geſtorum teſtificatione, præſente quoque religioſiſſimo fidei orthodoxæ antiſtite, per depoſitiones cum ſacramenti religione celebrādas patefecerint. Ita enim eos præcipimus ordinari, vt reuerendiſſimorum epiſcoporum, necnon clericorum, & honoratorum, ac poſſeſſorum, & curialium decreto conſtituantur. Dat. XIII. Kalē. Maij, Sabiniano & Theodoro Cōſſ. 505.

*Auth. ex Nouell. 15. cap. 1.*

*PRæſides gentium per vnamquamque ciuitatem præparēt homines non viliſſimos, ſed nobiliores ciuitatum habitatores*[e] *quibus aliqua ratio eſt bonæ opinionis conſtituta, nominare defenſores per circulum: vt, eo expleto, rurſus ad eandem ſollicitudinem reuertantur: decreto facto cum iureiurando omnium poſſeſſorum in ea ciuitate conſiſtentium: electione facienda à Deo amabili epiſcopo, & venerabili clero, & aliis in ciuitate bonæ opinioni ſtudentibus. Et nulli liceat defenſoris ordinationem declinare alioqui quinque librarum auri pœna coercebitur, quæ in*[i] *opera ciuitatis impendetur: & poſt pœnæ ſolutionem nihilo minus defenſoris officium ſuſcipere cogetur, & iurabit, omnia ſecundum*[k] *leges & ius agere. & confirmabitur ex præcepto glorioſiſſimorum præfectorum noſtrorum. & in biennio ſolo adminiſtrabit. & iudex potiùs, quàm defenſor eſſe videbitur: vt etiam teſtamenta & donationes apud hunc inſinuentur, & acta apud eum componantur. & habeat vnum exceptorem, & duos officiales ex prouinciali officio, & iudicet in cauſis pecuniariis vſque ad trecentos aureos. Præterea habeat defenſor publicam habitationem, in qua monumenta recondat, & vnum hominem, qui acta conſeruet.*

*De iureiurando à magiſtratibus præſtando.*

Noua conſtitutio Friderici Imperatoris, de ſtatu. & conſuet. contra libert. eccl. §. ſtatuimus etiam. collat. 10. conſtit. fin.

*STatuimus hoc edicto in perpetuum valituro, vt poteſtates, conſules, ſiue rectores, quibuſcūque fungantur officiis, pro defenſione fidei præſtent publicè iuramentum † quod de terris ſuæ iuriſdictioni ſubiectis vniuerſos hæreticos ab eccleſia denotatos, bona fide pro viribus ſuis exterminare ſtudebunt. ita vt amodo quandocunque quis fuerit in poteſtatem ſeu perpetuam ſeu temporalem aſſumptus, hoc teneatur capitulum firmare iuramento. alioqui neque pro poteſtatibus, neque pro conſulibus, neque pro rectoribus habeantur, eorúmque ſententias ex tunc irritas iudicamus & inanes.*

a pars *l. 5. in fin. J. de ſpōſalibus.*
b ſponſalia diſſoluuntur propter religionis diuerſitatem *vt hic.* adde *l. 5. J. de Iudæis. Harm. 4. tit. .. §. 5.* Idē Harmen. *4. ti. 1. §. 28.* in ſpeciem magis hunc locum refert, vult enim ſponſalia ſolui, διὰ καινοτάτην θρησκείαν ἀγνοηθεῖσαν καὶ δογμάτων διαφορὰν propter nouum aliquod & ignotū religionis genus & religionum diuerſitatem.
c Hi ἑτερόδοξοι dicuntur Harm. *d. §. 5.*
d Interpretatio Antonij Auguſtini.
e *v. quæ notaui ad l. 5. ſ. eo.*
f σεδέτοις hic adde Th. *in §. ἐν οἷς in princ. tit. Inſt. de milit. teſtam.* ſedeta erant ædes *Inſt. de mil. teſtam.* foſſata, vel ſtatiua, teſte Suida. Actus dicuntur *in l. vlt. J. de re ſtit. milit. l. vlt. J. quib. cauſ. ceſſat. Inſt. de mil. teſt. in pr. Veget. 3. c. 4. Cuiac. conſult. 49.* notat, Eum qui in expeditione fuerit militē, in caſtris, in foſſato, in hybernis, in ſtatiuis, in præſidiis, iure militari teſtari poſſe. Iure militari, inquam, vel vnico teſte, vt Theoph. ſcripſit, vel nullo, dummodo aliis probationibus legitimis cōſtare poſſit de militis volūtate.
g *v. l. 8. J. de defenſ. ciuit.*
h *v. l. 9. J. de diuer. offic.*
i *adde l. 26. J. eo.*
k *v. Inſt. de off. iudic. in pr.*
† Bart. negat hāc Auth. approbari cōſuetudine, ſed aliam formam iuramenti introductam.
l videtur eſſe hæc lex Iuſtini. *Nou. 109.*
m *l. 9. J. de diuerſ offic.* Hæc lex renouat quod antea Honorius, conſtituerat, &, vt Zozimus refert, mox mutauerat propter Genericum copiarum Dalmaticarum ducem *v. Cuiac. hic.*
n Eadem verba extant in *l. 14. §. 4. ver. ſed ſi quidē præſens ſit. J. de non numer.*
o puta magiſtratum *l. 2. D. de in ius vocando.*
p citationē. Hæc denunciatio manifeſtationis & intimationis vim habet.
q ordinario, vel epiſcopo, *Bart.* ordinario, inquam, iudice contractus, vbi partes ſortiuntur forum *Bald.*
r aut ſit ſuſpectus. Poteſt enim quis ſuſpectum iudicem habere συνακροατὴν τῆς δίκης λαμβάνειν τὸν ἐπίσκοπον. Quòd ſi monitus ab epiſcopo iudex non obtemperet, epiſcopus rem omnem ad Imperatorem deferre debet *3. Eclo. 3. ex li. 6. tit. 22.* Addunt ex hoc loco propter abſentiam iudicis epiſcopum adiri, eíque actorum confectionem permitti.

*De iureiurando à militibus præſtando.*

XX.[l]

NEmo[m] militet, qui non apud acta teſtificatus cum tribus ſit, propoſitis ſacroſanctis euangeliis ſe eſſe Chriſtianū orthodoxum. fiántque acta ad eum magiſtratū, ſub quo militaturus eſt. & duo tantū aurei pro ea re præbeantur. Si verò id neglectum ſit: dabit libras quinquaginta is magiſtratus, eiuſque officium viginti. qui verò militauit, x. atque à militia eiicietur. teſtes, qui peierauerint, in corpus punientur. illæ verò multæ Comitis periculo rebus priuatis inferentur.

*De non numerata pecunia.*

21. Imperator *Iuſtinianus* A. Mennæ P.P.

SI pręſens[n] quidem ſit, qui pecuniam numeraſſe, vel alias res dediſſe ſcriptus eſt, aliquam[o] verò adminiſtrationem in prouinciis gerat, vt difficile eſſe videatur, denunciationē[p] eidem non numeratæ pecuniæ mittere: licentiam damus ei, qui memorata exceptione vti velit, alios[q] iudices adire, & per eos ei manifeſtare, quia exceptionem huiuſmodi obiicit, factam à ſe ſuper non numerata pecunia querelam eſſe. Quòd ſi non ſit[r] alius adminiſtrator ciuilis, vel militaris, vel per aliquam cauſam ei ſit difficile, qui memoratā querelam opponit, eum adire, & ea, quæ dicta ſunt facere: licentiam damus[ſ] etiam per virum reuerendiſſimum epiſcopum[t] eandem ſuam exceptionem creditori manifeſtare, & ita tempus ſtatutum interrumpere. 1 ¶ Quod etiam in exceptione non numeratæ dotis[u] locum habere, receptum eſt. Dat. Kal. Iul. Conſtantinop. DN. Iuſtiniano A. II. Coſ. 528.

*De cuſtodia reorum.*

22.[x] Imperator *Iuſtin.* A. Menæ P.P.

NEminem volumus in cuſtodiam coniici abſque[y] iuſſu glorioſiſſimorum vel illuſtrium vel clariſſimorū magiſtratuum huius feliciſſimæ vrbis, vel prouinciarum, aut defenſorum ciuitatum. 1 ¶ De his autem, quicunque coniecti aut coniiciendi ſunt, Deo amabiles locorum epiſcopos iubemus per vnam[z] cuiuſque hebdomadę diem, id eſt, feria quarta[a], aut ſexta, quæ & Paraſceue[b] appellatur, eos, qui in cuſtodia habentur, viſitare[c] & diligenter inquirere cauſam, ob quam detinentur: & ſiue ſerui ſint, ſiue liberi, ſiue pro pecuniis, ſiue pro aliis criminationibus, ſiue pro homicidiis coniecti, illuſtriſſimos & ſpectabiles & clariſſimos magiſtratus admonere, tam eos, qui ſunt in hac feliciſſima vrbe, quàm qui ſunt in prouinciis, vt ea exequantur circa ipſos, quæ diualis noſtra conſtitutio ad illuſtres præfectos ea de re emiſſa præcipit licentia data Deo chariſſimis pro tempore epiſcopis, ſi quam negligentiam admiſſam cognouerint ab illuſtriſſimis & magnificentiſſimis atque clariſſimis pro tempore magiſtratibus, vel iis, quæ illis parent, officiis, talem ipſorum negligentiam indicandi, vt conueniens aduerſus negligentes animi noſtri motus inſurgat. Dat. XV. Kal. Febr. CP. Decio Coſ. 529.

23. Idem A. Menæ P.P.[d]

PRiuatos[e] carceres modis omnibus in vrbibus atque in vicis conſtitui vetamus[f]: ipſis, qui cuſtodiuntur, Dei amiciſſimorum loci epiſcoporum prouidētia à detentione remiſſis. Dat. 12. Cal. Febr. CP. Decio Coſſ. 529.

*De infantibus expoſitis.*

24. Idem A. Demoſtheni præfecto prætorio.

NEmini licere volumus, ſiue[g] ab ingenuis genitoribus puer paruulus procreatus, ſiue à libertina progenie, ſiue ſeruili conditione maculatus, expoſitus[h] ſit, eum puerū in ſuum dominium vindicare, ſiue nomine dominij[i], ſiue adſcriptitiæ[k], ſiue colonariæ[l] conditionis. Sed neque his, qui eos nutriendos ſuſtulerint[m], licentiam concedimus penitus cum quadam diſtinctione eos tollere. Sed nullo diſcrimine habito, hi, qui ab huiuſmodi hominibus educati, vel nutriti, vel aucti ſunt, liberi & ingenui appareant, & ſibi acquirant: & in poſteritatem ſuam, vel extraneos heredes omnia, quę habuerint, quo modo voluerint, tranſmittant. Hæc obſeruantib. non ſolùm præſidibus prouinciarum, ſed etiam viris religioſiſſimis epiſcopis. Dat. Chalcedone 8. Cal. Iul. Lampadio & Oreſte VV. CC. Coſſ. 530.

*De alea ſeu cottis.*

25.[n] Idem A, Demoſtheni PP.

QVæ de alea[o] ſiue (vt vocant) cottis, ac de eorum prohibitione à nobis ſancita ſunt; ea liceat Dei amiciſſi-

t hinc colligunt, adiri epiſcopum poſſe, vbi contractus eſt vſurarius. non vt cognoſcat de cōtractu, ſed vt aduocet iudicem.
u numeratur .n. inter pias & fauorabiles cauſas.
x Interpretatio Contij.
y *l. 6. J. de cuſt. reo.*
z ἑκάστην editio Pariſienſis, ἑκάστης, ita legit *Cui. c. 3. de præſc.*
a quam τετράδα vocāt Græci hoc loco *60. Eclog. 35. c. 21.* quartus ſeptimanæ dies eſt Mercurij adde *No. 137. c. 4.* Petr. Alexandrinus *c. 15.* τετράδι γὰρ καὶ παρασκευῇ νηστευτέον, τὴν μὲν διὰ τοῦ Χριστοῦ τὸ προδόσιμον συμβούλιον· τῇ δὲ παρασκευῇ διὰ τὸ σωτήριον πάθος *v. Cui. ibid.*
b i. die Mercurij, vt ſuperius dixi: ídque ob memoriam Chriſti paſſionis.
c Munus eſt epiſcopi, cuſtodias viſitare, & eorū miſeriæ cauſas diligenter inquirere.
d Interpretatio Antonij Auguſtini.
e *v. l. vn. J. de priu. carceribus adde 60. ſyn. Baſil. 53. ex lib. 55. c. 1.*
f excipe certos caſus, de quibus vide quæ notaui *ad l. 25. ff. de adulteriis.*
g Hominum alij ingenui, alij libertini, alij ſerui.
h Hæc verba extant in *l. 3. J. de infant. expoſ.*
i ſiue vt ſeruum. Hinc colligere poſſis, Alios reuera nobis ſeruire, quia tales ſunt: alios agricolationis tantū cauſa, quales ſūt adſcriptitij & coloni: de quibus mox dicetur.
k Adſcriptitij quaſi ſerui ſunt, dominū habent ad quem eorum peculium pertinet: cui etiā reddi ſolent. Inſpecto fiſco, & aliis, liberi & propriorum poſſeſſores *v. Cuia. J. ad tit. de agric.*
l Coloni ſunt liberi, & res proprias habent, terram tamen dimittere non poſſunt, dominum non habent. Terra potius coloni domina eſt, quā perſona: colonus redditur terrę, vide titulos *de agricolis, cenſitis & colonis: de colonis Paleſtinis, de colonis Thracenſibus, de colonis Illyricianis.* Ii ſi prædio ruſtico ſeruiunt, coloni propriè dicuntur: ſi vrbano, inquilini.
m alumnis.
n Interpretatio Antonij Auguſtini.
o *vide ſynopſis Baſil. 3. tit. 1.* περὶ κοττιστῶν ἢ τοι κυβευτῶν *l. 18. ſ. de epiſcop. Nou. Leon. 87. l. 17. ſ. de epiſc. l. vlt. §. 1. §. 3. J. eod. Nouell. 123. c. 10.*

# FEVDORVM

## CONSVETVDINES

*PARTIM EX EDITIONE VVLGATA,*
*partim ex Cuiaciana vulgatæ appoſita.*

Conſtitutiones FRIDERICI II. Imper.
Extrauagantes.
Liber de pace Conſtantiæ.
Epitome Feudorum.

HIS ACCESSERVNT NOTÆ
Dionyſij Gothofredi I. C.

*Secunda editio priore duplo auctior.*

Hiſtoriſche Geſellſchaft
BROMBERG
für den Netzediſtrikt



*LVGDVNI,*
Apud hæredes Bartholomæi Honorati.

M. D. XC.

*Cum priuilegio Sacræ Cæſar. Maieſt. & Chriſtianiſsimi Francorum Regis.*

1904.948.

# TITVLORVM FEVDORVM INDEX.

## LIB. I.

DE his qui feudum dare poſſunt [ & qui non] & qualiter acquiratur & retineatur. 1
[De feudo guardiæ & gaſtaldiæ] 2
[Qui ſucceſſores feudum dare teneantur.] 3
[Si de inueſtitura feudi controuerſia fuerit.] 4
Quibus modis feudum amittatur. 5
[Epiſcopum, vel abbatem, vel abbatiſſam, vel dominum plebis feudum dare non poſſe.] 6
De natura feudi. 7
De ſucceſſione feudi. 8
Qui ſucceſſores teneantur. 9
De contentione inter dominũ & fidelem de inueſtitura feudi. 10
[De pignori dato feudo quid iuris ſit.] 11
De contentione [inter me & dominum de portione] feudi fratris mei defuncti. 12
De alienatione feudi. 13
De feudo marchiæ, vel ducatus vel comitatus. 14
An maritus ſuccedat vxori in beneficio. 15
De feudis datis minimis valuaſoribus quid iuris ſit. 16
Quibus modis feudum amittatur. 17
Apud quem vel quos controuerſia feudi definiatur. 18
Conſtitutione, feudales domini Lotharij Imperatoris, quas ante ianuam beati Petri in ciuitate Romana condidit, obſeruandas. 19
De beneficio fratris, & qualiter frater in beneficium fratris ſuccedat. 20
De feudo ſine culpa non amittendo. 21
[Quo tempore miles inueſtituram petere debeat. 22
De contentione inter dominum & vaſallum de inueſtitura feudi. 23
Quemadmodum feudum ad filiam pertineat. 24
Quibus modis feudum conſtitui poteſt. 25
Si de inueſtitura inter dominum & vaſallum lis oriatur. 26
De feudo dato in vicem legis commiſſoriæ reprobando. 27
De vſu Mediolanenſium ſecundum quoſdam. 28

## LIB. II.

De feudi cognitione. 1
Quid ſit inueſtitura. 2
Per quos fiat inueſtitura, & per quos recipiatur. 3
Quid præcedere debeat, an inueſtitura, vel fidelitas. 4
Qualiter iurare debeat vaſallus domino fidelitatem 5
De forma fidelitatis. 6
De noua forma fidelitatis. 7
De inueſtitura de re aliena facta. 8
Qualiter olim poterat feudum alienari. 9
Quis dicatur dux, marchio, comes, capitaneus, vel valuaſor. 10
De ſucceſſione fratrum, vel gradibus ſuccedentium in feudo. 11
De fratribus de nouo beneficio inueſtitis. 12
De inueſtitura quam Titius accepit à Sempronio. 13
De vaſallo decrepitæ ætatis, qui feudum refutauit, vt filij inueſtirentur. 14
De inueſtitura in maritum facta. 15
De controuerſia feudi apud pares terminanda. 16
De eo qui ſibi [vel heredibus ſuis maſculis & fœminis] inueſtituram accepit. 17
De duobus fratribus à Capitaneo inueſtitis. 18
An remouendi erunt teſtes qui pares eſſe deſierunt. 19
De controuerſia inter epiſcopum & vaſallum. 20
De vaſallo milite qui arma bellica depoſuit. 21
De milite vaſallo qui contumax eſt. 22
In quibus cauſis feudum amittatur. 23
Quæ fuit prima cauſa beneficij amittendi. 24
Si de feudo vaſallus ab aliquo interpellatus fuerit, & dominus eum defendere noluerit. 25
Si de feudo defuncti contentio ſit inter dominum & agnatos vaſalli 26
De pace tenenda, & eius violatoribus. 27
Hîc finitur lex: deinde conſuetudines regni incipiunt. 28
De filiis natis ex matrimonio ad morganaticam contracto. 29
De feudo fœminæ. 30
Si vaſallus feudo priuetur, cui deferatur. 31
Qui teſtes ſunt neceſſarij ad nouam inueſtituram probandam. 32
De conſuetudine recti feudi. 33
De lege Corradi. 34
De clerico qui inueſtituram facit. 35
An mutus vel aliàs imperfectus feudum retineat. 36
An ille qui interfecit fratrem domini ſui feudum amittat. 37
De vaſallo qui contra conſtitutionem Lotharij regis beneficium alienauit. 38
De alienatione paterni feudi. 39
De capitulis Corradi. 40
De controuerſia inter maſculum & fœminam de beneficio. 41
De controuerſia inter dominum & emptorem feudi. 42
De controuerſia inter vaſallum & alium de beneficio. 43
Quid iuris, ſi poſt alienationem feudi vaſallus id recuperauerit. 44
An agnatus vel filius [defuncti] poſſit retinere feudum repudiata hereditate. 45
An apud iudicem vel curiam domini quæſtio feudi debeat terminari. 46
Qualiter dominus proprietate feudi priuetur. 47
De feudo non habente propriam feudi naturam. 48
De eo qui finem fecit agnato de feudo paterno. 49
De natura ſucceſſionis feudi. 50
De capitaneo qui curiam vendidit, an intelligendum beneficium vendidiſſe. 51
De prohibita feudi alienatione per Lotharium. 52
De pace tenenda inter ſubditos & iuramento firmanda & vindicanda & de pœna iudicibus appoſita, qui eam vindicare & iuſtitiam facere neglexerint. 53
De allodiis. 54
De prohibita feudi alienatione per Fridericum. 55
Quæ ſint regaliæ. 56
Quot teſtes ſunt neceſſarij ad probandam feudi ingratitudinẽ. 57
De notis feudorum. 58

*Sequentes tituli ſunt ex editione Cuiacij.*

## QVARTI LIBRI.

De alienatione feudi. 73
De feudis ſcutiferorum. 74
De conditione feudi non impleta. 75
De fidelitate. 76
Si plures ſint domini vel vaſalli, an plures fidelitates vel ſeruitia debeantur. 77
Culpam vnius ex coheredibus cæteris non præiudicare. 78
Vt ratio vaſalli priuſquam domini diſcutiatur. 79
De euictione. 80
De feudis impropriis quæ auferuntur dantis arbitrio. 81
Prius poſſeſſionem ruſtituendam eſſe quam de principali cauſa agatur. 82
Si vnus ex fratribus dederit ſuam partem fratri vel domino vel extraneo. 83
Fratrem in feudo filij non ſuccedere. 84
De inueſtitura facta marito vel vtrique coniugi. 85
De fructibus feudi. 86
An præſcriptione feudum adquiratur. 87
De probatione inueſtituræ. 88
Conditionem feudum tacitè ſequi. 89
Fratrem fratri in feudo nouo non ſuccedere. 90
De inueſtitura veteris & noui beneficij. 91
Iuſto errore excuſari vaſallum qui fidelitatem non fecit. 92
Factum fratris, fratri in feudo paterno non nocere. 93
De feudo guardiæ & gaſtaldiæ. 94
De ſucceſſione feudi. 95
De inueſtitura alieni beneficij. 96
Non amittere feudum eum qui ſine dolo ceſſauit per annum in petenda inueſtitura. 97
Ex delicto vaſalli feudum ad dominum redire. 98
De feudo ligio. 99
Imperatorem feudum amittere, vel alium pro ſe fidelem dare. 100
Eccleſiam fidelitatem non facere. 101
Non cogi vaſallum pro vno feudo duas fidelitates facere. 102
Filios tantum ſecundi matrimonij matri in feudum ſuccedere. 103
Caſus quibus fœmina in feudo ſuccedit. 104
De feudis habitationum. 105
Seruos poſt delatam ſucceſſionem manumiſſos in feudum non ſuccedere. 106
Vt vaſalli ſumptibus domini ſeruitia præſtent. 107
Vaſallum feudum poſſe in alium arctiori lege transferre 108
Clericatu feudum amitti. 109

*Libri quinti Conſtitutiones.*

Conſtitutio Conradi de beneficiis. 1
Conſtitutio Henrici de cauſis amittendi feudi. 2
Alia conſtitutio Henrici de vaſallo qui vnũ ex dominis refutauit. 3
Alia conſtitutio Henrici eiuſdem, vt ingratitudo vaſalli probetur teſtibus quinque. 4
Conſtitutio Lotharij de feudis non alienandis. 5
Alia eiuſdem Lotharij conſtitutio de inueſtitura non petita intra annum. 6

Conſtitutio Friderici de feudis non alienandis, & aliis capit. 7
Alia de iure fiſci. 8
Alia conſtitutio eiuſdem Friderici de pace tenenda. 9
Alia conſtitutio Friderici Imperatoris de incendiariis & pacis violatoribus. 10
Alia Conſtitutio eiuſdem de pace componenda & retinenda inter ſubiectos,& aliis capitulis. 11
Alia conſtitutio eiuſdem Friderici de pace Conſtantiæ. 12
Alia conſtitutio Friderici de iure προτιμήσεως. 13
Alia eiuſdem de iure προτιμήσεως. 14
Νεαρὰ Ρωμανοῦ γέροντος περὶ ἐκποιήσεως κτημάτων καὶ, &c. 15
Νεαρὰ Κωνσταντίνου Πορφυρογεννήτου περὶ στρατιωτῶν. 16

## TIT. CONSTITVTIONVM Friderici Imperatoris.

De ſtatutis & conſuetudinibus cōtra libertatē eccleſiæ editis,& immunitate locorum religioſorum vbiq; morantiū,&c. 1.

## TITVLI EXTRAVAGANTIVM.

Quomodo in læſæ maieſtatis crimine procedatur. 1
Quid ſint rebelles. 2
LIBER De pace Conſtantiæ. 3

## *TITVLORVM FEVDORVM Index iuxta ſeriem literarum.*

*Prior numerus librum, alter titulum demonſtrat.*
*Hæc nota * titulos ex editione Cuiacÿ ſumptos oſtendit.*

A
Alienatione feudi. 4.73
Alienatione paterni feudi. 2.39
Alienatione feudi. 1.13
Allodiis. 2.54
An apud iudicem,vel curiam,&c. 2.46
An cognatus vel filius,&c. 2.45
An ille qui interfecit frat. &c. 2.37
An maritus ſuccedat vxori, &c. 1.15
An mutus,vel aliâs imperf. 2.36
*An præſcriptione feudum acquiratur. 4.87
An remouendi erunt teſtes,qui,&c. 2.19
Apud quem,vel quos erit. 1.18
B
Beneficio fratris & qualiter,&c. 1.20
C
Capitaneo qui curiam,&c. 2.51
Capitulis Corradi. 2.40
*Caſus quibus fœmina in,&c. 4.104
*Clericatu feudum amitti. 4.109
Clerico qui inueſtituram,&c. 2.35
*Conditione feudi non impleta. 4.75
*Conditionem feudum tacitè ſequi. 4.89
Conſuetudine recti feudi. 2.33
*Conſtitutio Conradi de beneficiis. 5.1
Conſtitu.feudales domini Loth. 1.19
*Conſtitu.Friderici de iure fiſci. 5.8
*Conſtitut.Friderici de feudis non,&c. 5.7
*Conſtitu.Friderici de pace tenenda. 5.9
*Conſtitu.Friderici de incendiariis. 5.10
*Conſtitutio Friderici de pace componenda. 5.11
*Conſtitu.Friderici de iure προτιμήσεως. 5.13
*Conſtitu.Friderici de iure προτιμήσεως. 5.14
*Conſtitu.Friderici de pace Conſtantiæ. 5.12
*Conſtitutio Henr.de cauſis amitt. 5.2
*Conſtitutio Henr.de vaſallo,&c. 5.3
*Conſtitut.Henr.vt ingratitudo,&c. 5.4
*Conſtitutio Lotharij de inueſtitura non,&c. 5.6
*Conſtitu.Lotharij de feudis non,&c. 5.5
Contentione inter dominum,&,&c. 1.23
Contentione inter me &,&c. 1.12
Contentione inter dominum,&c. 1.10
Controuerſia feudi apud,&c. 2.16
Controuerſia inter vaſallum,&c. 2.43
Controuerſia inter epiſcopum,&c. 2.20
Controuerſia inter dominum,&c. 2.42
Controuerſia inter maſculum,&c. 2.41
Culpam vnius ex coheredibus,&c. 4.78
D
Duobus fratribus à capitaneo,&c. 2.18
E
*Eccleſiam fidelitatem non facere. 4.101
Eo qui finem fecit agnato,&c. 2.49
Eo qui ſibi,vel heredib.&c. 2.17
Epiſcopum,vel abbatem,vel abbatiſ.&c. 1.6
Euictione. 4.80
*Ex delicto vaſalli feudum ad,&c. 4.98
F
*Factum fratris fratri in,&c. 4.93
Feudi cognitione. 2.1
*Feudo guardiæ & gaſtaldiæ. 4.94
*Feudis habitationum. 4.105
*Feudis impropriis,quæ,&c. 4.81
*Feudis ſcutiferorum. 4.74
*Feudo ligio. 4.99
Feudis datis minimis valuaſ.&c. 1.16
Feudo dato in vicem legis,&c. 1.27
Feudo fœminę. 2.30
Feudo guardiæ & gaſtaldiæ. 1.2
Feudo marchiæ,vel ducatus,&c. 1.14
Feudo non habente propriam,&c. 2.48
Feudo ſine culpa non amit. 1.21
*Fidelitate. 4.76
Filiis natis ex matrimonio,& 2.29
*Filios tantum ſecundi matrimonij, &c. 4.103
*Fratrem fratri in feudo,&c. 4.90
*Fratrem in feudo filij non ſuccedere. 4.84
*Fructibus feudi. 4.86
Forma fidelitatis. 2.6
Fratribus de nouo beneficio,&c. 2.12
H
Hic finitur lex:deinde,&c. 2.28
His qui feudum dare poſſunt,&c. 1.1
I
In quibus cauſis feudum,&c. 2.23
*Imperatorem feudum amittere,vel, &c. 4.100
*Inueſtitura alieni beneficij. 4.96
Inueſtitura de re aliena facta. 2.8
*Inueſtitura facta marito,vel,&c. 4.85
Inueſtitura in maritum facta. 2.15
*Inueſtitura veteris & noui beneficij. 4.91
Inueſtitura quam titulus,&c. 2.13
*Iuſto errore excuſari vaſallum,&c. 4.92
L
Lege Corradi. 2.34
M
Milite vaſallo qui contumax, &c. 2.22
N
Natura feudi. 1.7
Natura ſucceſsionis feudi. 2.50
*Non cogi vaſallum pro vno,&c. 4.102
*Non amittere feudum eum qui,&c. 4.97
Notis feudorum. 2.58
Noua forma fidelitatis. 2.7
P
Pace tenenda inter ſubditos,&c. 2.53
Pace tenenda,& eius,&c. 2.27
Per quos fiat inueſtitura,&c. 2.3
Pignori dato feudo quid, &c. 1.11
*Prius poſſeſsionem reſtituendum,&c. 4.82
*Probatione inueſtituræ. 4.88
Prohibita feudi alienatione,&c. 2.55
Prohibita feudi alienatione,&c. 2.52
Q
Quæ ſint regaliæ. 2.56
Qualiter dominus proprietate,&c. 2.47
Qualiter iurare debent vaſ. 2.5
Qualiter olim poterat feud.&c. 2.9
Quæ fuit prima cauſa,&c. 2.24
Quemadmodum feudum ad,&c. 1.24
Quibus modis feudum amittatur. 1.5
Quibus modis feudum amitt. 1.17
Quibus modis feudum conſt.&c. 1.25
Qui ſucceſſores feudum dare,&c. 1.3
Quid iuris ſi poſt alienationem,&c. 2.44
Qui ſucceſſores teneantur. 1.9
Qui teſtes ſunt neceſſarij ad,&c. 2.32
Quid præcedere debeat,an,&c. 2.4
Quid ſit inueſtitura. 2.2
Quis dicatur dux,marchio, &c. 2.10
Quo tempore miles inueſtituram,&c. 1.22
Quot teſtes ſint neceſſarij,&c. 2.57
S
*Seruos poſt delatam ſucceſsionem 4.106
Si de feudo defuncti conten.&c. 2.6
Si de feudo vaſallus ab,&c. 2.25
Si de inueſtitura feudi cont.&c. 1.4
Si de inueſtitura inter dom. 1.26
*Si plures ſint domini vel vaſalli,&c. 4.77
Si vaſallus feudo priuetur,&c. 2.31
*Si vnus ex fratribus dederit,&c. 4.83
*Succeſsione feudi. 4.95
Succeſsione feudi. 1.8
Succeſsione fratrum,vel &c. 2.11
V
Vaſallo decrepitæ ætatis,&c. 2.14
Vaſallo milite qui arma,&c. 2.21
Vaſallo,qui contra conſtit. 2.38
*Vaſallum feudum poſſe in,&c. 4.108
Vſu Mediolanenſium ſecundum,&c. 1.28
*Vt ratio vaſalli priuſquam,&c. 4.79
*Vt vaſalli ſumptibus domini,&c. 4.107

INCI-

# INCIPIVNT [a] CONSVETVDINES [b] FEVDORVM: [c]

## ET PRIMO, DE HIS QVI FEVDVM DARE POSSVNT, ET [QVI NON:] ET QVALITER ACQVIRATVR. & retineatur.

## *TITVLVS PRIMVS.*

a Conſuetudinis nomine hi Feudorum libri appellantur, *vt hic*, atqui conſuetudo ius eſt non ſcriptum? §. *ex nō ſcripto Inſt. de iure.* ſcriptura hic, non vt forma, ſed memoriæ & probationis cauſa, interuenit. Cuiuſmodi conſuetudo ſcripta, aut multis antiquis inſtrumētis cōprobata, notoria eſt.

b hinc illa, vſus curiarum 2. *feud.* vſus ab antiquis ſapientibus conſtitutus 1. *feud.* 1. §. 4. iuſtus & verus 1. *feud.* 13. *in fin.* regni 1. *feu.* 15. 2. *feud.* 82. *feud.* 1. 2. *feud.* 101. cōprobatus 2. *feud.* 81. 83. *in fin.* vſu tradita 2. *feu.* 84. Ius Curiæ. 2. *feudor.* 101. in multis curiis & ciuitatibus intellectum 2 *feud.* 88. & breuiter, conſuetudo, mores: cōſuetudo feudi: 2. *feud.* 1.

c De feudorū origine vide Cuiacium 8. *obſ.* 14.

d de perſonis primò quærendum eſt, *l. ſi quæramus ff. de ſtatu.*

e Feudum dare poſſunt Eccleſiaſticę perſonę; aut totius Eccleſiarum Prælati,

*Feudum dare poſſunt prælati eccleſiarum ſi eccleſiæ eſt conſuetudo, & nobiles ſeculares & qui ab eis feudum accipiunt. Bald. Qui feudum dare poßint. 1. 2. 3. 4. De acquirendis feudis. 5. De natura feudi.*

QVIA de feudis tractaturi ſumus: videamus primùm [d] qui feudum dare poſſunt. ¶ Feudum [e] autem dare poſſunt archiepiſcopus [f], epiſcopus, abbas, abbatiſſa, prępoſitus, ſi antiquitus [g] conſuetudo eorum fuerit feudum dare. ¶ Dux [h] Marchio, [i] & Comes ſimiliter feudum dare poſſunt, qui [k] propriè regni, vel regis capitanei [l] dicuntur. Sunt & alij, qui ab iſtis feuda accipiunt.: qui propriè regis, vel regni valuaſores dicuntur. ſed hodie capitanei appellantur: qui [m] & ipſi feuda dare poſſunt. Ipſi vero, qui ab eis accipiunt feudum, minores [n] valuaſores dicuntur.

*Vaſſallus ipſo viuo non priuatur feudo, ipſo verò mortuo ad filios æqualiter pertinet feudum. Bald.*

1 ¶ Et quia vidimus de perſonis, videamus, qualia prius habuerunt initia. ¶ Antiquiſſimo [o] enim tempore ſic erat in dominorūm poteſtate connexum, vt quando vellēt, poſſent auferre rem in feudum à ſe datam. Poſtea [p] verò eo ventum eſt, vt per annum tantum firmitatem haberent. Deinde [q] ſtatutum eſt, vt vſque ad vitam fidelis [r] produceretur. ſed cùm hoc iure ſucceſſionis ad filios non pertineret: ſic [ſ] progreſſum eſt, vt ad filios deueniret: in quem ſcilicet dominus hoc vellet beneficium confirmare. Quod hodie [t] ita ſtabilitum eſt, vt ad omnes æqualiter [u] veniat.

2 ¶ Cùm [x] verò Conradus [y] Romā proficiſceretur: petitū eſt à fidelibus, [z] qui in eius erant ſeruitio, vt lege ab eo promulgata, hoc etiam ad nepotes [a] ex filio producere dignaretur, & vt frater fratri ſine legitimo [b] herede defuncto [vel filius] in beneficio, quod eorum patris [c] fuit, ſuccedat. Sin autem, vnus ex fratribus à domino [d] feudum acceperit: [e] eo defuncto, ſine legitimo herede, frater eius in feudum non [f] ſuccedit: quod etſi communiter [g] acceperint, vnus alteri non ſuccedit, niſi [h] hoc nominatim dictum ſit: ſ. vt vno defuncto, ſine legitimo herede, alter ſuccedat: herede vero relicto, alter frater remouebitur.

3 ¶ Hoc [i] autem notandum eſt, quod licèt, filiæ, vt maſculi, patribus ſuccedant, legibus [k] tamen à [l] ſucceſſione feudi remouentur. [m] ſimiliter & earum filij [n], niſi [o] ſpecialiter dictum fuerit, vt ad eas pertineat.

4 ¶ Hoc quoque ſciendum eſt, quod beneficium [p] ad veniētes ex latere vltra fratres patrueles nō progreditur ſucceſſione ſecundum vſum ab antiquis ſapientibus cōſtitutum licèt moderno [q] tempore vſque [r] ad [ſ] ſeptimum †

feudis iure cognationis, nulla eſt ſucceſſio *c. 1. ǰ. de gradib. ſucceſſ. feud.* Quid: vtrimque coniunctus frater, num excludet fratrem conſanguineum tantū? iure ciuili excluderet. *Authent. ceſſante. Cod. de legit. hæred.* At non hoc iure. *Bal. Ardizo. Lādenſ.* Hic addēdum quod Baldus notat, Fratrē fratri in feudo ſuccedere, non iure adcreſcendi, ſed & prouidētia principalis ſeu legati.

y Lotharius, *Hotom.*

z id eſt, vaſallis. §. 1. ǰ. *eod.*

a *tit.* 8. 14. §. 1. & *tit.* 19. §. 1. ǰ. *eod.*

b id eſt maſculo 12. *feud.* 34. §. 2. *titul.* 13. ǰ. *eod.* legitimus enim hæres in feudis, eſt maſculus deſcendens.

c id eſt, paterno, *tit.* 12. & 19. *infi.* ǰ.

d huiuſmodi feudum initium habere à fratre dicitur, *tit.* 8. *in fin.* ǰ. ideóq; nouum appellatur *titul* 14. *in fin.* ǰ. *eodem.*

e adquiſierit *titul.* 20. ǰ. *eodem.*

f *d. titul.* 8. & 20.

g id eſt, ſimul inueſtiti, *tit.* 14. *in fin.* ǰ.

ſi Eccleſiarum conſuetudo ſit: cuius ſententiæ vide octo exceptiones apud Beluiſanum & Landenſem hîc.

f *titul.* 3. *infrà eodem.*

g *tit.* 6. ǰ. 4. *feudor.* 9. ǰ. Quid: quæ infeudandi antiqua eſt? Rauennas, notat, vtilem, 30. Damnoſam tempore? cuius non ſit memoria: dubiam annis 40. præſcribi. Poteſt quoque eiuſmodi perſona in feudū dare, conſenſu totius collegij, etiamſi nulla ſit conſuetudo.

h Feudum dare poſſunt ſeculares nobiles, vt Marchio & Comes.

i Dux maior Marchione: Marchio, Comite. *vide c. 1. ǰ. quis dicatur* dux.

k Capitanei regni vel regis propriè, Duces, Marchiones, Comites: impropriè qui, Valuaſores regni vel regis.

l id eſt, principes proceres *Hotom.* patricij.

m Feudum dare poſſunt, valuaſores regni vel regis.

n Valuaſorum alij regis vel regni (qui feuda accipiunt à Ducibus Marchionibus & Comitibus) alij minores, qui à valuaſoribus regni (de quibus paulò antè) feuda accipiunt.

o Antiquiſſimum ius feudorum, hoc fuit: vt domini pro animi ſui arbitrio. vaſallis feuda poterant auferre, arbitraria aut potius precaria fuere.

p ¶ Secundum ius: feuda fuerunt annalia.

q Tertium ius, feuda ad vitam vaſalli producta.

r id eſt, vaſalli. §. 2. ǰ. *eod. tit.* 4. *in princ.* & §. 5. ǰ. *eodem.*

ſ Quartum ius: feudum transferebatur ad filium vaſalli, quem dominus elegiſſet. Pone fœminas feudi capaces eſſe: an æquè omnes patri ſuccedent? Landenſis eam exiſtimat ſucceſſuram, quæ ſucceſſerit in hęreditate paterna *c. 1. an agnat.* ſin minus, eam quam dominus elegerit *arg. huius loci* Curtius 3. *parte verſ.* 10. octauo *quæro* putami primogenitam ſuccedere quem paribus cæteris omnibus, eligendū præ aliis minus. adde quædam ex Cuiacio *conſultatione* 54. *circa med.*

t Quintum ius: Feudum æqualiter ad omnes filios pertinet.

u *titul.* 8. *infrà.*

x ſextum ius: Feudum ad nepotes ex filio tranſibat: Imò & ad fratrem in feudo paterno vel antiquo, non autem in nouo feudo: ſi frater ſine legitimo hærede venderet. Quid ſi pacto conuentum eſt, vt frater fratri in nouo feudo ſuccederet? quid ſi feudum, quo de agitur, ſcientiæ domino communi vel pecunia vel armis & equis emptum eſt? Quid ſi contra hoſtem regis certauerint fratres? Quid ſi contraria conſuetudo? frater fratri, etiā in nouo feudo ſuccedet, *vt hîc.* Quid: num vlterinus frater ſuccedet: non ſuccedet: quia finitum eſt genus primi adquirentis feudum; & in

h *d. tit.* 14. 20. alias exceptiones *v. d. tit.* 20. ǰ.

i ſeptimum ius: Fœminæne ſuccedunt in feudo (quod hodie etiam generale eſt in feudis) quemadmodum nec ſuccedebant, collaterales, vltra patrueles. Quid: quomodo ſuccedunt patrueles? Cum patruis, in ſtirpem: inter ſe in ſoli, ne capita *Bald. Authent ceſſante Cod. de legit. hered.*

k XII. Tabularum ſcilicet *l.* 14. *Cod. de legitimis heredibus.* §. 3. *verſ.* & *hæc quidem Inſt. de legitima agnator. ſucceſſ. dixi ad leges* XII. *Tabul. lib.* 2. *tit.* 20. §. 6.

l Fœminæ in feudis ſuccedere non poſſunt, niſi pacto conuento adiectum fuerit, vt certo gradu vel in infinitum ſuccederent *vt hic.* vel niſi contraria ſit cōſuetudo. Quid in feudo materno vel fœmineo? extenditur à maſculis. *c. 1. ǰ. de feudo fœmin.* Quid ſi feudum ad nullum ſeruitium datum eſt? exploſa eſt Baldi opinio, exiſtimātis fœminam ſuccedere: eò magis quòd extrauagans ſi cui militi, qua vtitur, nullius eſt authoritatis, & alioqui contrarium ſentit *in l. quoties. Cod. de ſuis.* Quid ſi feudum emptum eſt. reiecta Odofredi opinione, Hernię probatur ſententia exiſtimantis nō ſuccedere. Quid ſi fœmina bellis aſſueta, vel virago? ne quidem ſuccedet. Primum enim id rarum, Deinde quia feudum datur non tantum iuuandi domini gratia, ſed vt eius ſecreta non euulgentur. Landenſis putat ideo fœminas ea de cauſa non admitti. adde his *c. 1. ǰ. quemad feud. ad filias.*

m *tit.* 6. §. 1. ǰ. *eode.* quia neque faidam leuare vel pugnam facere poſſunt Hernienſis.

n quantumuis ſes maſculi. 2. *feud.* 11. *verſi. ad filias.*

o *titulo* 8. §. 2. *titulo* 14. 24. §. 12. *feud.* 39. 50.

p *Conradi. de quo* §. 2. ǰ. *eod.* alij feudum interpretantur.

q octauum ius: Collaterales in feudo ſuccedunt, vſq; ad 7. gradum. An vſq; ad 7. tātum gradum? Hern & Bald. ita putant: Contrariū verius eſt in infinitum ſuccedere, *c. 1. ǰ. de nat. ſucceſſ. c. 1. ſi vaſſal. feud. priuet. Gloſ. in c. 1. ǰ. de ſucceſ. feud. et in c. ſi capitan. ǰ. de feu. March. Odofr. Henr. Ardizo: Angel. conſ.* 106. ſi modo feudū de quo agitur ſemel peruenerit ad deſcendētes primi adquirētis. Collaterales enim deſcendētium ab auo & eodem primo adquirente, ſuccedunt in infinitum. *d. c. 1. de natur ſucceſſ feud.* aliàs ad ſeptimum vſque tantum gradum. *Rauennas Landenſis.*

r Quid: grad9 in feudis nō computamus ex regulis iuris ciuilis vel canonici? Ciuilis, *Hern. Bald, Landenſ.* eodem modo in iure retractus agnatici, gradus ſecundum ius ciuile computandos eſſe ſcribit Cuiac. *conſult.* 9.

ſ Vero vſque, Landenſis accipit incluſiuè non excluſiuè.

† hodie etiam in infinitum. 2. *Feudorum.* 50. Et hanc probat Landenſis *hîc numero* 38. In feudis collaterales in infinitum ſuccedere non ad ſeptimum vſque gradum,

geniculum [a] ſit vſurpatum:quod [b] in maſculis deſcendentibus,nouo iure vſque ad infinitum [c] extenditur.

*Feudum quod datur à capitaneis,vel regis valuaſoribus propriam habet naturam,quod verò à minoribus datur,propriam naturam non habet: duobus caſibus exceptis qui in litera continentur.Baldus.*

¶ Notandum eſt autem: quod illud beneficium, quod à regis capitaneis,atque regis,[vel regni ]valuaſoribus aliis impenditur,propriè [d] iure feudi cenſetur.Illud [e] vero quod à minoribus in alios transfertur, non iure feudi iudicatur: (licet alter in curia Mediolanenſi obſeruetur)ſed quando voluerint rectè auferre queunt:niſi Romam cum illis in exercitu [f] perrexerint: quo caſu in ius feudi tranſit,[& adiudicatur:] vel niſi aliquid propter feudum acceperint:tunc.n.niſi [g] reſtituto pretio, [h] auferre non poſſunt.

## [DE [i] FEVDO GVARDIÆ, [k] ET Guaſtaldiæ. [l]]

### TIT. II.

*Feudum guardiæ,& gaſtaldiæ, & illud quod pro mercede alicuius rei datur,elapſo anno reuocari poteſt: niſi ad certum tempus detur.ſed ſi gaſtaldi nomine propriè feudi dicant ſe poßidere,non defendunt ſibi poſſeßionem,niſi de ſuo iure probent.Baldus.*

ITem [m] illud, quod datur nomine guaſtaldiæ, vel guardiæ, & pro mercede [n] alicuius rei [o], tranſacto [p] anno [q] poteſt [r] iure auferri etiam precio pro eo dato non reſtituto: niſi [ſ] ad certum [t] tempus datum fuerit.

1 ¶ Si verò gaſtaldi aliquid nomine [u] proprij [x] feudi poſſederint,non valebunt propterea poſſeſſionem ſibi defēdere niſi per pares [y] curtis [z],vel breue teſtatū [a] potuerint probare, ſe, antequam gaſtaldi eſſent,vel poſtquam deſierunt eſſe inueſtituram accepiſſe.

## [QVI [b] SVCCESSORES FEVDVM [c] dare [d] teneantur.]

a 2.*feud*.50.

b Nouum ius:Deſcendentes maſculi,in infinitum ſuccedunt in feudis. quod & hodie ſeruatur, & ita verum eſt: vt in feudo etiam eccleſiæ ſuccedant deſcendentes maſculi in infinitum.*vt hic.c. ex parte.de ſtu.gloſſ.& doctor. in leg.ex facto in f.ff.ſoluto.* Nec obſtat Nouella de non alienandis §. *emphyteuſim*. quæ hodie eſt correcta in hoc graduū numero:& alioqui eſt de emphyteuſi quę ad filias etiam deſcendit: non de feudo ꝗ ad filias nō transfertur. quid emācipati filij. hi etiam in infinitū ſuccedūt in feudo:qa in feud.pīcipalis ratio ſuccedēdi eſt in maſculis *c.1.ꝭ.de al. fiu. di.Bal.Ard.Lād.* quid iuſtè exheredatus?non ſuccedit:niſi à patre feudum ei fuerit adſignatum. *arg.l.1.§.penul.ff. de adſign.libert.* quid adoptiuus vel naturalis tātum? *v.c.naturales.c.adoptiuus.ꝭ.ſi de feud. fuerit cōt.* quid in regno & feudis indiuiduis?primogenitus ſolus ſuccedit.*c.licet.de voto.* quid filius,clericus, epiſcopus, vel prelatus?Belniſanus, Baldus, Albericus negāt ſuccedere:quod authoritate Ioānis Calderini, Dulij, Bartoli, Archidiaconi,Innocentij, Ioannis Auaniæ, Hoſtienſis, Ioānis de Lignano, Geminiani, Antonij de Butrio, Panormitani, Saliceti non admittit Lādenſis.Nā quę in contrariā partē proferuntur vel pertinent ad clericum volentē ſeruitia præſtare per ſubſtitutū:vel ex ſtricto iure ſunt.Ita fuerit æquitatis ſuperiores perſonas in feudis ſuccedere,ſi modo ſeruire per ſubſtitutū ſint parati, Quid maſculi deſcendentes ex fœmina?negant ſuccedere. remota enim origine, his quæ ab origine dependent,locum non ſupereſſe.*l.ſi vna.Cod.de bonis maternis.*

c 2.*feud*.74.81.ꝭ.

d feudum conceſſum à valuaſoribus regni vel regis, iure proprij feudi cenſetur: proprium eſt feudum,hoc eſt perpetuum:tranſit ad heredes,non reuocatur pro arbitrio ipſius domini.

e Feudum conceſſum à minoribus valuaſoribus, non cenſetur iure proprij feudi: hoc eſt non tranſit ad heredes: reuocari quandocunque ab ipſo domino poteſt, niſi tribus caſibus.Primum enim id non obtinet Mediolani. Deinde aliud dicendum ſi vaſallus cum domino Romam perrexerit in exercitu. Poſtremo ſi vaſallus quiddā dederit pro feudo:tunc enim non poteſt auferri niſi reſtituto pretio.

f in exercitum,de exercitu loquitur, qui cum Imperator Romam proficiſcebatur ad accipiendam coronam imperialem. *Trithemius* 30. *Otho Friſingenſis. 2. capite* 11.12.

g Imo non reſtituitur pretium.*c.1.ꝭ.tit. prox.* hic reſtituitur pretium datum pro feudo perpetuo:ibi pro temporali.

h Atqui pretium pro feudo non datur? *cap.2.ꝭ.de feudo dato in vicem legis commiſſor.* non ita decorum eſt pretium pro feudo accipere: poteſt tamē id accipere dominus ſi velit & ibi agitur de lege commiſſoria.

i Feuda guardiæ & guaſtaldiæ,anomala non regularia.

k *tit*.4.§.3.*tit*.10.*in fi.tit*.11.ꝭ.*eodem*. 2.*feud*.49. feudum guardiæ cuſtodiæ nomine datur ei qui quaſi cuſtos prædio apponitur,puta Cæſario,ſeu caſæ cuſtodi.

l 2.*feud*.94.feudum Gaſtaldiæ vel Guaſtaldiæ cauſa datur ei qui quaſi actor vel procurator prędio dominico imponitur aut curti ac caſæ dominicæ gubernandæ *tit*.10. ꝭ.*eodem*.2.*Lombard*.17.

m *Item* particula repetitiua eiuſdem qualitatis. Nam ſ.§. dictum eſt de feudo non perpetuo.

n An pręterita,vt vult Petrus de ſeruo. *argu. cap.1.in fi.in quibus cauſis feudum amitta. c.1.de capitane. qui curiā.* An & futura:vt vult Baldus? quod verius: hoc ſenſu,feudum pro mercede,ſiue præterita, ſiue futura,poſt annum poſſe auferri ſiue iuſta cauſa, ſiue alia.potentior eſt enim præterita quàm futura cauſa.*l.Aquilius.ff.de donat.l.ſi teſtament.Cod.de ſacroſ.l.liber.ff.de fideiuſſ.*Quid:ſi feudum conceſſum aduocato pro patrocinio, vel ſcutifero,pro ſeruitio,vel capellano,pro capellania?finito anno poteſt auferri.Nam feudum quodcunq; pro mercede,eſt annale,*vt hic.c.feud.ſcutiferorū ꝭ.de notis feudorum.*quid ſi pro mercede domini in vita defenſi, feudum datum eſt?perpetuum eſt.*l.ſi pater.* §.1.*ff.de donat.* quid ſi feudum guardiæ annuum datum eſt perpetuum quoque eſt.*arg.l.Stichum.*§.1.*ff.de verb.oblig. l.ſenatus. in fi. ff.de donation. cauſ. mortis.*

o puta aduocatiæ defenſionis,oneris,adminiſtrationis. Huiuſmodi feuda impropria.*tit*.4.§.3.2.*feud*.81.dicuntur, & pro vice dominicaria, vel villicaria, pro decania, aliis quibuſcunque angariis accipi 2.*feud*.81.

p *tit*.11.ꝭ *eodem*.2.*feud*.94.

q feudi vita perpetua eſt:niſi ſit feudum guardiæ, Gaſtaldiæ, & quod pro mercede datur.Huiuſmodi feudum eſt annale,niſi certum tempus ſit adiectum: neque pretium reſtituitur.

r Imo non poteſt cum ſit perpetuum feudum ſeruitij. *c.1. in fi.quæ cauſ.feudi amittat.* feudum principaliter conceſſum propter ſeruitium annuum eſt:ob gratiam principaliter conceſſam,adiuncto ei ſeruitio,perpetuum.

ſ adde & aliam exceptionem,ex 2.*feudor*.81.& 105.

t feudum guardiæ & guaſtaldiæ poteſt dari ad certum tempus,puta biennium triennium,quod cum euenit ante tempus auferri non poteſt.

u Feudum quod guaſtaldiæ poſſidet,præſumitur poſſideri nomine guaſtaldiæ,non iure proprij feudi. Ita ratione qualitatis officij præſumitur qualitas feudi: Priuilegiū & beneficium interpretamur & qualitate perſonæ. *arg.l.ex militari.ff.de milit.teſtam. l.in delictis.§.ſi. extraneus. ff. de noxalib. l. ſi quis filio.§. irritum.ff. de iniuſto.*Quid ſi feudū guardiæ datum eſſe nobiliori dicatur, quàm ipſe ſit dominus,qui id dederit.Baldus putat feudum pręſumi perpetuū & proprium:niſi forte qualitas officii prætōderet nobilitati accipientis.Quid ſi feudū guardiæ, datum ſit ad arbitriū concedētis?Baldus notat feudum eſſe perpetuum, *argu.l. Iuriſperitos. ff. de excuſat. tutorum.*

x feudorum aliud proprium aliud impropriū *d.tit*.81. Gaſtaldia impropriū feudum.

y ſaltem duos

z Curtis,domꝰ, palatium,prętorium, caſtrum.

a id eſt inſtrumentum publicum *tit.3.ꝭ. eod.*

b i. an etiam ſucceſſores perſonæ Eccleſiaſticæ.

c Cuius inueſtitura facta eſt ab authore ſucceſſoris.

d Tradere.

e ¶Hi ſolēt res eccleſiaſticas in feudū dare *tit*.1.

### TIT. III.

*Succeſſor prælati non cogitur inueſtituram à prædeceſſore factam,& non expletam de feudo quod alius tenet ratam habere. Bald.*

SI verò archiepiſcopus [e] epiſcopus, vel abbas, vel abbatiſſa inueſtituram eius feudi quod alius detinebat [f], eo tenore alicui dederit, [g] *vt poſt deceſſum eius qui poßidet habeat*: & ante deceſſerit archiepiſcopus,quàm ille qui feudum poſſidebat: ſucceſſores eorum non [h] coguntur [i], eam inueſtituram facere,vel confirmare,etiamſi pares eius curtis adſint teſtes,vel breue teſtatum [k] inde ſit:niſi [l] ille, qui inueſtituram acceperit, nomine eius in poſſeſſionem miſſus feudi [m] ſit eo conſentiente [n] qui detinet. Sed ſi ille qui feudum poſſidet,prius deceſſerit,quàm ille qui inueſtituram fecit:iure cogitur [o] eam ratam habere. ¶ Laici [p] vero iiſdem [q] modis omnibus quibus ſuprà diximus,ſi aliis inueſtituram dederint: heredes eorum, ſi rationibus clarueruerint [r], omnimodo eam adimplere compelluntur.

## [SI DE INVESTITVRA FEVDI CONTROVERSIA fuerit.]

### TIT. IIII.

*Si inueſtitura ſit facta coram paribus, vel per breue teſtatum, dominus tenetur inueſtitum mittere in poſſeßionem. Baldus.*

SI autem controuerſia [ſ] inter dominum,& fidelem de feudi inueſtitura fuerit:quid iuris ſit videamus.Et ſi inueſtitura facta fuerit coram paribus [t] curtis, aut in breui teſtato: rectè eum qui inueſtitus eſt,cogitur dominus mittere [u] in feudi poſſeſſionem. Si vero fuerit in poſſeſſione,& mota fuerit ei

f *adde tit*.9.25.27.ꝭ.*eod.*

g Feudum prælatus non poteſt cōferre,in fraudem ſucceſſoris ſui.*adde c. vlt. ne prælati vices ſuas. cap. 1. de ſolut.* verbi gratia Archiepiſcopus inueſtiuit Titium de feudo Gaij ſuperſtitis, ea lege vt feudum haberet Gaio mortuo, Archiepiſcopus mortuus eſt ante Gaium: Archiepiſcopi ſucceſſor, non cogitur ratam habere inueſtituram factam ab anteceſſore Archiepiſcopo *vt hic.*Quid ita?prælatus prælato non eſt heres.Anteceſſor & ſucceſſor in huiuſmodi dignitatibus,non cenſentur vna & eadem perſona.

h ídque ex regula iuris antiqui *l.Dudum.Cod.Theodoſ.de reſcrip.*qua à ſucceſſoribus obligationes non incipiebant,volentes tamen poſſunt.Ita prælati ſucceſſor etſi non cogatur inueſtituram ab anteceſſore factam ratam habere, ratam tamen habere poteſt, Hac ratione colligunt, imperatoris ſucceſſorem non cogi inueſtituram ab anteceſſore factam hunc in modum de quo hoc § confirmare: quod electione non ſucceſſione fiat imperator. *c. venerabilem. de elect.* alias cogitur purè factam ab anteceſſore comprobare.*c.1.ꝭ.de natura feudi*

i imo coguntur 2.*feud*.33.*dicam*.ꝭ.*tit*.25.*inf.*

k *tit*.2.

l Viuente vaſallo,& eo ratum habente, poteſt dominus id feudum alteri conferre in diem vel ſub conditione,vt ipſo vaſallo mortuo inueſtitus feudum habeat. Ita inueſtitura de feudo vaſalli ſuperſtitis alicui facta: poteſt ipſius vaſalli ratihabitione confirmari.

m At hoc in feudo hereditario quod ad heredes tranſit, verum? negat Landenſis & ita potiores eſſe heredes vaſalli,ipſo inueſtito *c.1.cū vero Conradus.ſ.qui feudum.*

n Expreſſè:nam tacitus conſenſus non ſufficeret, cum hic agitur de præiudicio tertij:hoc eſt ſucceſſori inueſtientis.

o Quid ſi importunis interpellationibus potentis quaſi coactus prelatus eum de feudo viuentis inueſtiuit? mortuo ipſo vaſallo, atque ita feudo aperto.poſſe prælatum pœnitere notat Rauennas, alias cogitur inueſtire, neque liberaretur ſoluendo eo quod intereſſet inueſtiti. *cap.1.in f.infrà. ſi de feud.fuerit controuerſia, faciunt notata in l.1. Digeſtis de actione empti.* Quid ſi importunè huiuſmodi eflagitationes prebarentur, poſſet inueſtitor ipſe reuocare inueſtituras ita factas.*l.1.C.de petitione bonorum ſublatis.* quod & Innocentium mortuo Frederico imperatore feciſſe notat poſt Andream,Landenſis quod ex cauſa promiſſum eſſe notatur. *argumentum Nouell.10.capite quamuis.de reſcriptis in ſexto. Lucius.Digeſtis de euictionibus.l.item ſi.Digeſt.de rei vind.*

p & ita, in Laicorum ſucceſſoribus regula Iuris noui à Iuſtiniano proditi. 4. *Codice vndecimo.* ſeruatur, vt à ſucceſſoribus obligationes incipiant, In ſucceſſoribus eccleſiaſticorum, fauore Eccleſiæ, non incipiunt. Hi enim iuris tantum eccleſiaſtici non defunctorum ſunt ſucceſſores.

q Inueſtituram factam ab anteceſſore laici hæres ratam habere cogitur.

r lego, claruerit, eo ſenſu, ſi prædictis rationibus prolata fuerit inueſtitura. *titulo 4 paragrapho* 1. prædictis, id eſt per pares curtis vel per breue teſtatum *hic & dicto paragrapho primo.*Iuſtæ rationes dicuntur. *titulo 4. paragrapho 2. infra eod.*

ſ Controuerſia quid notatur *in l.cauſas vel lites. Cod.de tranſactionibus. l.Lucius. paragrapho tres. Digeſtis ad Trebellianum l.non ſolum. Digeſtis de procuratorib.*

t Probatur inueſtitura per pares aut per breue teſtatum, per pares ſi quos tamen habeat ipſe dominus, alias etiam per extraneos ſi nullos pares habeat.

u Inueſtitum in poſſeſſionem mittere cogitur inueſtitor neque præſtatione eius quod intereſt liberatur: niſi fortè facultatem tradendi non habeat. Porrò hæc miſſio in poſſeſſionem non eſt verbalis, aut abuſiua, ſeu impropria, hæc enim poſſeſſionem non tribuit vaſallo etſi ipſi vaſallo, feudum ita ſit adquiſitum.2.*feud*.7.*inf.*

a Controuerſiam mouente domino aduerſus vaſallum, vaſallus ſi in poſſeſſione fuerit, obtinebit, ſi modo ipſe vaſallus iuret ſe vel anteceſſorem ſuum fuiſſe inueſtitum *vt c.vl.ſ.de inueſtitura.* Quid ſi vaſallus neque ſit in poſſeſſione feudi, neque id quod ſuperius dictum eſt poluerat? iuſiurandum defertur domino *verſ ſi autem.ſ.eod.* Quid ſi neuter poſſideat? iuſiurandum erit arbitrarium: hoc eſt iuſiurandum deferet vaſallo, vel domino, iudex cauſa conuicta. *c.1.§ ſacramentum. de conſuetu. recti feu.* Quid ſi vaſallus non poſſideat, & aliud indubitatũ feudum habeat: à domino præter controuerſũ feudum? iurare non cogitur dominus, *vt hic.* In hac enim ſpecie vaſallus aduerſ᷒ indubitatũ dominum aget, cũ aliud feudum in dubitatum ab eodem domino habere hic proponatur. Priore cum ſpecie, non agit aduerſus indubiè dominũ, quippe habet in feudo ita cõtrouerſo, negantem dominum. Ideoque in hac noſtra ſpecie remittitur rectè iuramentũ quia minus agendum eſt aduerſus eũ qui manifeſto ſit dominus, quã qui ſit non manifeſtus.

b id eſt iuſiurãdum, §.2.ſ.eod.

c quam mininimum annalẽ & bona fide, ita enim his duob᷒ modis hunc locum coercent interpretes.

d id eſt, iuſiurandum defertur domino, etiam ſi eius aduerſarius vaſall᷒ nihil ꝓbet: quod eſt contra ius ciuile. *l.vlt.Cod.de rei vind. l.qui accuſare. Codic.de edendo.c.vlt.de iureiurando.*

controuerſia à [a] domino: ei defenſio [b] detur propter poſſeſſionem.[c] Si autem non fuerit in poſſeſſione, nec ſupradictis modis poterit probare: tunc illius erit defenſio [d], qui inueſtituram dicitur feciſſe.

1 ¶ Si vero feudum aliquis habuerit, de quo nulla cõtrouerſia eſt & dixerit *ſe inueſtituram alterius feudi accepiſſe ab eodem domino*, nec in poſſeſſione fuerit, nec prædictis [e] rationibus probare poterit: licet domini eſſet defenſio: ex ordine [f] tamen quia aliunde vaſallus eſt, remittitur domino ex æquitate defenſio.

2 ¶ Cum autem quis dixerit feudum ad ſe per ſucceſſionem pertinere adſerendo illud eſſe paternum [g]: ſi fuerit in poſſeſſione medietatis [h], vel alicuius partis, vel [i] cambium [k] proprietatis nomine illius feudi habuerit [l], vel aliis [m] iuſtis rationibus illud eſſe paternũ probare potuerit iure obtinebit: ſi verò probare non potuerit prædicto modo dabitur ei defenſio [n] cum duodecim ſacramentalibus [o].

*Si vaſallus poßidet caſtrum nomine recti feudi, dominus autem dicat eum nomine guardiæ poßidere: domino incumbit probatio: & ſi probauerit vaſallus condemnabitur: niſi vaſallus probet ſe legitimè inueſtitum à domino, poſtquam in guardiam ab eo cepit. domino vero in probatione deficiente, vaſallo datur defenſio. Baldus.*

3 ¶ Item ſi [p] vaſallus poſſederit caſtrum quod dixerit *ſe pro feudo tenere*, & è contra [q] dominus *per guardiam* [r] dixerit *ſe ei dediſſe*, domini eſt probatio: &, ſi poterit probare, tunc ille qui tenet domino debet reſtituere, vel [ſ] probare per pares curtis [t], vel per breue teſtatũ, poſtquam in guardiã ſuſcepiſſet, ſe à domino pro feudo inueſtituram accepiſſe. Domino vero in probatione deficiente, tunc illius erit defenſio qui poſſidet [u].

*Si creditor emit pignus, deſinit eſſe pignus, niſi eſſet emptio ſimulata, & de ſimulatione conſtaret per certa indicia, Bartolus.*

4 ¶ Similiter [x] ſi aliquis poſſederit caſtrum, vel aliam rem, & dominus dixerit *ſe pro pignore ei dediſſe*: è contrariò [y] ille dixerit *ſe accepiſſe pro feudo*, ſi potuerit dominus probare, quod ei pro pignore dediſſet: tunc ille qui tenet domino reſtituet, vel probet ſupradicto modo, ſe, poſtquam à domino pro pignore accepit. feudi nomine accepiſſe. & ſi dominus non poterit probare. ſe nomine pignoris dediſſe, erit defenſio illius qui poſſidet.

5 ¶ Si quis de manſo [z] vno feudi nomine inueſtituram acceperit, & dixerit *quod omne* [a] *incrementum pertineat ad eũ per inueſtituram*: ſi [b] dominus reſeruauerit ſibi aliquid [c] in ipſa curte [d], tunc oportebit fidelem incrementi inueſtituram per pares curtis vel per breue teſtatum probare. Sed ſi [e] dominus in ipſa curte nil ſibi retinuit: tunc omne incrementum iure feudi fidelis obtinebit. Si vero fidelis in poſſeſſione incrementi fuerit, non oportebit eum inueſtiturã probare, ſed iurare.

e id eſt per partes curtis vel inſtrumentum publicum *in princ. ſ.eod. tit. 3. in fin. ſ. eodem.*

f *2.feudorum 58.§.3.* id eſt mero iure. Nam ordo hic opponitur æquitati.

g *tit.12. in fi.ſ.eodem.*

h vt ſ. reſponſo dictum eſt.

i Partis feudi poſſeſſorem qui ſe probat planè idem, & alterius partis in in dubio præſumitur poſſeſſor, dum id tamen iuret: quod ſi ſemiplenè ſe partis poſſeſſorem probauerit, iurare cum duodecim ſacramẽtalibus cogitur partim illam controuerſam fundi, ſuam eſſe: Porro, quòd ratione partis vaſallus totum obtineat, id fieri putat Baldus, quod iuramentum ſit indiuiduũ: Ita maiori parte bonorum feudali, præſumitur reliqua eſſe feudalia.

k *tit.22.§.1.* Cambium habere *vt hîc* vel facere *d.§.1.* eſt permutare.

l id eſt fecerit *d.§.1.*

m id eſt, per pares curtis, vel breue teſtatum. *tit 3. in fi.ſ.eod.*

n id eſt purgatio quæ fit dato iureiurando: ea defertur reo & poſſeſſori. *§.3. §.5. in fi.ſ.eod. tit.10.ſ.eod.*

o *vide tit.10 & 28.ſ.eod.*

p Permutatione à ſuo vaſallo volente dominus accipere poteſt eius vtile dominium vel eius partem, & eius loco ipſi vaſallo quiddam aliud proprietatis & pleni ac directi dominij dare. Ita qui talem permutationem probauerit vaſallus per pares curiæ vel breue teſtatum (nam id exemplo nouæ inueſtituræ ita probandũ eſt.)

q Aliud igitur feudum, aliud guardia.

r de guardia dixit *tit.2.ſ.eodem.*

ſ Teſtimoniis cognitis, teſtes ad alios articulos probandos admitti hinc colligit Rauẽnas *contr, authent. qui ſemel. C.de probat.* Nã poſt probationes domini probantis feudũ (de quo agitur) Guardię feudum eſſe, auditur vaſallus probare volens, rectũ feudũ ſibi ab eo tẽpore conceſſum fuiſſe: vnde colligunt, Negantẽ ſe occidiſſe, conuictum poſt, probari poſſe, ſe ad defenſionem ſui occidiſſe. vt qui neget ſe occidiſſe, intelligatur id negare ad eum modum qui proponitur: ſcilicet vt puniatur, atque ita ſibi contrarium non eſſe.

t Pares curtis & breue teſtatum iuſtæ rationes probandæ inueſtituræ, *§.26. eodem.*

u *tit.10.ſ.eodem.*

x Feudum guardiæ, vt ex pacto in rectum feudum mutari poteſt *§.3.ſ.eo.* ita pignus in feudum conuerti poteſt, *vt hic.* vtroque caſu probatio eſt vaſalli.

y Aliud feudum, aliud pignus.

z id eſt fundo, hereditate, vnde quis ſe & familiam tueri ſatis commodè poteſt: ac præterea vectigal ſiue cenſum domino referre. dictum à manendo, Alij manſum interpretantur prædium vbi maneant agricolæ: Alij, quod iugo boum arari poſſit.

a etiam alluuionis.

b ¶ Probare ſe inueſtitum de incremento quoque feudi vaſallus cogitur, quoties conſtat dominum aliquid excepiſſe in curte vaſalli. Tunc enim iuramentum eſt domini, quoties autem nihil ſibi excepit, ipſum iuramentum eſt vaſalli.

c puta membrum, hortum, viridarium.

d eſt enim curtis, pars manſi *vt hic*, ſicut villa fundi. *l. 8. ff quibus modis vſuſfructus.*

e Iuriſconſulti in vſufructu ſic diſtinguerent Latenti incremento augeri vſumfructum non euidenti. *l 9.§.4.ff.de vſufructu.*

f puta Titius

g An hoc innuitur, Omne feudi incrementum vaſalli de feudo inueſtiti cum omni incremento eſſe, ſiue viuẽte inueſtitore fiat, ſiue eo mortuo? & ad inueſtitorem reuerti mortuo vaſallo? An & id quoque amplius: vaſallo ſubfeudante, ſeu alij feudum dante ſub eadem conditione totius iuramenti, omne iuramentum feudi quod poſt mortẽ primi vaſalli mortui ſine heredibus euenerit, reuerti ad primum dominũ inueſtitorẽ vel ad eos, ad quos feudum reuerſurum eſt: vt ea ratione primi vaſalli iure ſublato, ſublatũ quoque ius intelligitur eius qui ab eo feudũ eadem cõditione accepit quod & verius eſt.

h Imo etiam & mortuo inueſtitore. *Belloniſanus, Landenſis.*

i puta Sempronio.

k ſubfeudare vaſallus poteſt: hoc eſt alteri feudum ſuum dare, etiam in permiſſu domini: dũ id faciat vaſallus bona fide, æquali & iiſdẽ cautionib᷒: qua in ſpecie, dominus in ſubuaſallum experiri in ſubſidium poteſt ſeruitiorũ nomine.

l puta Caium.

m *tit.17.ſ.eod. & 2.Feud.24.*

*Si ſecundus vaſallus accipiat inueſtiturã de feudo à primo vaſallo cum eius incremento, & aliquid accedat huic feudo, viuente primo vaſallo: totum incrementum eſt ipſius vaſalli ſecundi. Bart.*

6 ¶ Rurſus ſi aliquis [f] acceperit inueſtituram feudi *cum omni incremento quod ei obuenerit*, [g] aliquid accreuerit viuente [h] eo [i], à quo acceperit, ipſius erit & ſi ille, qui inueſtituram fecit, ſine herede deceſſerit, & feudum reuerſum fuerit ad eum [l], à quo ipſe tenuerit, vel ad alium: quidquid poſt mortem eius qui dedit, accreuerit, ad eum pertinebit, ad quem regreſſum fuerit.

## QVIBVS MODIS FEVDVM AMITTATUR.[m]

### TIT. V.[n]

*Caſus primus feudi amittendi.*

QVia ſuprà dictum eſt, quibus modis feudum acquiritur, & retinetur: nunc videamus qualiter amittatur. Si enim dominus pręliũ campeſtre [o] habuerit & vaſallus eum morantem in ipſo prælio dimiſerit [p] non mortuum, nec ad mortem vulneratum: feudum amittere debet.[q] ¶ Item ſi fidelis cucurbitauerit [r] dominum, id eſt cum vxore [ſ] eius concubuerit, vel concumbere ſe [t] exercuerit, aut cum ea turpiter luſerit,[u] vel ſi cum filia, aut [x] [cum nepte ex filio, aut cum nupta filio] aut cum ſorore domini cõcubuerit, (hæc ita obtinẽt, ſi in domo domini maneat [y]) iure feudũ amittere cenſetur. ¶ Similiter ſi dominũ aſſalierit [z], vel caſtrũ domini, ſciens [a] dominũ, vel dominã ibi eſſe. ¶ Item ſi fratrẽ ſuũ [b] occiderit, vel nepotẽ [c] id eſt filium fratris [d]. ¶ Aut ſi libellario nomine amplius [e] medietate † in feudũ dederit [f] aut ꝓ pignore [g] pl᷒ medietate obligauerit, ita vt [h] tranſactũ permittat: vel dolo hoc egerit amiſſione feudi multabitur. ¶ His omnib᷒ caſibus feudũ ad [i] dominũ reuertitur.

n *tit.2.Cuia.*

o *adde tit.17.21. & 2.feud.24 §.2. & tit.28.57.107.*

p Dominus (ſi vel iuſtam cauſam habeat: vel id ſit incertum) defendendo & oſtendendo iurare vaſallus tenetur: ſi iniuſtam defendendo tantum. *c.1.ſ. hic finitur lex.* Quid ſi in iniuſta cauſa, dominum iurare cœpit vaſallus: & dominum reliquit? feudo priuandum eſſe negant doctores: niſi fortè per ſpeciem iuuandi, id effecit, ne alius iuuaret. quid ſi ea membrorum habitudine eſt, vt iuuare dominum non poſſit? clamore ſaltem ciere ſeu aduocare iuuaturos cogitur. *argumentum. l.cum domino. ff. ad Syllania.* quid ſi dominum aditurus præiudicat certò ſe quoque interfectum iri? Propriam vitæ domini poteſt anteponere vaſallus: & ita fuga ſalutem ſibi quærere: neque ea cauſa feudum amittet: quod aliud eſt in ſeruo *l.1. ff ad Syllanianum.* quid ſi commune feudum duo fratres habeant: vnus dominum defenderit, alter non defenderit? qui non defendit excuſabitur: alterius intuitu: idque propter perſonarum & feudi coniunctionem. *Baldus.*

q *ſub.* per ſententiam non ipſo iure. *Hern. Aluarot Rauenas.*

r *tit.17.2 feud.57.*

ſ Etiam volente, non tantum inuita. Quid ſi cum vxore domini ignorans adulterium commiſit? feudum non amittit. Quid ſi cum concubina vel ſponſa de præſenti? Idem quod in vera vxore conſtituunt interpretes. Aliud ſi ac pediſſequa.

t quid ſi alij opem tulit? idem.

u Vaſallus feudo priuatur turpiter ludens cum vxore domini, vnde notant ex turpi etiam colloquio cum vxore domini feudo priuari. licet alias colloqui leuius ſit quiddam quàm attingere: & in pœnis mitiores eſſe debeamus.

x aut nuru, id eſt cum nupta filio. *Cuiac.*

y & in capillo fuerit. *2.feudorum.24.§.2. verſ. rurſus.*

z *2.§.2. verſic. porrò ſi dominum.*

a imo idem & ſi neſciens aut ignorauit dominus ibi eſſe: quemamodum nihil intereſt dominus in caſtro fuerit vel non fuerit cum ſufficiat vaſallum oppugnaſſe caſtrum domini. *Rauennas.*

b *2.feud.24.2.§.3.* Quid ſi fratrem domini? feudum non amittit. *2.feud.37.*

c Nepos pro filio fratris.

d Quid: his caſibus, quibus nimirum vel fratrem vel filium fratris interſint: cui feudum committitur? non domino ſed agnatis interficientis, cum id genus delicti non ſit in perſonam domini admiſſum. Ac de feudi committendi legibus paucis hæc adferamus. Ex delicto in perſonam domini admiſſo, feudum ſiue antiquum ſiue nouum domino committi, excluſis adgnatis vaſalli, & deſcendentibus. Ex delicto in alium admiſſo, nouum domino antiquum adgnatis committi. ex non delicto, ſed quia in legem contractus feudi admiſit vaſallus (tonans vaſallum ſine domini voluntate feudum vendidiſſe) nouum domino antiquum agnatis committi ſi qui ſint: ſi nulli, ad dominum non ad filios vaſalli, ſi quid hereditarium patris habeant. *Rauen.*

e *t.13.ſ.eod.*

† medietate feudi dederit *Cuia*, hodie etiã partis alienatio ꝓhibita. *2.feudorum 9.52.55.*

f inuito domino.

g Pignorare feudũ ita vt realem poſſeſſionem transferat. vaſall᷒ non poteſt: alias feudo priuatur. verbaliter tamen pignorare poteſt.

h vt tranſacto anno *Hotom.* . vt diſtractionem permittat *Cuiac.* id genus pignoris cõſultum dicitur. *2.feud.8.in fi.*

i *2.feud.37.*

¶ Rurſus ſi fidelis minus medietate libellario nomine [feudum] dederit, & ſine herede [a] deceſſerit, & feudum ad dominum redierit, vel poſtquam ad libellum dederit, vel pignori obligauerit, & domino [b] refutauerit [c]: tunc ille qui ab eo acceperit, nullo iure aduerſus dominum ſe tueri poterit.

*Qui conſentit, iura ſua perdit, & aliena fortificat. Bald.*

1 ¶Præterea ſi ille ad quem fundum per ſucceſſionem iure obuenire debet, conſenſerit [d] eos inueſtire, ad quos ſecundum rectum morem non pertinet: nullo modo ad eum repetendum regreſſum habet. ¶Item ſi fuerint duo fratres & vnus inueſtiturã feudi acceperit: ſi poſtea feudũ cum fratre diuiſerit [e], & [f] ille qui feudi partem accepit, poſtea plus medietate vendiderit [g], & ſine [h] herede legitimo deceſſerit feudum ad dominum reuertitur. ¶ Item ſi quis feudum habuerit in [i] curte [k] domini ſui: non poterit ipſum feudum in aliqua parte libellario nomine alicui ſine conſenſu domini ſui dare, vel pignori obligare. Similiter ſi extra curtem detinuerit, & [l] dominus diſtrictum [m] habuerit, vel [n] alium honorem: ſi [o] alienauerit ſine voluntate [p] iure ad dominum reuertitur.

## [EPISCOPVM, VEL ABBATEM VEL ABBATISSAM, VEL DOMINVM [q] PLEBIS feudum dare non poſſe.]

### TIT. VI.

*Epiſcopus, abbas, vel abbatiſſa, vel dominus plebis non poſſunt de cætero infeudare res eccleſiarum ſibi ſubiectarum, quæ vocantur tituli. Baldus.*

Item ſi epiſcopus, vel abbas, vel abbatiſſa, vel dominus [r] plebis, feudũ dederit de reb⁹ eccleſiarũ, quæ eis ſubiectæ ſunt, & tituli [ſ] vocantur: nullum habet vigorem: ſecundum hoc quod conſtitutum eſt à Papa vrbano in ſancta ſynodo, hoc eſt illud quod [t] poſt eius decretũ fuerit datum: quod autem ante datum fuerit: firmiter permanere debet. Idẽ iuris eſt, ſi [ſit] præpoſitus, [vel abbatiſſa], vel alia eccleſiaſtica perſona, quæ antiquitus [u] non ſit ſolita in feudum dare: ſcilicet vt quod dederit de iure non valeat.

*Fœmina poſita in copula cum maſculo, non ſuccedit ſimul cum eo, ſed ita demum, ſi maſculus non eſt. Baldus.*

1 ¶ Quinetiam ſi quis eo tenore feudum acceperit, *vt eius deſcendentes maſculi &* [x] *fœminæ illud habere poſsint:* relicto maſculo, vlterius [y] fœminæ non admittuntur.

2 ¶ Mutus [z] feudum retinere non [a] poteſt, [b] ſcilicet qui [c] nullo [d] modo loquitur, [e] ſed ſi feudum fuerit magnum, quo ei ablato ſe exhibere [f] non valeat: tantum ei relinqui debet, vnde ſe ſuſtinere poſſit. ¶ Et his omnibus caſibus feudum amittitur, & ad dominum reuertitur.

a maſculo ſcilicet, ſi vaſallus ſine herede maſculo decedat.
b Feudum refutare domino vaſallus poteſt. quod ipſe in alium contulerit, etiam ipſo accipiente inuito. Quid ita? imputet ſibi qui accepit, quod non ritè acceperit. *arg. l. qui cum alio. ff. de reg. iuris.* Quod ſi quis accepit ignorans? Baldus putat retinere feudum poſſe. *c. 1. §. ſi vero. ꝧ. qualit. olim feuda.* quo loco tamen agitur de infeudatione iure promiſſa: hic autem de alienatione non promiſſa.
c *2. feudorum 9.* ſi feudum refutauerit in manus domini.
d ſi proximior agnatus ſucceſſurus conſentiat vt remotior vt extrane⁹ de feudo inueſtiatur. *2. feudorum. 26. §. 5. verſic. Titius.* præiudicat ſibi. conſenſiſſe autem hic intelligitur, qui etiam tacitè conſenſit dum tamen conſenſus ille actu aliquo probetur puta ſigillo adpoſito, vel ſubſcriptione alia quã teſtimonij perferendi. *l. Gaius. ff. de pignoribus.*
e Feuda diuidi regulariter poſſunt, *vt hic* quod in feudis dignitatum non obtinet. *c. 1. § præterea de prohibit. alieni feudi per feder. &* vbi alia conſuetudo eſt.
f frater fratri in feudo ſimul adquiſito non ſuccedit, niſi mortuo ſine liberis. at non ei ſuccedit delicto feudi partẽ ſuã amittenti.
g ſi vaſallus pl⁹ medietate feudi vendiderit.
h & ſi. *Hotom.*
i ſi minima pars feudi, quod in curte eſt, alienata.
k vid. *2. feud. 5.* quod vulgo de camera, vel de cauena dicitur. *Contius.*: feudum in curte domini habere is intelligitur, q annuũ reditum, aut certam penſionem, & vt Rauennati placet, qui certã partem territorij, vel villæ à domino accipit. Extra curtem vero domini is feudum habet, qui poſſeſſionem eam à domino in feudum accipit, in quam ipſe dominus iuriſdictionẽ habeat. Neque in curte & extra curtem & iuriſdictionem. is autem habet, qui in ea villa feudum habeat, in qua dominus nullam habeat iuriſdictionem, vel nullum diſtrictum.
l Infeudans rem ſingularem, non cenſetur iuriſdictionem infeudare: ſecus ſi vniuerſitatem caſtri vel villæ. Iuriſdictionem ac diſtrictum alicubi habere, & in eodem loco dominium habere, differre ex hoc loco colligi etiam poteſt. *§. ad hæc ꝧ. de pace iurand. firm.*
m id eſt iuriſdictionem.
n ſi feudum in quo dominus diſtrictum vel alium honorem habet, vaſallus vendiderit.
o Feudum habens in curte domini, feudum ſuum alteri infeudare non poteſt.
p domini ſcilicet.
q *de quo vide ꝧ. eodem.*
r *adde inſcriptionem tituli* qui & vice dominus *c. volumus. c. Dominum. 89. diſtinctione. Sigebertum in Chronicis: Car. 4. de reuer. eccleſ. deb.* œconomus *Caſsiodorus. 5. variarum epiſtol.* præpoſitus reditibus colligendis à plebeis ſeu ruſticis, *dixi ad l. 33. §. 4. Codic. de epiſcopis.*
ſ Tituli, prædia clericis eccleſiæ ad alimenta deſtinata.
t Infeudationes Eccleſiaſticarum rerum factæ ante Papam vrbanum ratæ habentur.
u *tit. 15. eod. 2. feud. 91.*
x Ratio dubitandi in hac voce conſiſtit, quod maſculus, & fœmina re & verbis hic ſint coniuncti, & tamen fœmina ſimul cum maſculo non admittitur, etiamſi dictum ſit, vt maſculi & fœminæ feudum illud habere poſſint. Quid igitur? ſi nunquam extiterit maſculus fœmina admittetur. ſin ſemel extiterit, poſtea non admittetur, fœmina ſemel à maſculo excluſa, in perpetuum eſt excluſa, vt ne mortuo quidem maſculo fœmina admittatur: niſi fortè qui extitit maſculus, ſubito mortuus ſit: quia qui extitit & ſubito mortuus eſt, extitiſſe non videtur: quo loco notant, ſubito eum deceſſiſſe videri qui antequam tingeretur ſacro baptiſmate, & nomen ei impoſitum eſſet mortuus ſit. hoc eſt ante octauum diem. *Innoc. in c. nam & ego. de verb. ſignificat.* Quid ſi non rectũ feudum ſit ſed condioratum, vt ita appellant, cuius ſeruitium ipſa mulier æquè præſtari poſſit ac maſculus? fœmina ſimul cum maſculo admittetur. vt interim notetur particulam & hic poſitam, ſenſum coniungere non verba. Tres alios intellectus ad huius locum vide apud Landenſem.
y id eſt extantibus maſculis *tit. 7. §. 2.*
z *2. feud. 36.*
a imo poteſt. *2. feud. 36.*
b Cur mutus etiam ex morbo culpa ſua adſcito feudum retinere non poteſt? An quia pars ſeruitij eſt aliqua in ſermone? *vt titul. de forma fidelitatis.* Eadem ex cauſa primogenitum regis, ꝙ mutus ſit in regno non ſuccedere notant: atq. ei ſecundogenitum præferri.
c Mutus dicitur qui nullo modo loquitur
d mutus feudũ retinere non poteſt, niſi pauper ſit & feudum ipſum magnum. Tunc enim eatenus ſi ex feudo ſeruare poteſt. quatenus ſufficiat ad alimenta. quod ſi feudũ nouum ad certũ aliquod ſeruitium datum eſt, vt ne ei mutum eſſe noceat? Ita mutus feudum retinebit. Quod ſi quis mutus eſt vaſallus ea ſit conditione, vt neque ob ingratitudinem feudum poſſit ei auocari: puta vt dominum mortis periculo eripuerit? feudum ſeruari notat Rauennas. Quid ſi ſciens prudens mutum inueſtierit dominus? gratiam ei beneficij ſeu feudi feciſſe intelligitur vaſallus.
e Balbutientem feudum ſibi retinere poſſe hic rectè colligas: cũ balbutiens quodammodo loquatur.
f i. alere.

## [g] DE NATVRA FEVDI.

### TIT. VII.

*Non poteſt, de comitatu, marchia, vel baronia inueſtitus per principem, de his pro libito deueſtiri. Bald.*

Natura feudi hæc eſt, vt ſi [h] princeps inueſtierit capitaneos ſuos de aliquo feudo, nõ poteſt eos deueſtire ſine [i] culpa, id eſt, marchiones, & comites, & ipſos, qui propriè hodie appellantur capitanei. Idem eſt ſi inueſtitura ſit facta à capitaneis, & maioribus valuaſoribus. qui propriè [k] hodie capitanei appellantur. Si verò facta fuerit à minoribus [l] vel minimis valuaſoribus, aliud eſt. Tunc. n. poſſunt deueſtiri nõ habita ratione culpæ: niſi [m] fecerint [n] hoſtem Romæ. tunc enim idem eſt in minimis, quod in maioribus valuaſoribus: vel niſi [o] emerint fundum, tunc enim precium reſtituendum eſt ſecundum antiquum & rationabilem vſum. Moderni [p] autem non ita ſubtiliter cernentes, dicunt idẽ obſeruandum in minimis, quod dictum eſt in maioribus valuaſoribus.

## DE SVCCESSIONE FEVDI.

### TIT. VIII. [q]

*Si habens feudum decedat maſculis & filiabus relictis: ſoli maſculi ſuccedunt in feudum, non filiæ ſeu fœminæ. Baldus.*

Sequitur de ſucceſſione feudi videre. ¶Si quis igitur deceſſerit filiis & filiabus ſuperſtitibus: ſuccedunt tantum [r] filij æqualiter [ſ], vel nepotes [t] ex filio [u], loco [x] ſui patris: nulla [y] ordinatione [z] defuncti in feudo manente, vel valente.

*Feudo paterno alienato. vel de quo eſt filia inueſtita, ſuccedit maſculus ſuperſtes. Baldus.*

1 ¶Hoc quoque obſeruatur, vt ſi frater meus alienauerit [a] partem ſuam feudi [z], vel fecerit [c] inueſtiri filiam [d] ſuam, ſi moriatur ſine herede maſculo, nihilominus reuertitur ad me: [e] & olim obſeruabatur vſque ad quartum gradum tantum ſecundum quoſdam: hoc ideo, quia poſtea non † vocatur feudum paternum. Alij autem dicunt vſque ad ſeptimum † gradum.

*Filia non ſuccedit in feudo, licet vaſallus deceſſerit ſine herede maſculo. niſi inueſtitura facta fuerit in patrem vt filij & filiæ ſuccedant in feudum. Bald.*

2 ¶Filia [f] vero non [g] ſuccedit in feudo. niſi [h] inueſtitura fuerit facta in patre, *vt filii, & filiæ ſuccedant in feudum.* (tunc enim ſuccedit filia filiis non [i] extantibus) vel niſi [k] inueſtitæ fuerint. [l] Hæc de hoc feudo paterno. ¶ In alio vero feudo, quod habuit initium tantum à fratribus [m] non [n] ſuccedit vnus alteri, ſiue vna inueſtitura, ſiue duabus: niſi [o] hoc fuerit dictũ expreſſum, vt alter alteri ſuccedat.

g *tit. 3. Cuiacius.*
h Deueſtire vaſallum hoc feudum vaſallo auferre dominus non poteſt, etiãſi ſit Imperator vel eius ſucceſſor, vbi eum ſemel inueſtiuit, niſi conuictum & per ſententiam. *vt hic.*
i *tit. 21 tit. 22. in fine.*
k *tit. 1. ſ. eod* impropriè *Cuiacius.* l *tit. 16. ꝧ. eod. tit. 1. §. 5. ſ. eod.*
m prima exceptio. n i. niſi valuaſinus cum domino, Romam (cui cum Longobardis res fuit ſemper) in expeditionem perrexerit. *adde tit. 20. ꝧ. eod. & 2. feu. 12. tit. 1. §. 5. ſ. eod.* o ſecunda exceptio. *adde tit. 16. ꝧ. eod.*
p Mediolani *Cuiacius. arg. tit. 1. § 5. 2 feud. 10.*
q *tit. 4. Cuiac.* r *§. 2. ꝧ. eod. tit. 1. §. 3. ſ. eod.*
ſ *d. tit. 1. §. 1. in fine.* t *d tit. 1. §. 2.*
u non ex filia.
x *tit. 14. §. 1. ꝧ. eod.* iure etiam repræſentationis admiſſo.
y Succedendi ordinem in feudis vaſallus mutare non poteſt: hoc eſt nõ poteſt beſſem vni alteri triẽtem legare. Quid: non poteſt hæredem damnare vt annuam frumenti & vini modiationem aliquam det Titio? Baldus, Aluarotus, Rauennas ita putãt: cùm in hac ſpecie teſtetur defunctus de fructibus à feudo ſeparatis, qui proprij ſint hæredis non feudi. z i. teſtamento aut prælegato. a in filiam.
b Feudum antiquum vaſallo alienatum ſiue conſenſu domini filiis primò vaſalli, deinde agnatis eius committitur, non ipſi domino. c *2. Feud. 39.*
d Filiam vaſalli de feudo nouo inueſtire dominus poteſt, etiam inuitis vaſſallis: cum id feudum, ſit recaſurũ ad ipſum dominũ qui inueſtiuit: de feudo paterno & antiquo, inuitis agnatis non poteſt, niſi viuo ipſe vaſallo, id eſt tantiſper dum viuit ipſe vaſallus pater filiæ ita inueſtitæ. e ſi alienationi aut inueſtituræ non cõſenſero *d. tit. 39.* aliàs nõ reuertitur, *tit. 24. ꝧ. tit. 5. § 1. ſ. eod.* † hoc hodie immutatũ. *ꝧ. eo.* † hodie infinitum *2. feud. 50. v. Myſinger. 2. obſ. 95.* f Fœminæ in feudis ſuccedunt vel ex pacto, vel ex gratia domini (feudo hoc poſtremo caſu, liberè ad ipſum dominum reuerſo. *vt hic*) vel niſi feudum ſit maternum. Quid filius filiæ? ſuccedit, ſi pater inueſtitus fuerit pro ſe, filiis maſculis, & fœminis ex ſuo corpore deſcendentibus. *l. 1. C de condit. inſertis.* g *tit. 1. §. 3. ſ. eod.* h Prima exceptio, *d. §. 3.*
i fuit ea ſentẽtia Gerardi, *tit. 6. §. 1. ſ. eod. 1. feud tit. 17. verſ. non. n. 50. ti. 51. §. 3. ti. 104. §. 1.*
k ſecunda exceptio. l à domino, *tit. 24. ꝧ. eod.* m i. in feudo fraterno ac nouo. n *v. tit. 20. ꝧ. eo.* o exceptio *v. tit. 14. ꝧ. eod.* Frater fratri in feudo fraterno (quod initium accepit à fratre) non ſuccedit, niſi ex pacto. *vt hic* aliud in emphyteuſi, *Rauennas.* Quin & in feudo fraterno ſuccedet frater, ſi feudum ita ſit conceſſum: *duobus fratribus & ſingulis feudum rectum & nobili concedimus.* vt eo caſu ſinguli ſolidũ feudum accepiſſe videantur.

a Qualiter heres inueſtitoris teneatur, *Cuiac.*
b *titul.5.Cuiac.*
c *titul.3.ſ.eodem.*
d In diem inueſtitura fieri poteſt, vel ita: inueſtitura diem & conditionem recipere poteſt.

## QVI[a] SVCCESSORES TENEANTVR.

### TIT. IX.[b]

SI quis inueſtitus fuerit de alieno[c] feudo *poſt*[d] *mortem eius,*[e] vel ſi quis fuerit inueſtitus *ſub*[f] *condicione aliqua*, vel *tempore*[g] *quo nullus erat*[h] *inueſtitus:* ſiue præmoriatur tenens feudum, ſiue inueſtitor, ſiue inueſtitus: inueſtitor &[i] inueſtitoris heredes tenentur inueſtito vel heredi eius veniēte tempore vel conditione: licèt alij dicant[k] ſi moriatur inueſtitus antequam tenens feudum, vel ante conditionem exiſtentem, vel ante tempus, quòd heredes eius non debeant inueſtiri: nam ſi quis fuerit inueſtitus purè[l] de alieno feudo, non valet habita inueſtitura. Hoc[m] ita eſt, niſi fuerit facta ab aliqua eccleſiaſtica perſona tunc enim ſi præmoriatur inueſtitor antequam feudum tenens vel conditio, vel tempus exiſtat: non obligatur ſucceſſor illius. hoc probatur per Legem Lotharij de precariis[n]. & hoc[o] intelligendum eſt in vaſallis, qui feudi ſucceſſionem[p] non habent.

## DE CONTENTIONE INTER DOMINVM ET FIDELEM DE[q] INVEſtitura feudi.

### TIT. X.[r]

*Orta contentio inter dominum & fidelem de inueſtitura, decidi debet vel per pares curiæ, vel per iuramentum poſſeſſoris. Bald.*

SI contentio fuerit inter dominum & fidelem de inueſtitura feudi, per[ſ] pares curiæ[t] dirimatur. Alij[u] enim teſtes etſi idonei ſint, admittendi non ſunt, inopia[x] tamen probationū dirimatur per religionem[y] clientuli[z] poſſeſſoris[a] feudi, vel cum[b] duodecim ſacramentalibus[c], ſecundum quoſdam. Cæterùm ſi dominus poſſideat, etiam per ſuum iuſiurandum cum duodecim ſacramentalibus dirimatur: hoc ita, niſi cliētulus ſit gaſtaldus[d] vel actor domini. tunc enim tantum[e] ſuæ, id eſt domini religioni ſtatur: niſi[f] habeat teſtes pares idoneos.[g] nam[h] aliquando malignando multa bona auferuntur[i] domino hoc modo. & hoc colligitur per legem quæ eſt in titulo de acquiſitione actorum regis in Lombarda.[k] Idem dicendum eſt de guardia.

## [DE PIGNORI DATO FEVDO QVID IVRIS SIT.]

### TIT. XI.

SImiliter ſi[l] quis voluerit dicere de pignore ſibi dato ſe inueſtitū eſſe, non[m] credatur ſuo iuramento, ſed teſtibus idoneis[n] paribus domus vel curiæ. ¶ Inſuper ſciendum eſt feudum guardiæ & gaſtaldiæ quacunque[o] hora vult, auferri[p] poſſe à domino, ſcilicet poſt[q] annum.

e id eſt, poſſeſſoris.
f ſub conditione & in diem quis inueſtiri poteſt.
g Inueſtire vaſallū dominus ſub ea conditione poteſt, *cum aperitur feudum.* Hunc in modū, feudum nondū apertum cōferri ſub cōditione poteſt: purè non poteſt.
h lego, erit.
i In feudis ſpes cōditionalis inueſtiture tranſit ad heredes actiuè & paſſiuè. facit. §. *ex cōditionali Inſtit. de verb. obligat.* Ita feudum comparatur magis contractui, quàm vltimæ voluntati: quia ſpes cōditionalis in vltima voluntate nō trāſit ad heredes *l. ſi ex ff. de ſuis.*
k An bene, vt vult gloſſa? An male: vt communiter gloſſæ opinionem reprobant Beluiſanus, Hernias, Baldus, Landenſis?
l Purè de alieno feudo inueſtiti nemo poteſt.
m Quæ ſuperius dicta ſūt de inueſtitura in diem vel ſub cōditione, locum non habere in inueſtitura facta ab Eccleſiaſtica perſona. Quid ita? quia ante diem vel euentum conditionis inueſtitor Eccleſiaſticus deceſſerit, ſucceſſor eius ratā inueſtituram habere non cogitur. *vt hic.* In laico inueſtitore, heres inueſtitoris factam ita inueſtituram probare tenetur.

n Precaria eſt ceſſio vſusfructus rei immobilis quæ fit clerico ad tempus, vel dum vixerit: ea lege, vt eccleſiæ miniſterium exhibeat. *ſynodi Toletam. c 3. fiebat* etiam ei, eiúſve liberis qui rem ſuam eccleſiæ donaſſet: *adde quæ de precaria dixi ad Nouel. 7. c.4. Nouell.20.c.1. l.14.§.5.Cod. de ſacroſ. eccleſ.*
o Quod ſuperius dictum eſt initio huius capitis, locum habet, quoties primus vaſallus deceſſit ſiue ſucceſſore maſculo vel agnato.
p feudum ſucceſſionem nō habere dicitur, quòd morte accipientis finitur. *vt hic, & titul. 27. & 2. feud. 26. §.2.*
q *tit.4.ſ.eodem*
r *tit.6.Cuiac.*
ſ *d. titul. 4.*
t iidem pares Curtis dicuntur, *tit.2.§.1.tit. 4. paſſim. ſ.eod. m.* pares domus *titul.11. ſ. eod.* pares de domo, *tit.26.§.1.ſ.eod.* compares, conuaſalli.
u Teſtes quinque in aliis cauſis iure ciuili paſſim admittuntur, *l. 1. ff. de teſtib.* In feudis ſeu iure, pares Curiæ tantum admittuntur.
x Probationum inopia (vt quia nulli ſint pares Curiæ) recurritur ad iuramentum: eſt enim ſubſidium probationum, iuſiurandum ſic apud minimum, iuſiurandum, emplaſtrum æris alieni dicitur.
y i. iuſiurandum.
z id eſt, vaſalli. Clientulus enim his liberis ſumitur pro vaſallo.
a *titul. 4.§.3.ſ. eodem.*
b Sacramentales nunquam iurant, niſi aliqua ſuſpicio ſit vel præſumptio aduerſus poſſidentem iurantem. Idem in purgatione canonica, quippe infamia apud bonos notatus, purgandus eſt canonici. *c. cum iuuente. de purg. canonica.* Ita quoque iure ciuili ad inquiſitionem non peruenitur, niſi præcedentibus iudiciis, *Cyn. l. vlt. Cōdic. de quæſtion.*
c *tit.4.§.2.ſ.eod tit.28.ſ. eod.*
d *dixi tit. 2.ſ.eodem.*
e ſine ſacramentalibus.
f Atqui pares Curiæ teſtes eſſe non poſſe videntur: cum paulo antè dictum fuerit eos eſſe iudices? Interpretes putant numerum parium ſpectandum eſſe: vt ſi ad vtrumque munus ſufficiant pares, hoc eſt teſtium & iudicum, ſi teſtes: illi iudices eſſe



poſſint. ſin pauciores ſint & iis ſolis factum poſſit probari, teſtes ij fuerint, alius iudex: ſin per alios res probari poterit, illi iudices fuerint: In re obſcura, teſtes fuerint, alt et iudex. facilius enim reperiuntur iudices quàm teſtes: nā & noua inueſtitura per pares probat, antiqua etiam per extraneos *c.1.ſ. qui teſtes ſint neceſſarii.*
g *titul.11.*

## DE CONTENTIONE [INTER ME ET DOMINVM DE PORTIONE] FEVdi fratris [mei] defuncti.

### TIT. XII.[r]

*Fratris ſuperſtiti defertur iuſiurandum, ſi partem habeat in feudo, de quo eſt contentio inter eum & dominum. Bald.*

SI contentio fuerit inter me & dominū de portione feudi fratris mei defuncti, dicendo[ſ] paternum eſſe, & ſic[t] me debere ſuccedere, ille verò minimè, tanquam habuerim partem[u] meam: ſiue poſſideo[x] ſiue alienaui, dabitur mihi iuſiurandum, ſcilicet patrem meum iure inueſtitum fuiſſe: licèt non poſſideam portionem fratris mei. Si verò nullā partem habuero illius feudi, nec mihi nec domino dabitur iuſiurandum, niſi propter ſupradictam rationem domino, non, vt ego propter hoc aliud meum feudum amittā. Si tamen vaſallus poterit probare paternum fuiſſe, ſiue poſſideat, ſiue[y] non, obtinebit: alioqui niſi[z] probet paternum fuiſſe, vel poſſideat, dominus obtinebit.

## DE ALIENATIONE FEVDI.

### TIT. XIII.[a]

*Vaſallus hoc iure poteſt etiam ſine voluntate domini feudum alienare ad libellum vſque ad medietatem, & non in plus: & non per alium contractum. Bald.*

SI clientulus[b] voluerit partem ſuam feudi alienare, id eſt, medium[c], ſine domini voluntate poterit hoc facere: vlterius† progredi non[d] poteſt, ſecundum iuſtum & verum vſum: alioquin & feudum amittit, & non valebit quod factum eſt. Quod dictum eſt alienare, intelligas de libello[e]. [Huic conſuetudini derogatum eſt per legem Lotharij[f].] Mediolanenſes[g] verò irrationabiliter[h] conſiderantes dicunt clientulum etiam alienare poſſe in totum, & ſine domini voluntate. ¶ Inde poteſt præſumi, ſi clientulus fecerit libellum in perpetuum de feudo ſuo alicui eccleſiæ,[i] non valet: ideo[k] ſcilicet, quia[l] nunquàm reuerſurum ſit ad dominum, cùm eccleſia non[m] deſinat eſſe heres: quod obſeruandum eſt [&] in priuato ex natura[n] perpetui libelli. Sed[o] diuerſum obſeruatur in eccleſia quàm in priuato. Eccleſia[p] enim cultrix & auctrix iuſtitiæ non patitur contra iuſtitiam aliquid fieri in ſe, vel in alterū: priuatus vero ſæpe obuiat iuſtitiæ. ¶ Etſi clientulus fecerit libellum, vel aliud[q] de medietate feudi ſine domini voluntate: eo mortuo ſine legitimo herede maſculo (quod verbum[r] ita intelligendum eſt in feudo, id eſt, ſine filio maſculo) reuertitur[ſ] feudum ad dominum. ¶ Si verò cum[t] domini voluntate totum, vel medium alienauerit, ſtabilis permaneat alienatio, fratri verò vel nepoti[u] per libellum facta alienatio, etiam[x] ſine voluntate domini. [Iſeſſum.

h præſumitur officialis multa ex ſuis bonis à domino quæſiuiſſe: imò & potuiſſe ſubtrahere. *adde l. facultas. Cod. de iure fiſci: l. ſi defunctus C. arbitr. tutelæ.*
i ab actore *l. vlt. in fin. ff. de officio præſid. l.1. §. 1. ff. de off. procur. Cæſar.*
k *lib.2.tit.17. de aquiſitionibus actorū regis* Lombardæ libros eſſe Authenticos hinc colligunt.
l Non præſumitur in feudū rem accepiſſe, quæ ei pignori tan⁄m d. ta eſt: niſi probetur.
m Imò creditur, *tit.28. ſ. eod.* Cur non creditur? Anno poſſediſſe iure pignoris aliud eſt à feudi poſſeſſione annua non hoc probat qui illud probat.
n *tit. 10. ſ. eod.*
o ea eſt naturæ feudi improprij *2 feud. 81.* vt poſt annum auferri quandocunque poſſit: vt iudicis ſententia neque requiratur, neq; tempus datum iudicatis. niſi fortè ius domini ſit incertum.
p Feuda guardiæ & gaſtaldiæ non ſunt perpetua: cum quacunque hora poſt annum ea vaſſallo ſuo poſſit auferre dominus.
q *Tit.1. § 1. tit. 2. ſuprà eodem.*
r *Tit. 7. Cuiacij.*
ſ *Tit.3.§.2.ſ. eo.*
t frater fratri mortuo ſuccedere poteſt in feudo paterno.
u ſiue mediam, ſiue maiorē, ſiue minorem: Ita partis poſſeſſæ ratione, præſumitur totū poſſeſſum.

x poſſeſſio multum operatur vt iuſiurandum deferatur poſſeſſori.
y hæc verba, ſiue non, Cuiacius expungit.
z vt hinc colligas, feudū potius nouū preſumi quàm paternum. *v. 2. feud. 11. in fi.*
a *titul.8.Cuiac.*
b i. vaſallus. *verſic. etſi ſ. eod. tit. 10. ſ. eodem. tit.*
c *titul. 3. in fin. pr. & §. 1. ſupr. eodem.*
† hodie ne quidem partem alienare poteſt ſine domini voluntate *2. feud. 9. 52. 55.* vt nec pignorare totum vel pro parte ſine voluntate domini. *c. 1. de prohibita feudi alienat. per Federic.*
d Poteſt tamen hodie ſubfeudare: nec enim hic prohibetur ſubfeudatio *c. 1. qualiter olim feudum poterat alienari.*
e Libellarius contractus quid ſit *2. feud. 9. ſ.*
f *de qua vide 2. feud. 9. 44. 52. 55.* Feudi alienatio omnis ſiue ſine vniuerſi, ſiue partis feudi ſit hodie prohibita, eſt lege *Lotharij.*
g *facit 2. feud. 44.*
h Conſuetudinem ſine ratione admitti quoque hinc notant: dum ne in bonos mores ſit conceſſa.
i Quid: ciuitati num poſſit vaſallus in feudum dare? non poſſit. *arg. huius capitis l. An vſusfructus. ff. de vſufructu.*
k Cur feudum in perpetuum libellum dari non poſſit, *adde 2 feud. 9.*
l Eccleſia heres perpetua intelligitur.
m idem pene dicitur de municipiis, *l. 56. ff. de vſufructu.*
n natura perpetui libelli quæ.
o vaſallo olim licitum erat feudi dimidium alienare per libellū. ídque in priuatum, non in Eccleſiam. Ita nonnumquam deterioris eſt conditionis Eccleſia quam priuatus quod fit ideo, ne cum alterius iniuria locupletetur Eccleſia: Ita non fuerit hoc caput aduerſus libertatem Eccleſiæ, *Authen. caſſa C. de ſacroſ. Eccleſ.*
p Eccleſiæ commendatio.
q i. ſi pignori obligauerit.
r heredis nomine, iure feudiſtico, filius maſculus ex maſculo deſcendēs non ex fœmina intelligitur *vt hic & 2. feud. 34 §. 2. verſi. profectò. ſ.*
ſ quia perempto iure auctoris, perimitur ius ſucceſſoris: *vt hic. & 2. feu. 8 §. 1, ti. 9. in pr.*
t *2. feud. 52. 55.*
u i. fratris filio, *vt tit. 5. v. item. ſ. eodem.*
x Inter agnatos proximos aliquid permittitur, quod inter extraneos non eſt promiſſum vt hic. Permiſſa eſt inter agnatos feudi alienatio ſine voluntate domini, vt non in extraneos. Cur permittitur? huiuſmodi alienatio propriè non eſt alienatio, ſed refutatio potius feudi paterni ab initio.

a Incluſa, ad ſequentem titulũ pertinent, eiúſque initiũ faciunt proximè antè. §. 1.
b In feudis dignitatũ ſtricto iure (aliud vſu) non eſt ſucceſſio. *vt hic.* Cur non eſt ſucceſſio? huiuſmodi feuda vel dignitates ſucceſſione non quæruntur, ſed electione & conceſſione principis.
c conſuetudine ſcil. & ita hoc verbum plerumque intelligitur 13. §. *vlt. ff. de iniurijs. l. 1. §. 6. ff. de extra. cognit.*

tem [a] in feudo comitatus, vel marchiæ, vel aliarum dignitatum non [b] eſt ſucceſſio ſecundum rationabilem vſum: ſed hodie hoc eſt vſurpatum [c].]

## [d] DE FEVDO MARCHIÆ, VEL DVCATVS VEL COMITATVS.

### TIT. XIIII. [e]

*In feudis dignitatum non ſuccedit heres, niſi ſit inueſtitus. Bald.*

DE marchia, vel ducatu, vel comitatu, vel aliqua legali dignitate ſi quis inueſtitus fuerit per beneficium ab [f] Imperatore: ille [g] tantum debet habere. heres enim non ſuccedit vllo modo, ni[ſi] †ab Imperatore per inueſtituram acquiſierit.

1 SI [h] capitanei, vel valuaſores maiores, vel minores inueſtiti fuerint de beneficio: filij vel nepotes ex [i] parte filiorum [k] ſuccedunt. Si verò vnus ex his filiis vel nepotibus ſiue deſcendentibus maſculini ſexus heredibus mortuus fuerit, prædicti [l] fratres vel nepotes per inueſtituram patris & aui in beneficium ſuccedunt. Et ſimiliter intelligendum eſt in conſobrinis. [m]

2 SI [n] duo fratres ſimul [o] inueſtiti fuerint de beneficio [o] nouo, & non de paterno: ſi vnus eorũ ſine deſcendentibus [p] maſculini ſexus mortuus fuerit, dominus ſuccedit, non frater: niſi [q] pactum [r] fuerit in inueſtitura, quòd frater fratri ſuccedat. Per pactum enim frater ſuccedit, non dominus. Et quod diximus de fratribus, vt vnus alij ſuccedat per pactum: idem [ſ] dicendum eſt de filiabus [t], ſi hoc pactum conciliet: & ſic per pactum [u] filiæ [x] ſuccedunt.

## [y] AN MARITVS SVCCEDAT VXORI IN BENEFICIO.

### TIT. XV.

*Maritus vxori non ſuccedit in feudo, etiam fœmineo, niſi ſpecialiter ſit inueſtitus. Bald.*

SI fœmina [z] habens beneficium [ & maritum [a]] moriatur: nullo [b] modo ſuccedit [c] in beneficium [d] maritus, niſi [e] ſpecialiter inueſtitus fuerit. ¶ Et ſi ipſa fœmina filios dimiſerit: dicunt quidam [f], filios non debere ſuccedere in beneficium matris, niſi ſpecialiter ſit dictum, vel inueſtiti fuerint: quia ſecundùm vſum regni [g] ad beneficium vocatur paternum, & non maternum. Sed ſecundùm æquitatem [h] dicamus filios [i] debere ſuccedere. Hoc dicimus de capitaneis, & de maioribus valuaſoribus, & de minoribus: de minimis autem & de iis qui beneficium tenent à maioribus [k] valuaſoribus, ſic ſeruetur ſicut inferius [l] dicemus.

d De inueſtitura Marchię ducatus aut Comitatus, & eius ſucceſsione & retẽtione, *Cuiac.*
e *tit. 9. Cuiac.*
† hodie vſurpatũ eſt vt feudum regale iure ſucceſsionis adquiratur, 2. *feud.* 55. §. 1. hoc eſt, deferuntur huiuſmodi feuda primogenito. Quid ſi incertũ ſit, quis primogenitus ſit: An ambo admittẽtur vt vult Alexander? An ſuperiore alterutrũ eligere poterit? vt poſt Baldũ notat Aluarotus? Quid ſi Rex Dux ante regiam vel ducalem dignitatem inceptá filium habuerit, & alium, poſt eá adeptam? Hunc non illum præferri adnotant, ſi modo cõſuetudo loquatur nõ de primogenito ſimpliciter, ſed de promogenito Regis vel ducis.
f Regalium dignitatum collationes, ſummi principis ſunt.
g In feudis regalibus dignitatem habentibus non ſuccedit heres, niſi de nouo per inueſtiturã adquira[t].
h De ſucceſſione feudi Capitaneorum & valuaſorum. *tit. 10. Cuiac.*
i *tit. 1. §. 2. tit. 8. ſ. eodem.*
k i. patrum ſuorum.
l filij ſcil. vel nepotis mortui.
m ſobrinis, *Hotoman.* patruelibus? *Cuiac.*
n De ſucceſſione domini in feudo eius qui fratrem vel filiam habet, *tit. 11. Cuiac.*
o *tit. 1. §. 2. in f. ſ. eodem.*
p In feudali ſucceſſione deſcendẽtes collateralibus fauorabiliores, quippe deſcendentes aſcendentibus ſuccedunt etiam in feudo nouo: at non collaterales, collateralibus niſi hoc dictum ſit.
q *tit. 8. ſ. eodem.*
r Frater fratri non ſuccedit in feudo nouo, niſi ita pactum ſit.
ſ Similibus ad ſimilia progredi poſſumus etiam in cauſis feudalibus.
t *d. §. 2. in princ.* Cuiacius ſequentia addit ex manuſcriptis, in his omnibus videndum eſt quid actum ſit inter contrahentes. Inueſtitura. n. quæ fit ante duos vel tres liberos homines ſeruari debet, niſi iuri vel naturæ contraria ſit. Si ergo domino & fideli placuit, vt paſciſcantur de filiabus quatenus ipſæ ſuccedant, hoc quoque ſeruandum eſt, & ſic per pactum filiæ ſuccedunt.
u Pacto derogari poteſt feudorum natura. Pacto enim poteſt effici vt fœminæ & collaterales ſuccedant in feudo nouo.
x Maritus non ſuccedit vxori in feudo, etiamſi multi ſint propinqui vxoris. Ita titulus, Vnde vir & vxor, iuris ciuilis, locum non habet in feudis. Quod ita verum, vt etiamſi maritus vna cum vxore, inueſtitus ſit, ei non ſuccedat, niſi in inueſtitura adiectum fuerit vt ſuccederet.
y De ſucceſſione feudi materni non coniugalis, *Cuiac.*
z Fœmina interdum capax eſt beneficij.
a feudum tamen in dotem marito ſuo vxor dare poteſt: adeo vt vaſallus marito ſeruire teneatur non ipſi fœminæ.
b 2. *feud.* 13. 85. 104. §. 2.
c Liberi ſuccedunt in feudo materno etiamſi id in inueſtitura non ſit dictũ, quæ ſententia non vſu regni, ſed ex æquitate obtinet. Quid? filij naturales non ſuccedunt matri in feudo materno. Ita, *l. ſi quæ illuſtris Cod. ad Sc. Orficianum*: c. naturalis. *in f. ſi de feudo defuncti* in feudis locus non habetur.
d In alode tamen cognatos vxoris excludit. e *d. titul.* 85.
f ſtricto iure.
g regni, propriè beneficium vocatur paternum, &c. *Cuiac.*
h Æquitas iuri ſtricto præfertur.
i 2. *feud.* 50. k à minoribus *Cuiac.* l *tit. prox. infrà eodem.*
m *titul.* 13 *Cuiacius.*
n *tit. 1. §. 5. ſ. eod.* etiam non habita ratione culpæ, *tit. 7. verſ. ſi verò facta.* Hodie ſententia hæc correcta eſt ſecundũ Gloſſam & Doctores: vt ſcilicet hodie non poſſint minores valuaſores, minimis ſuis valuaſoribus quandocunque velint feuda auferre reſtituto pretio: adhæc vt non poſſint iiſdem feuda auferre, ſiue cauſa cognita & conuicta culpa. o vel niſi hoſtem fecerint Romæ. *d. verſ. ſi vero*: i. Romam cum domino in exercitu profecti fuerint. *tit. 1. §. 5. ſ. eodem.*
p beneficium non vendiderint. quidã ita legunt *v. Cuiac.* q *d. §. 5. d. verſ. ſi vero. titul.* 14.
r qualiter capitanei vel valuaſores feudo priuentur. *Cuiac.* ſ

## DE FEVDIS DATIS MINIMIS VALVASORIBVS QVID IVRIS SIT.

### TIT. XVI. [m]

*Minores valuaſoribus minimis feudum auferre poſſunt quandocunque pretio tamen reſtituto, ſi quod acceperint. Bald.*

SI minores valuaſores beneficium tollere voluerint minimis valuaſoribus, licet [n] eis facere: excepto [o] ſi beneficium [p] vendiderint [q] eis. Si verò pretium de beneficio acceperint, tunc aut pretium reddant, aut beneficium dimittant.

## [r] QVIBVS MODIS FEVDVM AMITTATVR.

### TIT. XVII. [ſ]

SI capitanei, vel maiores valuaſores, qui hodie vocantur capitanei [t] (licet impropriè dicantur minores) ſeniores [u] in bello dimiſerint, [x] vel ſi credentiam [y] ad eorum damnum ſcienter manifeſtauerint [z], ſi valuaſores ſeniorum vxores adulterauerint [a], ſi ſcienter ſeniores aſſalierint [b], vel [c] ſimiles [d] culpas commiſerint: beneficio carere debent.

## APVD [e] QVEM VEL QVOS CONTROVERSIA FEVDI DEFINIATVR.

### TIT. XVIII. [f]

SI contentio fuerit de beneficio inter capitaneos [g], coram Imperatore definiri debet. Si verò fuerit contentio inter minores valuaſores & maiores de beneficio: in iudicio parium definiatur, vel per iudicem [h] curtis.

SI [i] aliquis de capitaneis vel de maioribus valuaſoribus, vel de minoribus ſuum beneficium, ſiue totum [k], ſiue partem alienauerit [l] & † ipſe vel heres eius ſine herede deceſſerit: quia beneficium ſenioribus aperitur, totum quod fecit, reuocari debet.

## [m] ¶ CONSTITVTIONES FEVDALES DOMINI LOTHARII IMPERATORIS, quas [n] ante [o] ianuam beati petri in ciuitate Romana condidit obſeruandas.

### TIT. XIX.

SI quis ex [p] militum ordine deceſſerit, qui de feudo inueſtitus fuerit: vt conſtitutum habemus obſeruetur de beneficio [q] & ſucceſſione, & culpis. ¶ Si vnus inculpatus [r] fuerit vna de his nominatis culpis, vt habem[us] incertũ, obſeruetur per cõſtitutionẽ domini Lotharij [ſ] imperatoris, quę eſt conſtituta

t Capitanei licèt impropriè, vel minores, &c. *Cuiac.*
u i. dominos.
x *tit. 5. ſ. eod. tit. 21. §. 1. ſ. eo. 2. feud. 24. §. 2.*
y id eſt, arcanum, ſecretum. *vt 2. feud. 6. verſ. tutum: & titul. 7. verſ. etſi aliquid mihi: tit. 24. §. 2. verſ. Item ſi delator. 3. Conſtitut. 1. Neapolitan. 18. facit l. 38. ff de pœnis: l. 6. ff. de re militari.*
z Credentiam domini manifeſtans vaſallus feudo priuatur. ſi modo malo animo & nocẽdi domino, facta ſit: & damnũ inde ſit ſecutũ. Quemadmodũ in amicitia cum inimicis domini per vaſallum contracta hoc receptum eſt, Amicitiam non ſimpliciter contractam eſſe, ſed animo iniuriæ & damni domino inferẽdi. Vnde conſtat his caſibus, vaſallũ ignorãtem non puniri. Hoc tamẽ intereſſe dicitur inter ſuperiores caſus. quia reuelans domini ſecretum vaſallus probare teneatur, ſe id non feciſſe animo nocendi: amicitiã cõtrahẽs cũ inimicis domini, probare dominus teneatur. Priorẽ enim caſum illicitum: poſteriorem, nõ ita. nec n. res illicita eſt, amicitiam cõtrahere.
a *tit. 5. verſ. item ſi fidelis.* b *vide d. tit. 5. verſic. ſimiliter ſi dominum, ſ. eod. 2. feud. 51. §. 2.*
c ſimiles culpæ ſimilem pœnam exigunt. ſimilis autem cenſetur arbitrio iudicis, *l. non poſſunt. ff. de legibus.* d *feud. 24. §. 2. verſ. ſed quia natura.*
e Forum feudale variũ eſt. Quid enim? ſi lis inter imperatores & ciuitates fœderis Langobardici? pares ciuitatis & Comitatus iudicant: niſi ipſe Imperator ſit in Langobardia: tunc enim poteſt ipſe iudex eſſe. § *ſi qua cõtrouerſia. titul de pace conſtantiæ.* Quid ſi cõtentio eſt inter capitaneos Imperatoris, ſolus imperator *vt hic.* Quid ſi inter alios vaſallos? ſi vtriq; in aliis feudis non cõtrouerſis eiuſdẽ domini ſint cõuaſalli Dominus feudi iudex erit: ſi vnum cõſtiterit vaſallum eſſe in alio feudo, quàm contentioſo Pares curię iudices erunt: ſi dubium fuerit quis litigantium ſit vaſallus, ordinarius vel arbiter iudicabit. *c. ſi inter de lege Conradi*: ſi de feudo antiquo tantum inter ſe litigent, Curia. *c. 1. de inueſt. in mar.* ſi vnus antiquum eſſe, alter nouũ & proprium, ſoli pares Curiæ ſiue domino cognoſcenti. *c. 1. ſ. an apud iudicem* ſi plures inueſtituras proferunt ipſi litigantes, ordinarius iudex erit. § *ſi duo de pace tenenda*: ſi lis inter vaſallum & non vaſallum, Ordinarius *c. 1. de contr. inter vaſ. & alium.* ſi inter dominum & alium non vaſallum, ordinarius quoq; *§. penul. de prob. al. feud. per Fred.* ſi inter dominum & vaſallum lis ſit vel de inueſtitura, vel amittendo feudo, vel vi, pares Curiæ cognoſcẽt (niſi forte ipſe dominus minimus ſeruus ſit, pares ipſi meticulloſi: tunc. n. vel officium præſidis aduocari, *arg. l illicitas ff. de offic. præſidis* vel Imperatoris) ſi inter dominum, & [illegible] quem dominus negat eſſe vaſallũ, pares quoq; cognoſcẽt, *Bald. d. §. penult.* Quid ſi citra priuationẽ feudi criminaliter agitur ad vindictam, vel ciuiliter ex iniuria, damno, interdicto? ordinarius cognoſcet. *Bald. c 2 de lege Conradi.* Quid ſi iuriſdictio priuilegio, ſtatuto vel conſuetudine ſit finita? ea ſpectanda eſt. *Bald. d. §. penult.* Quin in cauſis appellationis? ſuperior cognoſcet. Vide hic Rauẽnalem. Quid: iuramenti ratione, Eccleſiaſticus iudex éſtne in negotiis feudalibus competens iudex? vide Aluarotum. *§. vlt. de inueſtit.* f *tit. 15. Cuiac.*
g i. primi ordinis vaſallos, veluti duces, Marchiones, Comites.
h Is iudicabat inter cõuaſallos de feudalibus cõtrouerſiis. quo nomine Iudex Curiæ dicebatur, videtúrque ita alibi legendum 2 *feud. 15. in f. & 46. in f.*
i Quando per alienationem Capitanei vel valuaſores feudo priuantur, *tit. 10. Cuia.*
k *tit. 5. & pr. & §. 1. tit. 13. ſ. eod. 2. feud.* 44. l ſine domini cõſenſu. 2. *feud.* 52. 55.
† Hodie beneficium, vt alienatum eſt ſiue conſenſu domini, ita ſtatim cõmittitur. Ita hic. §. ad ius antiquum pertinet. m De ſucceſsione & culpis militis fidelis *tit. 17. Cuia.* n Imperator, etiã cũ in vrbe Roma eſt, poteſt legẽ generalẽ facere vrbi & orbi. o ad limina 3. *Lombar.* 10. in atrio. ſolebãt eò loci Imperatores cõſtitutiones ſuas promulgare *Caſiod. 9. variar.* p Ex eorum militũ ordine quos valuaſores nominare ſolent. *Otho Friſingenſis 1. cap. 3.* q Lothariæ conſtitutiones feudales, de feudorum ſucceſſionibus & culpis, quibus feudũ amittitur, ſunt ſeruandæ.
r accuſatus. ſ Lotharij primi, *vide hic Hotoman.* Tertij, *Cuiac. hic.*

a conſilium *titul.22.§.2.in fi.j.eodem.* Auctoritatem habet maiorem quod plurium conſilio fit & auctoritate *arg.l.* dubium *Cod. de repudijs.*
b ſapientum Mediolani atque Papiæ,ſeu Cremonæ atque Mãtuæ,& Veronæ, quæ vulgò Bernæ vocantur & Teruiſij & Paduæ, atquę Vincentiæ, Parmæ, &c. *Cuiacius.*
c Qualiter nepos vel patruus ſuccedant in feudo auito,*titulus decimus octauus,Cuia.*

tempore Eugenij Papæ , ante ianuam beatiſſimi Petri Apoſtoli in ciuitate Romana per laudamentum [a] ſapientum [b] Papiæ, atque Mediolani, Mantuæ, Veronæ , quæ Brenus(alias Hybernus)vocatur,& Parmæ,Lucæ, & Piſæ,& Syponti ,& marchionum atque ducum vel capitaneorum,atque valuaſorum maiorum.

*Decedente milite vaſallo ſuccedit ſibi filius,& nepos ex eo,& frater quinimo & patruus ſi feudum ſit auitum.Baldus.*

[Imperator Lotharius Eugenio Papę,& vniuerſo populo.]

SI [c] quis miles mortuus fuerit ſine filio maſculo, & nepotem [d] reliquerit in beneficium:an [e] in patris vicem [f] ſuccedit.Et ſi heredem[g] ,& fratrem [h]reliquerit, in beneficium patris ipſe [i] ſuccedit. Et ſi filius fratris mortuus fuerit,frater patris [k] in beneficium ſui [l] defuncti [m] ſuccedat.[n]

d In ſucceſsione feudi antiqui ſeu paterni , primo vocãtur deſcendentes filius nepos , & deinceps,his non extãtibus collaterales.
e id eſt in auitum beneficium.
f & ita nepos patris vicem repræſentat. ſiue ſolus ſit , *vt hic* ſiue cum patruis concurrat 2.*Feudorum* 11.
g id eſt filium vel nepotem maſculum.
h filius patruo præfertur, *vt hic & tit* 18.2. *in fi.*ſ. *eodem.*
i filius ſcilicet.
k id eſt patruus
l id eſt auitum.
m id eſt quod erat delatũ fratris filio.
n Quando frater fratri ſuccedat in feudo.

## DE BENEFICIO FRATRIS, ET QVALITER FRATER IN BENEFICIVM fratris ſuccedat.

TIT. XX.[o]

*Frater fratri defuncto ſine filio non ſuccedit in nouo feudo. Bald.*

SI quis acquiſierit [p] beneficium , & ſine filio maſculo mortuus fuerit , & fratrem reliquerit : frater non ſuccedat fratri , ſed dominus [habeat]niſi [q] per inueſtituram à domino ordinatum fuerit, *vt frater ſuccedat fratri ſi mortuus fuerit ſine herede maſculo: vel ſuccedat frater fratri morienti ſine filio :* vel niſi beneficium de † communibus [r] bonis fuerit [ſ] emptum [t]. Vel vtriuſque nomine domino ſciente:ſi inſimul ſteterint:[u]vel [x] in hoſtem regis adquiſierint.[y]

o *Tit.* 19. *Cuiac.*
p *tit.* 8.*in fine.* ſ. *eod.* de ſucceſſione fraterni ac noui feudi.
q prima exceptio 1. *feud.* 1. §. 2.2.*feud.*12.
† Feudum emptum proprio nomine ex cõmunibus bonis commune eſt. quod repugnat. *l.Titium. §.altero. ff.de adminiſtr.tu.* Cur tam variè? Præſumitur ſciẽs dominus, fratribus inter ſe cõmunibus vaſallis feudũ quaſi ſociis dediſſe,partĩ quia ipſi fratres ſimul viuebant, partim quia cõmunib⁹ bonis cõ ueniebatur,vt cõ mune negotium tanquam à ſocio,geſtum ea parte videatur,niſi fortè ipſius emptionis tempore , emptori nominatim proteſtatus ſit ſibi vni caueri.*Baldus.*

## [z] DE FEVDO SINE CVLPA NON AMITTENDO.

TIT. XXI.

SAncimus, vt nemo miles [a] ſine [b] cognita [c] culpa beneficium [d] ſuum amittat [e], ſi [f] culpis iis , vel cauſis conuictus [g] non [h] fuerit, quas milites vſi [i] ſunt nominare , quando fidelitatem faciunt dominis ſuis : vel [k] per laudamentum [l] parium ſuorum : vel [m] ſi dominis ſuis [n]deſeruire noluerint,tunc condictio [o]cauſa data proponitur ad repetendum feudum,ex quo non ſeruit domino.Nam ſi ſteterit viginti annis & vltra quòd non ſeruierit domino:niſi [p] fuerit domino,feudum non amittit.

SI [q] quis miles beneficium ſuum vendiderit : [r] totum ſine [voluntate vel] iuſſu domini ſui: vt proprium beneficium amittat, [ſ]decernimus dominus vero habeat: vel ſi concubuerit [t] cum vxore domini ſui,domino viuente,[u] vel ſi in pugna ſuum dominum dimiſerit [x],& cum eo non laborauerit[y] ſi potuerit.

r ſecunda exceptio.2. *tit.*7.12.*in fi.*
ſ feudum emi poteſt.*tit.*7.16.ſ.*eodem.*
t Tertia exceptio,*v. d.t.* 12.
u Quarta exceptio. His enim quatuor caſibus frater fratri non ſuccedit in feudo nouo.
x Feudum pecunia adquiri poteſt.
y communibus armis *d.tit.*12.
z *Tit.*20.*Cui.*
a An idem in non milite?Idẽ nam quæcunq; in feudis conſtituuntur de milite,locum habent in non milite vaſallo:niſi expreſsè ſtatum contrarium ſit.*c.*1 j. *tit.*1.
b miles ipſo iure feudum non amittit ſed cauſa cognita vel conuicta. *tit.*22.§.2.j.*eo.* non ſine culpa *tit.*7.ſ.*eodem.*
c quo nomine actio commiſſi feudi criminalis competit.*Hotom.*
d feudum vaſallus non amittit niſi cauſa rationabili cognita & conuicta , *vt hic*.ſic priuilegia ſine cauſa auferri non poſſunt.*Aluarot.l.vlt.Cod.de diverſ. præd. vrb.lib.*11.
e requirit hic ſententia:quia priuandus dicitur:alias ſi ipſo iure priuaretur ſententia non eſſet neceſſaria ad ipſius pœnæ eſſentiam , ſed ad executionem tantum, vt multis notat Rauennas hoc loco.
f ſed ſi ita emendo expuncta etiam negatiua & duabus diſiunctiuis: quæ ſequuntur: vt mox dicam.
g ad conuicendum ante vaſallum quinque teſtes neceſſarij ſunt.j.*quot teſtes neceſſarij.*
h hanc negatiuam expungo, eo ſenſu,Miles ſine culpa beneficium non amittit,ſed ſi laudamento parium conuictus fuerit,in iuramentum fidelitatis commiſiſſe , puta ſi dominis ſuis deſeruire noluerit,tunc condictio cauſa data proponitur ad repetendum feudum,
i 2.feud.6.7.97.in fi.j.
k hanc particulam expunge.
l id eſt iudicium *tit.*22.*in fi.*j.*eodem.*
m puta ſi,ita legendum cenſeo.
n petentibus ſcilicet feudum.26.§.3.*pro etſi vaſallus &* §.7.*tit* 37.§.1.j.*eod.tit.*28. §.1. *facit lex* 22.*ff.de operis liber.*
o condictio cauſa dati vel ob cauſam,cauſa non ſecuta.
p *d.*§.7.ſufficit voluiſſe licet non ſeruierit.
q Quot modis miles beneficium ſuum amittat.*tit.*21.*Cuiac.*
r *v.*2.*feud.*55.
ſ Quid ſi poſt culpam,ſciens amicè vixerit cum vaſallo dominus? feudo non priuabitur vaſallus.adde §.*vlt.inſt.de iniuriis.*

t *tit.*5. & 17.ſ.*eod.*
u non igitur idem ſi cum eius vidua?
x *tit.*5. & 17.2.*feud* 24.§.2.
y Impotentia fortuita & magna non adiuuans dominum vaſallus, excuſatus . niſi eam vitio ſuo ſibi accerſiuerit.Cæterum clamore ſaltem iuuare cogitur. *l.cum dominus ff ad Syllani.*

## [QVO TEMPORE MILES INVESTITVRAM PETERE DEBEAT.]

TIT. XXII.

*Si miles intra annum & menſem poſt mortem domini non petat inueſtituram ab eius herede, vel poſt mortem patris à domino:perdit feudum. Bartolus.*

SAncimus,vt nemo miles [z] vltra [a] annum , & [b] menſem vadat,vt inueſtituram beneficij ſui à filio [c], vel ſucceſſore domini ſui petat,vel poſt mortem [domini ſui,vel ]patris ſui,vel alterius cui ſuccedere debet: niſi iuſta[d]cauſa interuenerit,quare non petierit: veluti[e] mortis,[f] vel capitales inimicitiæ [g], vel infantia [h], vel iuſta abſentia [i],& ſi (vt ſupra dictum eſt)non petierit,damnetur.

SI [k] quis fecerit inueſtiturã [l] vel[m] cambium [n] de beneficio ſui militis [o],ſine illius conſenſu , cuius eſt beneficium:pro non [p] facto habeatur.

*Miles non poteſt deueſtiri à domino ſine [q] culpa , & cauſa cognita,& conuicta per laudamenta parium.Baldus.*

SAncimus vt nemo miles[r]adimatur de poſſeſſione ſui beneficij,niſi [ſ] conuicta culpa:quæ ſit laudanda [t] per iudicium parium ſuorum.ſicut ſupra [u] diximus.Si autem dixerit miles,quod ſui pares iniquè iudicaſſent : miles in poſſeſſione maneat per ſex hebdomadas: & ad [x] noſtram veniat præſentiam cùm [y] illis.qui laudamentum [z],"atque iudicium " fecerint.& ante nos definiemus.

## DE[a] CONTENTIONE INTER DOMINVM ET VASALLVM DE INVEſtitura feudi. TIT. XXIII.[b]

*Si inter militem vaſallum & dominum contentio ſit de inueſtitura:domino deficiente in probatione, vaſallo poſſidenti defertur iuſiurandum : domino autem poſſidente,militi vaſallo incumbit probatio.Baldus.*

SI quis miles[c]in poſſeſſione ſui beneficij fuerit,& dominus inueſtituram negauerit : miles [d] affirmet per iuſiurandum , ſi potuerit, quòd ſuum ſit beneficium per inueſtiturã domini ſui:& ſi dominus poſſederit.& miles ſic dixerit,ꝙ inueſtitus fuerit à Domino ſuo, & dominus negauerit:adhibeãtur pares illi⁹,& per ipſos inueniatur veritas: etſi pares non fuerint veritas inueniatur per dominum : [e] quia[f]non eſt bonum vt veritas denegetur.

## [g]QVEMADMODVM FEVDVM AD FILIAM[h] PERTINEAT.

TIT. XXIIII.[i]

*Vaſallo defuncto ſine liberis,filia non ſuccedit in beneficio patris. Bald.*

SI quis ſine filio maſculo [k]mortuus fuerit,& reliquerit filiã:filia nõ habeat beneficium [l] patris,niſi [m]domino redemerit [n].Si autem dominus ei dare voluerit propter ſeruitium & amorem patris:non[o]reuocetur [p] ab vllo ex parentibus[q]ſuis neque damnetur.

z Miles inueſtituram petere debet intra annum & mẽſem, *vt hic*, alij vaſalli non milites, intra annum & diem *c.*1.§. *præterea* j.*de prohib.alij feud.per Feder.*
a hoc tempus currit ſcienti, nõ ignoranti:quippe ignorans non priuaretur niſi ignorantia effectu craſſà & ſupina.
b & diẽ vadat. *Cuiac.Hotom argum.*2.*feu.*24. 52. *inf.* 55.*inf. principij & ita* legẽdũ eſt.2.*feu.*97.
c A quibus inueſtituræ renouationem vaſallum petere oporteat.
d 2 *feud.* 52. *in f.*97.*l.*1.*ff. quibus ex cauſis maiores.*
e Cauſæ iuſtæ nõ petitæ inueſtituræ vaſallo hæ ſunt mors, inimicitię capitales, infãtia,iuſta abſentia , *vt hic* vel ſi quæ ſimilia.
f *addel.*2.§.3. *ff.ſi quis cautioni. l.*9.*l.*20.*ff.de procurat. l.*17. *ff. de ſponſal.*
g *l.*8.*in fi.l.*14.*l.*43.*in f. ff. de procurat.*
h *adde l.*17.*ff.de procurat.*
i *l.*9.*l.*23.*ff. de procuratorib.*
k de inueſtitura quã facit dominus ſine conſenſu fidelis,*tit.*22.*Cuiac.*
l Inueſtire purè alium de feudo vaſalli dominus non poteſt ſine conſenſu ipſius vaſalli.
m Permutare feudum vaſalli , eo ignorante & non conſentiente, dominus non poteſt. *adde l.non dubium Cod.de legib.l* 2 *C.de Eunuchis.*
n i.permutationem.*tit.*4.§.2.ſ.*eod.* o & vaſalli.Militis. n.nomine ſignificatur vaſallus,& magis domino opponitur quàm pagano.*in pr.huius titu.*ſ.*eo.à* 2.*feud.*26.1.12.
p Pro infecto habetur quod fit contra conſuetudinẽ feudalẽ. Quid:hoc caſu num dominus alienans feudum vaſalli inuito vaſallo,feudum amittet : quemadmodum amitteret vaſallus ſi feudum alienaſſet inuito domino ? Baldus negat:cùm priuatio vaſallo ſit inducta eo caſu præter nullitatem alienationis. q vt miles fidelis de poſſeſſione feudi nõ eiiciatur ſine culpa, *tit.*23. r i.vaſallus, *vt.*ſ. ſ *dixi tit.*21.ſ.*eo.* i.niſi conuictus & per ſententiam condemnatus. Ita vaſallus priuari poſſeſſione ſui feudi non poteſt,niſi conuictus & ſententia damnatus:à qua tamen ſentẽtia appellare vaſallus poteſt intra ſex hebdomadas , eo interim manẽte in poſſeſſione feudi. t i.definienda:probanda. u *d tit.*21. x Appellari,omiſſo medio, ad imperatorem in feudis non poteſt *l.Imperatores. ff.de appellat.* niſi ad eum immediatè appellatio ſit. y Appellationis iudicẽ adire primus iudex non cogitur , dum ſatis ſit,ab eo amitti Apoſtolos. *l.*1. *ff. de libellis dimiſſor.* hic autem primus iudex qui ſententiam dixit, iudicem appellationis adire debet , quod ſpeciale eſt,in magnis feudis. z i. iudicium,vt hic & *tit.*19.& 21.ſ.*eod.* a ſi dominus inueſtituram feudi negauerit, cùm fidelis eſt in poſſeſſione feudi.*Cuiac.* b *tit* 24.*Cuiac.*
c Idem in quolibet vaſallo. d Iuramentũ defertur vaſallo poſſidenti, cui controuerſia inueſtitura ſit. e *tit.*2.§.4.ſ.*eod.* f i.Iurare id quod verũ ſit ex animi ſui ſententia, vaſalli & domini poſſidentes debent,quoties ei defertur iuſiurãdum.
g vt filia in feudo paterno nũ ſuccedat niſi fuerit inueſtita,*Cuia.*
h *tit.*1.§.3.*tit.*8.*tit.*143.§.3. i *tit.*25.*Cuiac.* k filio vel nepote, vel deinceps.
l *ſub.* nouum,vt notat Petrus de Ceruo,Baldus,Hernias,Ardizo,Odofredus:ſed tamen Pileus & Beluiſanus hunc locum de paterno & antiquo interpretantur : & Baldus vero,in feudo quid vaſallus recepit pro ſe & heredib.ſuis maſculis & fœminis.
m *tit.*8.*inf* ſ.*eod.* n reditu vnius anni vel trium. id Galli *relief* appellant : *adde* 2.*feud.*15. Alij interpretantis, meruerit ſimilis atque operis ſuis.
o Inueſtire filiam vaſalli in feudo nouo,dominus poteſt inuitis agnatis.
p Imò reuocatur. *tit.*8.ſ.*eo.*Solue, reuocatur ſi agnati non conſenſerunt 2.*feud.*39 ſecus ſi conſenſerint.1.*feud.*5. §.1.vel diu inueſtiri poſſe in feudo nouo non in antiquo. Priore enim caſu non ſuccedunt agnati. Atqui nullum videtur dubium , vt poſſit filiam vaſalli dominus inueſtire in eo feudo,quod ipſe mortuo vaſallo habiturus ſit inuitis vaſallis? Quid num dicemus, rem dubiam in feudis fuiſſe, vt poſſit, ſtantibus vaſallo agnatis,eius filiam inueſtire? An potius dominum non poſſe agnatis extãtibus,filiam vaſalli inueſtire, niſi his caſibus, de quibus hîc agitur? An hic dicemus filiã inueſtitã,viuente patre? An inuitis agnatis inueſtiri poſſe , ſi feudum ab eius patre adquiſitum,pro ſe heredibus ſuis etiam fœminis? q i.agnatis.

## ᵃQVIBVS MODIS FEVDVM CONSTITVI POTEST.

### Tit. XXV.[b]

*Feudum ſine inueſtitura conſtitui non poteſt. Bald.*

SCiendum eſt, feudum ſine [c] inueſtitura nullo [d] modo conſtitui poſſe, etiamſi domino iubente [e] quis alicuius rei nomine feudi poſſeſſionem nanciſcatur, & teneat: licet tamen poſſeſſionem taliter adeptam, dum vixerit, quaſi [f] feudi nomine retinere: herede eius in hoc iure nullo modo ei ſuccedente [g].

SI [h] dominus, qui inueſtiuit forte ſit clericus, [i] & contigerit vt ante moriatur, quàm vaſallus poſſeſſionem feudi nanciſceretur: exinanitur [k] feudũ, quod generaliter in omnibus clericis, qui feudum dant, obſeruatur:

## [l]SI DE INVESTITVRA INTER DOMINVM ET VASSALLVM lis oriatur,

### Tit. XXVI.[m]

SI inter dominum & vaſſallũ lis oriatur de inueſtitura feudi, domino ſcilicet inueſtiturã ſe feciſſe negãte: ſi [n] teſtibus res probari nõ poterit, poſſeſſoris [o] ſacramẽto res decidatur. ¶ Idem & in eorũ ſucceſſoribus [p] obſeruatur. ¶ Si verò teſtes interfuerint, & eos vaſallus ad [q] teſtimonium vocauerit: [r] eorum teſtimonio cum ſacramento [ſ] credatur. Teſtes [t] verò ſint pares [u] eius, & [x] qui ab eodem domino feudum teneant: qui ſi tempore inueſtitionis abſuerint, etiam extranei [y] ſunt recipiendi, qui etiam [z] ſi veritatem celare voluerint, fortè amore [a] vel pretio, vel alia qualibet ex cauſa, à comite, [b] vel à populo [c], iurare compellantur, quòd ex ea cauſa falſitatem non dicant, nec vera ſcientes [d] tacebunt. His enim non cogentibus [e] eos, vaſallus cum ipſo domino ad [f] imperatorem [g] ire feſtinet: eíq; cauſam intimet. & quòd Imperator inter eos iudicauerit, obſeruetur. Si autem ſe venturum, vel nuncium miſſurum vaſſallus promittat: ex quo promiſerit, vſque ad annum quietè poſſideat. Si verò ad regem nõ venerit, vel [h] non miſerit intra annum, domini [i] ſacramẽto cauſa finiatur. Et ſi teſtes ſacramento iam dicto præſtito ſe non interfuiſſe dixerint, domini ſacramento quæſtio terminetur. Hæc omnia etiam in clericorum perſonis locum habent: præterquàm quod de perſonis teſtium dictum eſt. In [k] clericorum feudo pariter accipiuntur pares, & extranei: hoc ideo, quia cùm clerici quoſdam de feudo inueſtiunt, ſæpè abſconsè [l] & ſine [m] præſentia ſuorum confratrum [n] hoc facere ſtudent.

*Orta contentione inter dominum & vaßallum, ſi vaßallus dicit ſe vel patrem ſuum inueſtitum. debet probare per teſtes ſaltem duos ſuam intentionem. Baldus.*

1 ¶ Si quis ſe vel patrem ſuum ab aliquo defuncto, vel patre eius, de feudo inueſtitum eſſe contenderit: niſi per duos [o] pares de domo [p] ipſius domini probauerit quod intendit. vel etiam cùm pares abſunt. per alios [q] idoneos duos teſtes: tunc in electione domini eſt, vtrum velit iurare cum duodecim [r] ſacramentalibus, illum qui feudum quærit, per ſe, vel patrem eius, ſi de hoc quæratur, de ipſo feudo inueſtitũ non fuiſſe. Quod ſi iurare noluerit, actor iuret cum duodecim ſacramentalibus, ſe, vel patrem ſuum inueſtitum fuiſſe. Quod ſi iurare noluerit: qui conuenitur, eſt abſoluendus. Secundùm enim morem Mediolanenſium hæc ſacramenta præſtanda ſunt tam à filiis [ſ] actoris vel rei, quàm ab ipſis principalibus perſonis. Si autem aliquis in poſſeſſione [t] feudi, ſit de quo dominus dicit eum inueſtitum non fuiſſe: tunc ſine probatione vlla teſtium debet ſolus iurare ſe vel patrem ſuum fuiſſe inueſtitum. Hæc autem ſunt ita tenenda, ſi [u] per vnum [x] annum ſciente domino, & non contradicente in poſſeſſione feudi permanſit. Alioqui iuſta ignorantia, vel parui temporis negligentia cum iniquæ poſſeſſionis periurio quandoque domino in poſſeſſione damnum afferat.

## DE FEVDO DATO IN VICEM LEGIS commiſſoriæ,[y] reprob[a]ndo.[z]

### Tit. XXVII.[a]

*Feudum non poteſt conſtitui ſub pacto legis commiſſoriæ. Baldus.*

SI quis obligauerit aliquã rempignori eo [b] pacto, *vt* [c] *ſi ſtatuto tẽpore pecunia ſoluta nõ fuiſſet, res eſſet creditoris, & eã pro feudo habeat,* poteſt debitor quãdocuq; [d] pecuniã ſoluẽdo, pacto non obſtante pignus recuperare, Feudum enim non [e] ſub prætextu pecuniæ ſed amore & honore domini adquirendum eſt.[f]

SI [g] quis inueſtierit aliquem de [h] feudo ſui militis, viri [i] Placentini prorſus aſſerunt hãc inueſtituram non

---

a feudum ſine inueſtitura non conſtitui. *Cuiac.*

b *tit.26. Cuiac.*

c Feudum (vt habeat propriam naturam feudi) ſiue inueſtitura conſtitui non poteſt. Ideóque ſi non præſente curia, dominus iuſſerit aliquem poſſeſſionem alicuius rei prehendere feudi nomine, feudum rectũ non erit, vt ad heredes deſcendat. Huiuſmodi iuſſus non eſt inueſtitura. Corporalis adprehenſio rei etiam voluntate domini facta, nõ inducit rectum feudum. Quid ſi coram curiam id iuſſerit? is actus pro inueſtitura habebitur *Rauennas.* Quid ſi per annum paſſus ſit dominus vaſſallum poſſidentẽ, & ab eo ſeruitia receperit? inueſtitutus rectè videbitur. *c.1.§. de conſuetud. recti feudo.* Quid ſi ſine ſeruitiis 30. vel 40. annis poſſederit? rectũ feudum fuerit: & in heredes deſcendet: *c. ſi quis.§. de feudo fuerit contro.* Quid ſi is iuſſis domini interuenerit, nullos pares habentis? Baldus negat rectè feudum fore: Contra Aluarotus, rectum fore ait. Rauennas & Landenſis tum demũ rectũ fore, ſi huiuſmodi iuſſus à principe interuenerit *arg. l. omnium Cod. de teſtament. l. penult. C. de dona. inter virum.* Quod ſi is iuſſus in breui teſtato interpoſitus fuerit? rectè fuerit feudum: par enim authoritas parium, & teſtati. *c.1.§. quid ſit inueſtitura.*

d Imo aliquo *2. feudorum.26.§.4. & tit.3. ſolue vt §. eodem.* Conſtituitur & adquiritur ſucceſſione *c.2.§. de feud. cog.* & præſcriptione, *c. ſi quis.§. de fuerit cõt.*

e abſentibus ſcilicet paribus. alias ſi præſentibus id iubeat, iuſſus habetur pro inueſtitura *vt d tit.33.*

f Quaſi feudum non tranſit in heredem.

g niſi præſcripſerit ſpatio xxx. annorum, *vt d.§.4.*

h feudum non traditum morte domini clerici perimi, *tit. 27. Cuiac.*

i *ſub.* at de bonis Eccleſiæ inueſtierit: non propriis. Hoc enim caſu cõparatur laico *c.1.§. de clericis*

k Imo non exinanitur cum ſucceſſores inueſtientis poſſeſſionem tradere coguntur inueſtito *2. Feudor.35.§. eodem*, ſolue, Coguntur vtique ſi clericus vel de ſuis aut Eccleſię bonis inueſtire ſolitis inueſtituram fecerit *d. ti.35.* non ſi de alieno *vt hic & tit.3.§. eodem.*

l De contentione inueſtituræ feudi inter dominum & vaſſallum *Cuiac.*

m *tit.28,*

n Probationibus aliis deficientibus fides adhibetur poſſeſſoris iuramento ſi modo poſſeſſio præſumptione aliqua iuuetur, vt ſi poſſeſſor anno nec vi nec clam nec precario quietè nec liberè poſſederit.

o *tit.23.§. eodem.*

p Succeſſores iurare poſſunt de inueſtitura ſuo auctori facta *vt hic & parag.1.§. eo.* ſi modo facti veritatem noſſe poſſunt: non alias *l. videamus ff. de in litem iurando.*

q Teſtes citandi ſunt, nec enim aliàs non citati teſtimonium non valet. *adde Bartolum in l. poſt legatum §. is verò ff. de his qui vt indignis.*

r Etiam inuiti teſtimonium dicimus.

ſ Teſtibus plerumque non creditur niſi iuratis *vt hic.*

t Teſtis pro domino vaſſallus eſſe poteſt in negotio ac lite feudati *vt hic.* Quo iure? quia nec prohibitus eſt iure, ideo admittendus. *l.1. ff. de teſtibus.*

u id eſt cõuaſalli. x Pariũ definitio. Pares ſunt qui ab eodẽ domino feudũ tenẽt.

y Extranei (paribus curiæ abſentibus) teſtes inueſtituræ eſſe poſſunt: ita teſtibus idoneis abſentibus aut deſinentibus extranei admittuntur. *adde l. conſenſu. Codic. de repud.*

z Teſtis, etiamſi veritatem celare velit amore pretio, vel ex alia cauſa, iurare & teſtimonium dicere cogitur, *vt hic.* vnde colligitur admitti etiam teſtimonium eius qui pecunia accepta teſtimoniũ initio dicere noluit. Præterea falſum teſtẽ eum nõ videri, qui initio rei geſtæ veritatem amore, pretio, vel alia ſimili cauſa celauerit coactus tamen à iudice iurauerit & teſtimonium dixerit. Quod ſi poſt iuramentum celet, vel aliud referat? teſtimonium vitiatur.

a *v. l.3. ff. de teſtibus.*

b id eſt iudex ordinarius.

c Præpoſito Cuiacius ita hunc locum emendat, Eſt autem præpoſitus miſſus & vicarius comitis.

d ſe ſcientibus *Cuiacius, vt eſt.§.2. feudo* 5. me ſciente.

e Teſtes producti coram arbitrum, poſſunt & debent cogi per iudicem ordinarium ad iurandum & teſtimonium perferendum.

f *tit.22. in fine §. eodem.*

g A denegata iuſtitia aut iuſtitia quaſi denegata, non appellatur ſuperior iudex, ſed princeps etiam adiri poteſt, vt poſt Bartolum, Baldum, Angelum notat Rauennas.

h In cauſa feudati etiam ante litem conteſtatam ſententiam definitiuam dici poſſe hinc colligit Rauennas: vt in cauſa appellationis, *l. vlt. §. illud. C. e. de tempo. appellat.*

i Poſſeſſio nuda vaſſallum non iuuat, niſi legitimè probetur: cùm enim vi neglecta, iuramento domini fides habeatur, *vt hic.*

k Teſtes in clericorum feudis æquo iure admittuntur pares Curiæ, & extranei. Quid ita? Clerici clam ſæpe faciunt ſuas inueſtituras.

l Clericorum inueſtituræ aliis vt ſæpius occultiores.

m Quid? poſſũtne clerici ſuis agnatis non potẽtioribus ſed æqualibus iiſdem prorſus conditionibus & pactis vaſalli feudũ apertum, conferre vel emphyteuſim? poſſunt, An & ſeipſum inueſtire de re Eccleſiaſtica aut feudo ſuæ Eccleſiæ aperto, præſtatus poteſt? nõ poteſt. *Baldus & Doctores hic*

n capituli

o *l.12. ff. de teſtib.* Teſtes duo ſufficiunt ad inueſtituram feudi probandam.

p qui & pares domus.

q extraneos.

r *v. tit.28.§. eodem.*

ſ *dixi §. eodem in principio.*

t *titul.23.§. eodem.*

u Imò aliud tenẽdum eſt in hac ipſa hypotheſi: quippe iuramentum vaſallo poſſidenti non priùs defertur quam longa poſſeſſione ſit munitus *2. feud.33. in fin.* anno autem vno, de quo hic, non acquiritur longa poſſeſſio. *Cod. de longi tempor. præſ.*

x Poſſeſſio in feudis præſumptionem pro vaſallo tum inducit, quum vaſallus in poſſeſſione fuerit feudi per annum, quiete, & vt inueſtitus: domino ſciente & non contradicente, vnde notant, Titulum hic præſumi ex ſola annali patientia, cum præſumptione inueſtituræ.

y *2. feud.51.§.6. vltim. C. de pactis pignor.*

z Feudum ſub pacto legis commiſſorię conſtitui non poteſt, *vt hic*, Proinde præterito id genus pacto, poteſt dominus idémque debitor rem ſuam reuocare, reſtituto emptori vaſallo pretio vt in pignore, ita in feudo factum legis commiſſorię reprobatum eſt, *l.1. Cod. de pactis pignor.* Quid ſi factũ legis commiſſoriæ ex interuallo adiectum eſt, valere exiſtimatur. *l.2. Cod. de pactis pignor. l. quamuis. ff. de ſolutionib.* Quid: in caſtro pignori accepto, potéſtne creditor vti iuriſdictione? *vide l. eleganter in fin. ff. de pignor. act.*

a *titul.29. Cuiac.*

b Quid ſi ita conuenerit citra pignoris vllam mentionem, vt niſi ſtatuto tempore decẽ mihi ſolueris, Tuſculana tamen prædium meũ ſit? aut fundũ habeas emptum iuſto pretio? valebit vtrumque pactum *l. vlt. ff. de contr. empt. l. ſi fundus in f. ff. de pignor. Bald. Aluar. Rauennas.*

c formula legis commiſſoriæ. *l.2. ff. de lege commiſſoria. l.1. Cod. de pactis pignor.*

d etiam poſt triginta annos. Nam ius offerendi pretij debitoris poteſtatis & facultatis iure competit. Atque iuris ſeu facultati non præſcribitur. Quid ſi debitor in mora tuendi pignoris ſui conſtitutus fuerit? præſcribetur ius offerendi: vel eo tempore non expectato. *l. ſi conuenerit. ff. de pignorat. act.*

e *2. Feud.23. in f. §. eod.* Imò, feudum interueniente etiam pecunia poteſt adquiri, *tit.1. in fi.7.16 24. in pr. §. eod. 2. feud.12.* Solue: pecunia adquiri non poteſt, eo contractu qui iure ſit reprobatus: aliàs iuſto contractu, feudum pecunia numerata adquiri poteſt.

f & meritò cùm feudum habeat originem ex beneficio & amicitia.

g *titul.30. Cuiac.*

h *titul.3.§. eodem.*

i de feudo vaſalli viuentis inuiti potéſtne dominus alium quendã inueſtire? Placentini preciſè negant: Mediolanenſes & Cremonẽſes adhibita diſtinctione, putãt, id feudum etiam conferri poſſe, dúmve vllum præiudicium fiat ipſi vaſallo viuẽti: aut eius ſucceſſoribus, eo mortuo. hoc eſt, putant feudum alienum poſſe in diem & ſub conditione conferri, *vt hic*, Atqui pactum futuræ ſucceſſionis iniuſtum eſt, *l. vlt. C. de pactis?* hoc pactum non eſt de futura ſucceſſione, ſed potuit de iure caduci: quod denique collatum ſit in id tempus, quo nullum ius in ipſum feudum tertio alicui ſit.

aliter

aliter valere,niſi eo conſentiente cuius erat feudum.Mediolanenſes & Cremonenſes nihil diſtare aſſeuerant, vtrum eo ſciente, vel ignorante, dummodo eo viuente nullum detrimentum de feudo ſuo ſibi contingat. Hoc autem dicendum eſt de eo milite qui feudi ſucceſſores non habet.

## [a] DE VSV MEDIOLANENSIVM SECVNDVM QVOSDAM.

### TIT. XXVIII.[b]

*Filio militis dicenti patrem inueſtitum de pignore,& XXX. anno.nomine feudi poſſediſſe,defertur iuſiurandum. Iacob de Bel.*

QVidam obligauerat terram quandam ſuo militi: deinde cum filius[a] ſui[a] domini longum poſt tempus pecuniam offerẽdo pignus liberare voluiſſet:filius militis contendebat patrẽ ſuum à domino ſuo defuncto de prædicto pignore inueſtitionem[c] feudi accepiſſe. Vnde viri prudentes Mediolanenſes interrogati laudauerũt,[d] in electione filij militis eſſe,cum xij.ſacramentalibus[e] iurare[f],patrẽ ſuum,vel ſe à domino ſuo per inueſtituram prædictã terram tenuiſſe: ita vt per[g] xxx.[h] annos conteſtatio pignoris à[i] parte domini aduerſus ipſum vel patrẽ ſuum facta non fuiſſet. Si autem ipſe iurare noluerit:filius[k] defuncti domini neceſſe habet iurare cum duodecim ſacramentalibus, defunctum militem inde per feudum inueſtitum non fuiſſe. Quod ſi ita iurare recuſet, inueſtire ipſum filium militis domini filius de iam dicta terra per fundum debet.

a Si dominus fundum militi ſuo obligauerit. *Cuiac.*
b *tit.31. Cuiac.*
c i. inueſtituram.
d i. reſponderunt.
e *tit.4.§.2.10.26.ſ.eod.*
f Imò, in electione eius non eſt iurare. cum eius iuramento credi lex vetet, *tit.11.ſ.eo.*Solue, Lex vetat poſſeſſori aſſerti pignoris iuramẽtum deferri, *d. tit.11.*niſi ſit munitus xxx. annorum præſcriptione, *vt hic.*
g Feudum non intelligitur cõſtitutũ, nuda receptioni ſeruitiorum: niſi ſeruitia ſint recepta longiſſimo, hoc eſt triginta annorum, ſpatio: ídque cõtinuò, ſine vlla interruptione.
h *adde 2. feud. 26.§.4.ſ.eod.*
i Feudum præſcriptione adquiſitum,tranſit etiam ad heredes. In re præſcripta iure feudi, locum habet ſucceſſio: quia præſcriptio veritati exequatur.*l.1.C.de ſeruit & aqua.*
k *tit.26.in pr.& §.1.*

# OBERTI DE ORTO DE FEVDIS, LIBER SECVNDVS.

## DE[a] FEVDI COGNITIONE.

### TIT. I.

*Cauſæ generaliter aut deciduntur iure Romano, aut legibus Longobardorum, aut conſuetudine: ſed cauſæ feudales deciduntur conſuetudine. Bald.*

OBERTVS de Orto, Anſelmo[a] filio[a] ſuo[a] dilecto[a] ſalutem. Cauſarum[b] quarũ cognitio frequenter nobis committitur,aliæ dirimuntur iure Romano: aliæ verò legibus Lõgobardorum[c]: aliæ autem ſecũdum regni conſuetudinem,quæ quanquam ſint variæ, & quanquam ſecundum diuerſorum locorum aut curiarum mores ſint diuerſæ, nec breuiter poſſint dici, nec hoc libello facilè comprehendi:vſum tamen feudi,qui in noſtris partibus obtinet, prout poſſibile eſt,exponere tibi neceſſarium duxi.In iudicio etenim, quod de feudis agitur,illud legibus noſtris contrarium dici ſolet. Legum autem Romanarum non eſt vilis authoritas: ſed non adeo vim ſuam extendunt, vt vſum[d] vincant, aut mores. Strenuus autem legiſperitus, ſicubi[e] caſus emerſerit qui conſuetudine[f] feudi non ſit comprehenſus, abſque calumnia vti poterit lege ſcripta.

SCiendum[g] eſt autem feudum ſiue beneficium non niſi[h] in rebus ſoli,aut ſolo coherẽtibus,aut in iis quæ inter immobilia[i] connumerantur (veluti cùm de camera[k] aut de cauena[l] feudum datur) poſſe conſiſtere: ac feudum neminem poſſe acquirere,niſi[m] inueſtitura[n] aut ſucceſſione.[o]

## QVID[p] SIT INVESTITVRA.

### TIT. II.[q]

*Inueſtitura alia propria, vt poſſeßio: alia abuſiua, vt quando haſta vel aliud corporeum porrigitur vaſallo à domino pro inueſtitura. Bald.*

INueſtitura quidem propriè[r] dicitur[s] poſſeſſio, abuſiuo[t] autem modo dicitur inueſtitura, quando haſta vel aliud corporeum[u] quidlibet porrigitur à domino feudi ſe inueſtituram facere dicente: quæ[x] ſi quidem ab illo fiat qui alios habet vaſallos[y], ſaltem coram duobus[z] ex illis ſolenniter fieri debet: alioqui licet alij interſint teſtes inueſtitura minimè valeat.[a] ¶ Si enim domino adhuc in poſſeſſione conſtituto, an facta ſit inueſtitura, quæratur: non debet probare niſi per pares curtis illius domus, vel per publicum inſtrumentum, à tribus vel à duobus paribus confirmatum. Nam ſi inſtrumentum defecerit,vel quia factum non fuerit, vel quia amiſſum ſit: tunc qui probare deſiderat, pares curiæ illius qui interfuerint offerat. quaſi denegauerint, fortè corrupti[b] odio vel gratia ſeu pretio,& dicant ſe non interfuiſſe cùm inueſtitura facta fuerat, vel non reminiſci[c] tunc domino cogente iurent tactis[d] ſacroſanctis ſcripturis *quod huius rei veritatem neſciant*: & tunc actor aut alios producat pares,aut iuriſiurãdi domino detur electio:vt proinde iuret inueſtituram factam nõ eſſe:aut ſacramentum vaſallo referat:& ille aut iuret, aut acquieſcat. Quòd ſi iurare pares aliqua ex cauſa recuſauerint, nec[e] dominus eos iurare compellat: licet vaſallo etiam per extraneos probare inueſtituram. Teſtibus vero deficientibus iuriſiurandi electio domino detur.

*Vaſallo poßidenti feudum cauenæ, non opus eſt probatione: ſed aut iuret.aut referat.Bald.*

1 ¶ Si verò vaſallus[f] quidem poſſideat, vel ſi feudum cameræ[g] aut cauenæ, in duabus ſeu tribus[h] acceptionibus quietis quaſi[i] poſſideat:dominus autem feudum negans eſſe rem ſuam petat:vel quod de camera vel de cauena bis[k] vel ter (ſicut diximus) iam ſolutum eſt, deinceps ſoluere renuat:tunc non eſt opus probatione:ſed poſſidenti data electione,aut iuret ſuum eſſe feudum rectũ,[l]

a de feudis ſiue eorum conſuetudine Mediolanenſi,1.*Cuiac.*
b Cauſę feudales deciduntur,vel iure Romano, vel Langobardo,vel cõſuetudine regni Atquo ordine? mox dicetur.
c Langobardæ libros authenticos eſſe hinc colligunt.
d *dixi ad l.2.Co. quæ ſit longa conſuetudo.*
e In feudalibus negotiis finiendis ſpectanda eſt primum cõſuetudo,ſi exſtat deinde ad ſimiles caſ⁹ cõſuetudine feudorũ expreſſos fit extenſio. *c.2.de ſtu. do March.* Poſt, ad legem ſcriptã ſi quæ exſtat recurritur *vt hic.* quæ ſi non exſtat, ad legum ſimilia *arg. l.non omnes.§.* à *Barbaris.ſ.de de militar.*
f Conſuetudo intelligenda eſt, quæ præſcripta: aliàs non præſcripta, nõ tam conſuetudo quã volũtas eius inducẽdæ dici poteſt. *cap.Cumana de elect.*
g In quibus rebus feudum conſiſtat. *tit.2.Cuiac.*
h feudum non conſiſtit niſi in re immobili vel quaſi immobili. Quid ita? rerum quæ vſu conſumuntur proprietas eſt penes excipientem. Atqui feudi proprietas penes dominum eſſe debet iure feudorum. Quid: in nominibus vel reditibus quæ nihil perpetuò debentur num poſſumus alij feudum conſtituere? Poſſumus. *Bald. hic.* An & in immobili, cui res mobiles ſint quædam adiunctæ? Poſſumus quoque. *Rauennas.*
i *l.14. Cod. de ſacroſanct. Eccleſiis Nouell.7.& 120. cap.1.*
k id eſt, cum ex ærario vel arca domini vaſallo adſignatur ſtipendium certum: *tit.2.§.1.*
l vel de Cauena. id fit quoties ex cellario domini vaſallo præbentur annonæ. Vtrumque feudum de Camera ſc. & Cauena in curte domini eſt. Proprium feudum eſt extra curtem & conſiſtit in prædiis.
m Imò & præſcriptione & traditione ſine inueſtitura, *tit.26.§.4.ſ.eod.1.feud.28. ſ.eod.*& culpa alterius vaſalli poſſidentis.
n *v.tit.2.ſ.eodem.*
o *v.tit.11.ſ,eodem.*
p De inueſtitura feudi.*Cuiac.*
q *Tit.3.Cuiac.*
r propria inueſtitura quid.
s Inueſtitura propria,apprehẽſio eſt corporalis poſſeſſionis feudi: impropria,abuſiua & ficta,ſiue corporali poſſeſſione ipſius feudi ſit, verbis tantum, quibus tamen ſymbolum aliquod corporeum ſit adiunctum: ſit denique his duobus concurrentibus nudis verbis & ſymboli interuentu: puta hunc in modum:Ego inueſtio te cum hoc annulo vel hac haſta. hac enim inueſtitura feudi poſſeſſio non prehenditur, ſed ius poſſeſſionis ipſius adipiſcendæ & ingrediẽdæ propria authoritate adquiritur.
t Abuſiua inueſtitura.
u puta vexillum, baculus, gladius, virga, annulus. Galli *par rain & baſton.*
x Inueſtitura propria coram duobus ſaltem teſtibus, iiſque paribus Curiæ (ſi modo inueſtitor tot habeat) fieri debet: deinde inducẽdus eſt inueſtitus in poſſeſſionẽ ipſam feudi.Hæc ſi defuerint, nulla naſcetur inde obligatio. Quid ſi pauciores aut nulli pares ſint? extranei admitti poſſunt § 1. *verſic. ſi autem ſ. eod.m.*
y Hi dicuntur pares curtis ſ. *eod.* curiæ, domus, de domo domini 1. *feud. 26.in pr. & §.1.*
z *d.§.1.*Quid: teſtes ipſi ſintne citandi ad inueſtituram nouam? Aluarotus poſt Baldum putat citandos, niſi longiſſimè abſint.Rauennas, putat expectandos, cùm hæc inueſtitura ſit voluntaria: & iura contraria pertineant ad eos caſus, quos celeriter expedi ſit neceſſe. Quid ſi citati adeſſe nolint? actus valet. *Bald.* Quid ſi vnus tantum Par Curiæ ſit? & hic quoque citandus.
a Cur ita? ne quid fraudis excogitetur ab extraneis qui non ſunt æſtimati domino
b *1.feud.26.verſ teſtes ſ.eod.*
c Teſtis ſi dixerit ſe in præſenti non reminiſci,ac ſequenti poſt die dixerit ſe reminiſci,neque ſuſpectus, neque falſus,neque varius eſt.
d *adde tit.5.ſ.eodem.* e Quid: qui non cogit pares ipſos iurare ac teſtimonium dicere dominus,non feudo priuatus,quaſi iure denegato vaſallo actori? Gloſſa ita putat:Baldus negat: Aluarotus,arbitrariũ facit: hoc eſt,id relinquit arbitrio iudicis.
f ſuperiore caſu dictum eſt de domino poſſidente.
g *v.tit.1.in fi.ſ.eod.*
h *facit tit.33 verſ.inde etiam dicitur.ſ.eod.l.1.C.de fideicommiſſ & quæ dixi ad l.28. C. de pactis* hoc tãdem innuit,vſum pro poſſeſſione eſſe, ſi quis bis terue annonas ex cellario domini perceperit,
i Iura quaſi poſſidentur.
k Poſſeſſio feudi propriè & verè continuata per annum domino ſciente & patiẽte & ſeruitia recipiente tanquam à vaſallo, præſcriptionem inducit pro vaſallo, vt fidens eius iuramento habeat, *vt hic.* Quid ſi ruſticus bis terue anno par caponum dederit nobili: an inducetur perpetua præſtatio? non inducitur. Lex de *in rem verſo. ff.de vſuris,*vt Baldus ait,locum non habet in mulieribus & ruſticis.
l feudum rectum dicitur, cuius poſſeſſio iuſta eſt, *vt hic.& tit.33.39.82.91.ſ.eod.*

a Iurare vel referre iuſiurandum poſſeſſor vaſallus debet.
b pars altera diuiſionis propoſitæ initio huius tituli, ibi, quæ ſiquidem ab illo.
c etiam extraneos, 1. *feud. 26. verſic. teſtes.* ꝫ *eod.*
d obſerua probationum genera: Teſtes, *vt hic*, publicum inſtrumentum, iuſiurandum. ꝫ *eod. m.*

aut [a] domino referatur iuſiurandum. ¶ Si [b] autem inueſtitura ab eo, qui vaſallos non habebat, dicatur facta: tunc per quoſlibet idoneos [c] teſtes, [d] aut per publicum inſtrumentum probari poteſt: aut inopia probationis emergente, res decidatur per iuſiurandum.

*Contentione orta inter dominum & vaſallum de pactis appoſitis inter eos præter cõditionem feudi vel naturam, domino quidem incumbit probatio: eo autem in probatione deficiente, vaſallo defertur iuſiurandum. Baldus.*

2 ¶ Præterea ſi aliquis tenor præter [e] communem [f] feudi rationem in inueſtitura à domino dicatur interueniſſe: vel ſi dicatur feudum ſub tali condicione [g] dediſſe, *vt vaſallus in feſtiuis diebus vadat* [h] *cum vxore ſua ad eccleſiam:* omni facultate probandi domino adempta, habeat vaſallus poteſtatem defendendi ſe per ſacramentum. Item ſi vaſallus ' per " pactum ſpeciale contra feudi conſuetudinem allegat, velut [i] *de filiarum* [k] *ſucceſſione*: liceat ei tenorem ſi poteſt, ſicut inueſtituram probare. quod ſi in probatione defecerit, vel ceſſauerit: concedatur domino hoc denegare iurerando præſtito.

e Pactum inſolitum inueſtituræ qui interueniſſe ait, id probare debet: quo deficiente in probatione, cauſa iureiurando aduerſarij deciditur, *adde, tit.* 20. 24. §. 1. 26. §. 6. *verſ. filia* 29. 73. 76. 84. 90. 104. 105. *& ſimilia.*
f Pactum inſolitũ feudi inueſtituræ adiectũ eſt ſeruandum.
g hinc feudum cõditionale, *tit.* 75. 89.
h Quid ſi dignitate, infirmitate vel ſenectute id facere prohibetur? per ſubſtitutum ſeruire debet. *Bald. in l. quiſquis. Cod. de epiſcopis adde l. in metallum. ff. de pœnis.*

PER [l] QVOS FIAT INVESTITVRA & per quos recipiatur.

TIT. III.

*Vetus inueſtitura fieri poteſt etiam à maiore, vel a quocumque: noua autem non poteſt. Bald.*

INueſtitura autem aut fit de veteri [n] beneficio [o] aut de nouo. [p] Quæ de veteri fit etiam [q] à minore poteſt fieri. Siue autem à minore, ſiue a maiore fiat: non de omni poſſeſſione vaſalli, ſed [r] de iuſta [ſ] tantùm facta intelligitur: niſi aliud nominatim dicatur. Noui verò inueſtitura feudi non ab alio rectè fit, niſi ab eo qui legitimè ſuorum bonorum adminiſtrationem habet. Qui [t] enim qualibet ratione aliquid de ſuis rebus impeditur alienare [u], is nec per feudum poterit inueſtituram [x] facere.

*Res cuius alienatio prohibetur, in feudum dari non poteſt. Bald.*

1 ¶ Sed etiam res, cuius alienatio prohibetur [y], nec per beneficium dari cõceditur [z], niſi [a] in caſibus: vt ecce ſi quis ex agnatis tuis rem quæ à communi parente per ſucceſſionem ad eum peruenerit [b], alienare voluerit: non permittitur ei etiam ſecundum antiquam cõſuetudinem

i Pactũ vt filiæ ſuccedant, eſt præter communem feudi rationem: & tamẽ ſeruandum.
k *tit.* 51. 194. ꝫ. 1. *feud.* 1. §. 3. *tit.* 6. §. 1. 8. 14.
l De inueſtitura veteris ac noui beneficij. *Cuiac.*
m *tit.* 4. *Cuiac.*
n ea fit vel à ſucceſſore domini vel ſucceſſore vaſalli. *tit.* 31. ꝫ. *eod. m.*
o huiuſmodi inueſtitura eſt ſimplex feudi recognitio quæ apud quoſdam fit plerumq; illata certa pecunia. Galli, *relief.*
p ea dat legem contractui.
q Inueſtitura antiqui beneficij fieri poteſt etiam à minore: nouè non poteſt, *vt hic*, Quid ita? Qui de veteri inueſtit, non alienat nec infeudat, ſed inueſtituram à maioribus factam confirmat: Imò ne quidem poſſeſsionem transfert, ſed confirmat tantum. An quæ fuit iniuſta poſſeſſio hoc modo confirmatur? non cõfirmatur nullum enim ius poſſeſſionis nouè tribuit, ſed quæſitam confirmat tantum. In dubiis, iuſta tantum continentur: & vt non ius alterius lædatur. *vt hic.* Apertius dicamus: Infans & furioſus ne quidem inueſtit de antiquo feudo, ſed eorum tutores & curatores: Maiores infante, de nouo feudo etiam conſenſu tutorum & curatorum inueſtire non poſſunt, cum ea inueſtitura ſit alienatio: de antiquo etiam ſiue tutore & curatore inueſtire poſſunt: ſi tamen læſi ſint, reſtituẽtur, niſi dicamus in his minoribus tutorem vel curatorem non habentibus, iudicis præſentiam requiri. *l. bonorum Cod. qui admitti. l. ſi infanti. Cod. de iure deliber.*
r non poſſidens non cogitur inueſtituram petere, facit, *l.* 4. §. 4. *ff. de cenſibus.*
ſ id eſt, non vitioſa.
t Alienare prohibitus, in feudum dare non poteſt, *adde l vlt. Cod. de alienis rebus non alien. l qui habeat ff. de legat.* 3. Excipe caſus ſequentes in §. *proximo.*
u Alienat, qui etiam vtile tantum dominium alienat qui de nouo inueſtit. *d. l. vlt.* hoc quidem in minore. In maiore aliud eſt. maior alienare prohibetur inuito domino, quo tamen eo inuito ſubfeudare poteſt.
x nouam ſcil. Eſt enim noui feudi inueſtitura alienationis ſpecies.
y vel à lege vel à teſtatore, argumento emphyteuſeos, *l. vlt. C. de reb. alien.*
z Falſa videtur illatio: Quippe res eccleſiaſtica alienari non poteſt. *Nou.* 7. poteſt tamen in feudum dari. 1. *Feud.* 1.
a Feudum antiquum vaſallus etiam inuito domino vendere poteſt tibi adgnato, vel alij proximiori. proximior adgnatus tibi præfertur dum æquale pretium offerat, *vt hic*, quid ſi tu vltra iuſtum pretium dederis? id etiam proximiori offerre cogitur. Iuſtum enim pretium eſt, quod inueniri poteſt: *Doctores in l.* 2. *Cod. de reſcind.* Quod num vaſallus feudum ſuum alteri dare poteſt: Poteſt, dum ne fiat in fraudem cõſuetudinis, & legis nouæ Lotharij vel Federici. *ver. Per feudum.* Fraus eſt, colore infeudationis abuti, & re ipſa vendere: fraus eſt poſt mortem ſuam proximiores agnatos, feudo priuare velle. Pone inueſtiturã in fraudem ita factam eſſe. vt nocere poſſit ſuperſtite inueſtitore, proximis eius agnatis: eo mortuo nõ nocebit. Quin ineſt proximis agnatis feudum ita conceſſum in fraudem, reuocare: pretio reſtituto ei qui ita feudum in fraudẽ, accepit. *verſ. Tunc enim reſciſſo.* At enim dices iniquum eſſe fraudulento emptori mercedem fraudis reſtitui? veriſimile eſt, hunc verſiculum referendum eſſe ad eum qui citra malam fidem ita feudum acceperit. Et ita hunc locum accipio: quem nec Rauennas, nec Landenſis intellexit.
b id eſt, prædia familiarica ſiue allodia ſint, ſiue feuda.
c ¶ *c. 62. legum Saxonicar.*
d *ſub.* agnato: hæc enim vox refertur ad ſuperiores, ſi quis ex agnatis tuis.
e non poteſt quis feudum genearchicum alij vendere, quàm agnato. ſi id agnatus eodem pretio habere velit. in feudum tamen cuilibet dare poteſt, *vt hic &* ꝫ. *eod.*
f id eſt, iuſti ſecus, ſi viliore.
g Quod alienare non poſſum niſi in proximum, poſſum id in extraneum iure feudi conferre.
h idoneo tamen.
i vt ſi adſimuletur inueſtitura feudi loco venditionis, *tit.* 55. ꝫ. *eod.*
k *titul* 52. ꝫ. *eodem.*
l *titul.* 55. *infrà eodem.*

alij eam vendere, niſi [c] tibi [d] vel alij proximiori [e] pro æquali [f] pretio accipere volenti. Per feudum tamen [g] cuilibet [h] dari poteſt: niſi fiat in fraudem [i] noſtræ conſuetudinis, vel legis nouæ bonæ memoriæ Lotharij [k] ' vel Friderici [l] " imperatoris. Tunc enim reſciſſa [m] inueſtitura, reddito à te [n] vel ab alio proximiori, videlicet ſecundum antiquam [o] cõſuetudinem, pretio, ſi quod dederit: is qui inueſtituram accepit, compellatur rem tibi reſtituere. ¶ Perſonam verò inueſtituram accipiẽtis non diſtinguimus. nam etiam ſeruus [p] inueſtiri poterit, niſi ignorantia [q] prætendatur. [r] ¶ Sed vtrum ipſe vel alius pro [ſ] te inueſtituram faciat vel ſuſcipiat nihil intereſſe putamus poteſt enim hoc negotium & per [t] procuratorem ab vtraque parte expediri. ¶ Fœminam quoque etiam [u] noui feudi inueſtituram [x] facere poſſe plerique conſentiũt. [y] Nulla [z] autem inueſtitura debet ei fieri, qui fidelitatem facere recuſat: [a] cùm [b] à fidelitate feudum dicatur vel à fide [c]: niſi eo pacto acquiſitum ſit ei feudum, *vt ſine* [d] *iuramento fidelitatis habeatur.*

" QVID PRÆCEDERE DEBEAT, an inueſtitura vel fidelitas.

TIT. IIII. "

*Fidelitatem præcedere debet inueſtitura. Bald.*

VTrum autem præcedere debeat fidelitas inueſtituram, an inueſtituta fidelitatem, quæſitum ſcio: & ſæpe reſponſum eſt, inueſtituram [e] debere præcedere fidelitatem. [f] ¶ Fidelitatem [g] autem dicimus iuſiurandum quod à vaſallo præſtatur domino.

QVALITER [h] IVRARE DEBEAT vaſallus [i] domino fidelitatem.

TIT. V.

*Vaſallus domino iurare debet quod ſibi erit fidelis: & quòd credentiam ſibi commiſſam non manifeſtabit. Bald.*

QValiter autem debeat iurare vaſallus fidelitatem, videamus. Iurare ſcilicet ſic [k] debet: Ego iuro ad hæc ſancta Dei Euangelia [l], *quodammodo in antea ero fidelis huic, ſicut debet eſſe vaſallus domino: nec id quod mihi ſub nomine fidelitatis commiſerit ' dominus " pandam* [m] *alij ad eius detrimentum, me ſciente.* [n] ¶ Si [o] verò domeſticus, id [p] eſt, familiaris eius ſit, cui iurat: aut ſi ideo iurat fidelitatem, non quod habeat feudum, [q] ſed quia [r] ſub iuriſdictione [ſ] ſit eius cui iurat: nominatim

m Cui ius προτιμήσεως cõpetit, is agit ad reſciſſionem.
n hinc ius προτιμήσεως.
o Iuris προτιμήσεως origo hic refertur ad antiquam conſuetudinem. videtur & illa referri poſſe ad *l.* 14. *Cod. de contr. empt.* & Nouellam Romani de qua v. 3. *Harm.* 3. Νεαρὰ τοῦ Καίσαρος ῥωμανοῦ *Cõſt. Feder.* ꝫ. *eod.*
p ſeruus inueſtiri poteſt (at non ab ignorante) id tamen, in quo inueſtitus eſt, domino adquirit, *adde tit.* 106.
q ſeruum ſuũ qui ſcienter de feudo aliquo inueſtit, liberum facit. *arg. l. ſuper ſeruis. Cod. qui militare.* Quod ſi alienum ſeruum eius cõtemplatione, domino eius ſciente inueſtieris? liber erit: eodem argumento. Quid ſi vel domino ignorãte vel domini eius contemplatione eũ inueſtieris? liber nõ fiet, ſed feudum eius domino adquiretur, Quid ſi ita ſeruo alieno feudum dederis, vt ei adquiratur nõ eius domino? neque ſeruo ipſi, neque eius domino feudũ adquiretur.

r id eſt. niſi putabatur liber.
ſ Procuratore vti poſſumus in inueſtiendo propriè vel abuſiuè, *vt hic. & §. idem ſciendum. de notis feudor.*
t per procuratorem inueſtire & inueſtiri poſſumus.
u Fœmina poteſt antiqui feudi inueſtituram facere: Imò & noui. *vt hic*, niſi fortè bonis interdicta aut Langobarda, vt hunc locum reſtringunt Doctores.
x Inueſtire vaſallis fidelitatem non iurantem, non cogitur dominus, niſi feudum tale ſit cuius nomine iurari fidelitas non debeat, *vt hic.*
y Ratio dubitandi ea eſt. videbatur enim fœminas nihil alienare poſſe ſine curatorum authoritate 2 *Longob. Quali mil. lib. alien.*
z neque vetus neque noua *tit.* 20. ꝫ. *eod.*
a per ſe vel procuratorem.
b Argumentum duci poteſt ab etymo.
c alij à faida, de quo dicam alibi plenius.
d *tit.* 24. *in fin. princ. &* 76. ꝫ. *eod.*
e Inueſtitura præcedit fidelitatem, *tit.* 7. *infi.* ꝫ. *eodem.*
f Cur inueſtitura abuſiua præcedere debet iuramentum vaſalli? Baldus hoc ideo receptum eſſe putat: quod ipſe dominus caput ſit ipſius feudi, & perſona agens. vnde notat Rauennas, primo præcedere inueſtiturã verbalem annulo, vel alio ſigno factam: deinde præſtari fidelitatem à vaſallo, Tertio inueſtituram realem, hoc eſt, miſſionem in poſſeſſionem feudi, ſubſequi. Qua in re tamen huius ordinis præpoſteratio inueſtituram ipſam non vitiaret cùm ſufficiat intellectus ordinem ſpectari. *Quin ante heredis Inſtit. de legat.*
g fidelitas quid.
h De iuramento fidelitatis & qualiter vaſallus iuret domino, *Cuiac. adde huic titulo, titulum* 6. *&* 7. ꝫ. *&* 63. *diſtinct. c. tibi.*
i adde, & domeſticus, *verſ. ſi verò* (Nam de vtroque hoc. § tractatur.) Poteſt & hoc iuramentum referri quoque ad eos qui vt ſubditi (tametſi non ſint vaſalli) iurare alicui coguntur vel ratione bonorum, vel ratione habitationis. *verſ. aut ſi adeo.* ꝫ. *eod.* Quid? num dominus cogitur vaſallo fidelitate iurare, non cogitur. Nam effectu ipſo ſine iureiurando vaſallis præſtare cogitur dominus, quod vaſalli interpoſito iureiurando.
k Conſuetudo in iuramentis fidelitatis eſt ſeruanda: neque quidquam innouandum eſt in iuramentis hominis & fidelitatis.
l *tit.* 2. ꝫ. *eod. tit.* 7. ꝫ. *eod.*
m i. euulgabo, *v tit.* 7. ꝫ. *eod.* 1. *feud.* 17.
n 1. *feudor. verſ. teſtes in fin.* ꝫ. *eodem.*
o Iurant aliter vaſalli & non vaſalli puta domeſtici & habitatores, *vt hic.* Quid ſi vnus & idem vaſallus ſit & non vaſallus puta domeſticus? vtrumque præſtare cogetur: niſi malit vno iuramento vtrumque iuramentum explicare.
p Domeſticus pro familiari. Porrò domeſtici appellatione interpretes accipiunt conſiliarium domini camerarium, pincernam dapiferum.
q veluti ſi feudum in curte domini habeant. 1. *feud.* 5. *in fi.* ꝫ. *eod.*
r Quid condomini ſeu collegæ dominus & eiuſdem caſtri, non mutuò ſibi iurare debent? Ita videtur: fingitur enim alius alij ſubeſſe, iuris præſumptione.
ſ ſoli feudatarij non iurant alteri, ſed & ij qui ſubſunt alterius iuriſdictioni.

vitam

a *v.titul. 7. & 8.ℑ.eodem*
b *22.quæſt.5. c.de forma.*
c nempe vt ne noceat corpori, ſecreto ac munitionibus, iuſtitiæ,& aliis cauſis honeſtis,poſſeſſionibus,iuri.
d id eſt vita,*tit.5 in f. ſ. eod.tit.8 inf.ℑ.eod.3 Conſtit.Neapolit.15. & 18.v.formulam Radenici ℑ.c.19.*

vitam [a],membrum, mentem, & eius rectum honorem cuſtodire iurabit.

## DE FORMA FIDELITATIS.

### TIT. VI.

*Vaſallus & dominus ſibi inuicem auxilium & conſilium præſtare debent. Bald.*

IN epiſtola Philiberti epiſcopi in decretis 22. [b] cauſa, de forma fidelitatis aliquid ſcribere monitus,hæc vobis quæ ſequuntur breuiter ex librorum auctoritate notaui. Qui domino ſuo fidelitatem iurat, iſta ſex [c] in memoria ſemper habere debet incolume, tutum,honeſtum, vtile, facile,poſſibile. *Incolume*:ne ſit in dãno domino ſuo de corpore [d] ſuo.*Tutũ*,ne ſit ei in dãno de[e] ſecreto[f] ſuo, vel de munitionibus[g] ſuis, per quas eſſe tutus poteſt. *Honeſtum*: ne ſit ei in damno de ſua iuſtitia, [h] vel de aliis cauſis quæ ad honeſtatem eius pertinere videntur. *Vtile*: ne ſit ei in damno de ſuis [i] poſſeſſionibus. *Facile, vel poſſibile*: ne id bonum quod dominus ſuus facere leuiter poterat, faciat ei difficile: né ve id quod poſſibile ei erat, faciat impoſſibile. Vt fidelis hæc documenta caueat,iuſtum eſt.

¶ Sed quia[k] non [l] ſufficit abſtinere à malo, niſi fiat quod bonum eſt: reſtat [m] vt in ſex prædictis conſilium & auxilium domino præſtet, ſi beneficio vult dignus videri. & de fidelitate eſſe ſaluus. [n] Dominus quoque in his omnibus vicem [o] fideli ſuo reddere debet.quod ſi non fecerit, meritò cenſebitur malefidus, ſicut ille qui in eorum præuaricatione vel faciendo, vel conſentiendo deprehenſus fuerit perfidus & periurus.

## DE NOVA FORMA FIDELITATIS.

### TIT. VII.

*Traditur hic noua forma iuſiurandi fidelitatis quòd præſtat vaſallus domino. Bald.*

EST & alia de nouo ſuper fidelitatis iuramento forma inuenta, & vtentium approbata cõſuetudine:quæ hodie ferè in omni curia videtur obtinere, hæc ſcilicet: Ego *Titius iuro ſuper* [p] *hæc ſancta Dei Euangelia, quòd ab hac hora in antea vſque ad vltimum diem vitæ meæ ero fidelis tibi Caio domino meo contra omnem* [q] *hominem excepto* [r] *Imperatore, vel rege.* Quod verbum ſi rectè intelligatur,nulla quidem indiget actione [s],ſed integram & perfectam in ſe continet fidelitatẽ: ſed propter [t] ſimplices, & nominis ſignificationis ignaros,ad illius verbi interpretationem hoc adiici ſolet: id eſt,Ego iuro *quòd nunquam ſcienter ero in conſilio vel* [u] *in facto* [x] *quod tu amittas vitam vel membrum aliquod: vel quòd* [y]

e Quid ſi ſe occiſurũ Sempronium dixerit vaſallo dominus? Dehortari primò dominũ debet: ac deinde in genere ipſum Sẽpronium amouere vt ſibi caueat. *Gloſſ. c. nerui. 13. diſtin.c. ſi ſacerdos de offi. ordinar.*
f *tit.5.ſ. eod.1. feud.17.*
g *tit.24. §. 2. verſ.porro ℑ.eod.1. feud.5. verſ.ſimiliter.*
h *d. verſ. porro & tit.55. in fin. ℑ.eod.*
i vt ſ. de ſuis munitionib.
k vaſallus à ſuperioribus non tantum abſtinere debet, ſed & eò amplius in illo conſilio iuuare dominum cogitur.
l nota.
m Obliuio in iis non admittitur,quæ quis interpoſito iureiurando facere cogitur. *adde l. magnam. Cod. de contr. ſtipul.*
n Periuro vaſallo non poteſt gratiam iuriſiurãdi facere princeps, inuito ipſius vaſalli domino.
o Inter dominum & fidelem fides eſt reciproca: ideóque dominus vaſallo coniux & amicus dicitur, *tit. 58.in f.pr. ℑ. eod. adde tit. 26. §.7. verſ. domino: tit. 47.ℑ.eodem.*
p *tit.5.ſ.eod.*
q *vide titulo.28. in fin.*
r *d.titul 28 & 55. in fin. infrà eodem.* In iuramento fidelitatis vaſallus tacitè excipit Principem ſuum, antiquiorem dominum, patriam. Doctores hæc Iuris patrem filium & fratrem,ſi qua in re aduerſus ius naturæ læduntur ab ipſo domino. Addamus & vxorem.
ſ cùm tacitè id intelligatur.
t Simplicium & ignarorum habetur ratio: & vt Gloſſa *in l. quoties. Cod. familiæ erciſcun.* ait Non omnis ſcit dicere, hæredem inſtituo. vnde notant Teſtimonium eius valere qui Titium poſſidere dixerit,tametſi interrogatus quid ſit poſſidere, reſpondeat ſe neſcire, Gloſſ. *in l. ſtipulatio iſta. §.hæc quoque ff. de verb. oblig.*
u Conſilij & facti diſcrimen. x id eſt actu.
e Quid ſi vaſallus conſilium dederit, vt dominus furioſus caperetur vel coerceretur:aut ipſa etiam furioſum ceperit vt in vincula coniiceretur ex *l. Dinus ff.de officio Præſi.l.1.Co. de emen.propin.* vaſallus nihil aduerſus iuſiurandum eo officio videtur feciſſe.
z ¶ Iuratur etiam ſuper futuris.
a Atticiſmus feudiſticus.
b Impoſſibile num igitur promittere aut præſtare vaſallus. Ita non tenebitur ad ea quæ iure non poſſit *l.1.Nepos. ff.de verborum ſignif.*
c de domino non impediendo.
d Tempus omne cum quodam temperamento accipi oportet. *l. Æmilius. ff. de minoribus.* e de domino certiorando.
f de auxilio ferendo.
g Fortuitum caſum & iniuſtitiam comparari, notat Landenſis hic
h *v.l.vlt. Cod.de act.empti.l.ſi fundum. ff.locati.*
i *v.Nicetam in Alexan Comneno.*
k Vaſallus non cogitur iuuare dominum iniuſtè alium offendentem.
l de generali ac ſpeciali domini denuntiatione. Specialis igitur denuntiatio domini non exigitur: hoc eſt dominus non cogitur ſpecialiter denunciare vaſallo, vt iuuet: cum generaliter denunciaſſe ſufficiat.
m Iuuandi alterius debitor,intelligitur moram commiſiſſe, ſi requiſitus non iuuerit. Ita qui iuuare promiſit, intelligitur aduerſus conuentionem feciſſe, ſi requiſitus aut interpellatus id non faciat, niſi fortè ſciuit magnum periculum imminere domino. Proinde in fœderibus Principum vel ciuitatum, pactum iuuandi, non committetur, niſi præceſſerit denunciatio.
n De arcano non euulgando, *tit.5.ſ.eod.tit.28.in fin.ℑ.eodem.*
o De conſilio.
p Conſilium ex animi ſui ſententia vaſallus domino præſtare tenetur: in nõ doloſum.

q de domino non offendendo.
r Inueſtitura abuſiua ſeu verbali (quæ per annulum puta, vel haſta fit.*c.1.ſ.quid ſit inueſtitura*) facta: & fidelitate præſtita,dominus tenetur vaſallum mittere in poſſeſſionem,qui niſi miſerit, id quod intererit vaſalli, præſtare debet. Quid ſi modo parte(ſine verbali inueſtitura) promiſit dominus ſe inueſtiturum: Rauennas putat, etiam ex illo nudo pacto cogi dominum inueſtiturã realẽ facere: quàm niſi faciat, præſtabit vaſallo id quod eius interſit omnimodo,idq; actione doli.

*tu recipias in perſona aliquam læſionem vel iniuriam vel contumeliam: vel quòd tu amittas aliquem honorem quem nũc habes, vel in* [z] *antea habebis. & ſi ſciuero vel audiuero de aliquo qui velit aliquod iſtorum contra te facere, pro* [a] *poſſe* [b] *meo, vt non non fiat impedimentum* [c] *præſtabo. Et ſi impedimentum præſtare nequiuero: quàm citò* [d] *potero, tibi nuntiabo* [e]*: & contra eum, prout potero,auxilium* [f] *meum tibi præſtabo, & ſi contigerit te rem aliquam, quam habes vel habebis, iniuſtè vel* [g]*fortuito*[h]*caſu amittere,eam recuperare iuuabo,& recuperatã omni tẽpore retinere.Et ſi ſciuero te velle iuſtè* [k]*aliquẽ offendere, & inde generaliter*[l]*vel ſpecialiter fuero requiſitus* [m]*,meum tibi,ſicut potero,præſtabo auxilium.Et ſi aliquid mihi de ſecreto manifeſtaueris, illud ſine tua licentia nemini pandam* [n]*,vel per quod pandatur,faciam: & ſi conſilium mihi ſuper aliquo facto poſtulaueris: illud tibi dabo*[o]*conſilium, quod* [p] *mihi videbitur magis expedire tibi: & nunquam ex perſona mea aliquid faciam* [q]*ſcienter quod pertineat ad tuam vel tuorũ iniuriam vel contumeliam.*

1 ¶ Inueſtitura [r] verò, facta & fidelitate ſubſecuta [ſ] omni modo cogatur dominus inueſtitũ in vacuam poſſeſſionem mittere [t]: quod ſi differat omnem [u] vtilitatem[x] ei præſtabit.

## DE INVESTITVRA DE RE aliena facta.

### TIT. VIII.

*Miles ignorans à comite de aliena re aut impignorata inueſtitus,habet contra dominum actionem pro euictione: ſciens autem non niſi ſtipulatio aut pactum interuenerit.Bald.*

CVm de re aliena vel alij obligata inueſtitura fiat,illud diſtinguitur, vtrum ſcienti an ignoranti facta ſit. Qui [y] enim alienæ rei ſciens [z] inueſtituram accepit: niſi [a] pacto ſpeciali ſibi proſpexerit,de euictione [b] agere non poterit: ignorans [c] verò rectè aget,vt [d] aliud [e]eiuſdem bonitatis ſeu quantitatis [f] ei præſtetur. [g] Sed in eo nulla eſt differentia qui inueſtituram fecit, vtrum ſciuerit vel ignorauerit.

REi [h] autẽ per beneficium rectè inueſtitæ vaſallus hanc habet poteſtatem, vt tanquam [i] dominus poſſit à quolibet poſſidente, ſibi quaſi[k] vindicare [l]: & ſi ab alio eius rei nomine conueniatur, defenſionem [m] opponere [n] nam & ſeruitutem [o] eidem rei debitã petere poteſt & retinere. ¶ Quid ergo ſi pretio vel dolo, aut incuria [p] ſeruitutem [q] rei beneficiariæ imponi [r] patiatur,& ad dominum ex qualibet cauſa poſtea beneficium reuertatur:an ex eo præiudiciũ domino generetur, quæſitum fuit & reſponſum eſt,vt vaſallo quidem,donec [ſ] feudum tenet,poſſit obeſſe?domino autem etſi per longa tempora perſeuerauerit ſeruitus minimè noceat.

ſ Fidelitas ſubſequitur inueſtituram, *tit. 4. ſ. eod.*
t *1. Feud. 4.7. tit.26.§.6*
u hoc eſt, id quod te ipſa intererit præſtabit:puta damna omnia accepta, Imò & id quod extra pœnã intererit? puta, id quod iurari potuit vaſallus ex reditu feudi, ſi vaſallus ipſe con ſueuit pecuniã in mercibus emendis occupare. *Rauennas, hic.*
x 1. id quod intereſt.
y Euictionis nõ agit in dominũ qui ſciens, ab eo inueſtitutus eſt de feudo alieno: niſi euictionis periculum fuerit ſibi ſtipulatus.
z aliud, ſi neſciens.
a Pacto ſibi ſtipulari euictionem rei vetitæ legibus alienari, emptor non poteſt. *§. callidis.ℑ. de prohibita feudi alienat per Federic.* alienæ tamẽ rei in feudũ acceptæ aliã ſcienter, euictionem ſibi ſtipulari poteſt,*vt hic*,quippe hic actus lege omnino irritus non habetur, vt prior ille.

b *adde tit. 46.ℑ.eod.dixi ad 1.C.de iure dot.*
c Euictionis agit aduerſus dominũ vaſallus inueſtitus de re aliena à domino etiam ignorante: nec enim vllo modo decipiendus eſt vaſallus.
d Euicto feudo,dominus præſtare vaſallo cogitur aliud feudum eiuſdem bonitatis & quantitatis,*vt hic*.Ita feudo euicto vaſallus nõ agit ad duplũ ex iure ciuili: ſed ad tantundem eiuſdem bonitatis & quantitatis, cambium feudi euicti: & ſpeciem pro ſpecie petere poteſt.
e *tit.25.*
f ſeu quantitas Hot.
g Euictionis agi poteſt ob feudum donatione aceeptum,*vt hic*. Iure ciuili ob rem donatam euictam,agi non poteſt aduerſus decretorem. *l.ad res.ff. de euict.* Quid ita? feudum non eſt donatio ſimplex,ſed ob cauſam.
h De iure quod vaſallus habet,*Tit.9.Cuiac.*
i Vaſallus poſt inueſtituram feudi acceptam,tamquam dominus eſt. Ita duplex dominium eſt:verum & quaſi dominium: vt & proprietas & quaſi proprietas.*Gloſſ. l.2.§.quædam.ff. de interdictis:l. rectè.ff de verbor ſignificat.*
k Vtilis & quaſi rei vindicatio datur vaſallo: vt quaſi dominus poteſt rem ſuam feudalem à quocunque poſſeſſore auocare, ſeu vindicare: à quocunque,extraneo: Imò & ab ipſo domino,ſi feudum iniuſtè poſſideat dominus. *l.1.in fin. ff. ſi ager vectigal.* Quid ſi vaſallus & dominus feudum vindicent ſimul præfertur vaſallus:cùm ſit eius cauſa propinquior.
l vaſallo competit vindicatio,*2.feud 43.ℑ.*
m vaſallus feudi nomine agere & defendere poteſt: Iure experiri, cùm agendo, tum excipiendo poteſt.
n *d.tit.43.*
o vaſallo plus iuris in feudo competit quàm vſufructuario in re vſufructuaria,*l.1. ff ſi vſusfructus l.1.in fin.ff de noui operis nuntiat.*
p id eſt negligentia:aliàs legitur, *iniuria* vt notat Landenſis.
q ſeruitutem feudo imponi vaſallus cum patitur pretio, dolo vel negligentia, ſibi nocet non domino: etiamſi ea ſeruitus præſcriptione alicui fuerit quęſita,*vt hic.* Quid: priuatúrne feudo ea de cauſa, perinde ac ſi feudum alienaſſet? cum priuatur. *DD. hic.* Quid ſi in iudicio,ſeruitus feudo vaſallo fuerit impoſita? nocebat ita impoſita ſeruitus, etiam ipſi domino. *capite 1.infra de controuerſia inter vaſallum. capite ſi vaſallus.infrà ſi de feudo fuerit controue.* Quid ſi æs alienum contraxit vaſallus? feudo domino aperto,creditoribus vaſalli potior fuerit dominus, *vt hic notant interpre.*
r *v.§.1.in fi.ℑ.eod.*
ſ Reſoluto iure dantis reſoluitur ius accipientis *l. 31. ff. de pignoribus. excipe tit.9.in fi pr.ℑ.eod.*

*Vaſallus poteſt feudi conditionem facere meliorem, non deteriorem in alterius præiudicium.*

*Bartol.*

1 ¶E cōtrario autem ſi quid feudo à vaſallo additum ſit: ſi [a] quidem tale adiectum ſit, quod per [b] ſe ſubſiſtere poſſit, id eſt, vt per ſe cenſeatur, vt [c] prædium: id non accreſcit feudo. Si verò per ſe non [d] poſſit ſubſiſtere, vt ſeruitus [e]: plerıſque placet feudo accedere, & ſicut partē [f] feudi diſponendam eſſe. meliorē [g] námque conditionem feudi facere poteſt: deteriorem [h] verò ſine [i] domini voluntate, vel eorum agnatorum [k] ad quos per ſucceſſionem pertinet, facere non poteſt.

*Feudum alienari non poteſt in alium, quinimò nec pignori obligari. Bald.*

2 ¶ Quamuis enim "poſſeſſio [l]" per beneficium ad eum pertineat, tamen [m] proprietas ad alium ſpectat: & ideò quartæ [n] ſiue tertiæ ratione, quæ à Longobardis ſeu à Romanis viris vxoribus fieri ſolet, poſt mortem viri ad mulierem nihil pertinet. nam nec [o] pignus, quod conſultum [p] dicitur, fieri poteſt ex feudo.

a Augmentum feudi factum opera & induſtria vaſalli? ſi per ſe ſubſiſtere, & à feudo ſeparari poteſt, non cenſetur pars feudi, *vt hic.* Quid ſi per alluuionem quædam portio feudo aduenit? pars feudi eſt. *§ ſi quis de manſo. c. ſi de inueſtitura feudi.*

b Prædia ſeu agri per ſe ſubſiſtunt.

c Augmenta feudorum duûm ſunt generum. Quædam per ſe ſubſiſtunt, vt vicina feudo prædio comparata: quædam non per ſe ſubſiſtunt, ſed feudo cohęrent plane. Sine feudo eſſe non poſſunt, vt ſunt ſeruitutes feūdo adquiſitæ. *vt hic* priora argumēta pars feudi sūt at non poſteriora.

d Seruitus, per ſe non ſubſiſtit.

e ſeruitutē feudo adquiſitā per vaſallum, aperto ſibi feudo dominus retinet, *vt hic.* tenetur tamen ſeruitutis æſtimationē ſoluere heredibus vaſalli. *§. ſi vaſall⁹ tit. hic finitur lex*, Quid ſi iuriſdictionem caſtro feudali adquiſiuit? Iuriſdictio heredum vaſalli fuerat. Poteſt enim ſeparari iuriſdictio à caſtro, cū penes vnum feudale caſtrū: penes alium, Iuriſdictio eſſe poſſit.

f ſeruitus, pars feudi. *l. 10. l. 13. §. 4.*

g Deteriorem feudi conditionem inuito domino vel adgnatis vaſallus facere non poteſt, meliorem poteſt.

h idem in vſufructu. *l. 10. l. 13. §. 4. l. 15. §. 6. ff. de vſufruct.* & fundo dotali. *l. 7. §. 1. ff. ſolut. matrim.*

i poteſt igitur volēte: cùm volēti non fiat iniuria.

'QVALITER OLIM POTERAT feudum alienari.

TIT. IX.'

*Olim regulariter venditio feudi pro parte dimidia permittebatur, altera parte retenta. Bald.*

Est autem optima cōſuetudine interdicta feudi alienatio: ſuper qua multæ & diuerſæ ſententiæ dabantur in ſingulis ciuitatibus, ſeu curiis: donec Imperator diuæ memoriæ Lotharius tertius promulgauit ſuper hoc nouam conſtitutionem [q], quæ poſita eſt in titulo de beneficiis. Neceſſitate [r] námque ſuadente poterat olim † vaſallus domino inſcio vel inuito feudi partem vendere, retenta videlicet alia parte. ¶ Si verò vel totum vel partem volebat per feudum aliquem inueſtire: [ſ] hoc licebat ei ſine [t] fraude facere. Si autem diſſentiente domino vendebat, ſiue per feudum inueſtiebat, (quod [u] & ipſum ſyncerè hodie & ſine fraude licet ei facere) ſitamen ſine [x] herede maſculo deſcendente decedebat, vel feudum in manu domini refutabat [y], aut alia 'fortè' ratione intercedente culpa [z] amittebat: tunc [a] omnis feudi alienatio ad irritum reuocabatur: eo [b] excepto, quod ille qui ſecundo loco beneficium acceperat, non amittebat, ſi [c] priori domino ſeruire, & ab eo feudum recognoſcere volebat.

k *adde 1. feud. 5. §. 1 tit. 26. § 5. verſ. Titius.*

l penes vaſallum feudi poſſeſſio eſt: penes dominum ipſa proprietas, hinc feudum res non mancipi *adde tit. 23. in fi.*

m Feudi proprietas penes dominū eſt: poſſeſſio, penes vaſallum. quid hinc ſequitur? iure Langobardo vel Romano vxores maritus ſuccedentes. quartis, vel tertiis maritis ſuis non ſuccedere in feudis, *vt hic.* etiamſi feudum quo de agitur ab ipſis coniugibus ſimul fuerit adquiſitum: niſi aliud pacto ſit conuentum.

n Huiuſmodi tertiæ & quartæ dantur à maritis vxori. hypoboli ſeu vice donationis propter nuptias loco, ídque Longobardis morgangeba *v. tit. 29. ꝟ. eod.*

o Pignorare feudum vaſallus non poteſt inuito domino *vt hic.* Quid ſi pignorarit? feudo priuabitur. *c. 1. ꝟ. de prohib. alienat. feud. per Feder.* Cur pignorare non poteſt? quia non plenè dominus eſt, rei feudalis eſt. directum feudi dominium non habet, ſed vtile tantum.

p *dixi 1. feudorum. 3. verſi. aut ſi libellario.*

q *d. tit 5. tit. 52. ꝟ. eod.*

r puta famis, neceſsitate poterat olim vaſallus mediam partem feudi alienare. Hodie non poteſt. Cur non neceſſitate famis. *arg. l. 2. C. de patrib. qui filios diſtraxerunt.* vaſallus dominum, habet, pater nullum.

† hodie non poteſt. *d. tit. 52. 24. 25. ꝟ. eod.*

ſ *d. tit. 5. tit. 3 ꝟ eod.*

t id eſt, impunè *l. 1. ff. ad Falcidiā.* alias hic notant, Interpretationem in feudis eam admitti oportere, quæ dolum & fraudem excludat. *l. creditor. §. Lucius. ff. de mandati. l. fraus. ff. de legib.*

u de infeudatione loquitur non de alienatione.

x vaſallo ſine herede maſculo decedente, moriente, feudum ad dominum reuoluitur.

y Refutatione feudum amittitur. *tit. 14. & 38. ꝟ. eod.*

z *v. tit. 24. ꝟ. eod.*    a *tit. 8. §. 1. in fi. ꝟ. eod.*

b inuitum igitur, hoc eſt eum qui nolit, habebit vaſallum dominus? rectè: nam hic ſubuaſallus aut à vaſallo inueſtitus, eadem conditione eſt cum ipſo vaſallo inueſtitore, Nā ſit ea parte deterior domini conditio, cùm loco vaſalli alium eiuſdem planè conditionis habet.

c ¶alias inuitum vaſallum non habemus *8. §. 1. ꝟ. eo. l. 12. ꝟ. eo.*

d Donare feudum vaſallus non poteſt, *vt hic.* niſi filio aut agnato proximè ſucceſſuro. Huiuſmodi enim non tam donatio eſt quàm refutatio. *ꝟ. de alienat. feud. paterni.*

e *Tit. 55. verſ. habito. ꝟ. eod.* de legato feudi ad pias cauſas. Teſtari de feudo ſuo etiam in pias cauſas vaſallus non poteſt. quod ita receſſum non odio piæ cauſæ. ſed natura ipſius feudi: cuius alienatio eſt interdicta. quid ſi feudū in piam cauſam legatum fuerit: vt ipſum feudum nō debeatur, num debebitur ſaltem æſtimatio? Ne quidem æſtimatio debebitur. *Doctores hic.*

de feudo in dotem dato. Feudum in dotem pro filia dare pater non poteſt inuito ſuo domino. Nam ſi famis cauſa feudum alienare non poteſt *ꝟ. eo.* multo minus in dotem filij dare. quid? potéſtne marito feudum in dotem dare? poteſt, nō tamen æſtimatum. nā ęſtimatio facit venditionē. at vt in dotem feudum dari poteſt: ita donationis propter nuptias cauſa propter cognationem ipſam dotis & donationis propter nuptias. *Bald. in authent. dos data. Cod. de don. ante nupt.*

g de locatione feudi.    h *d. tit. 55. verſi. quapropter.*

*Caſus enumerat in quibus etiam de iure antiquo alienatio fuerit prohibita. Bald.*

1 ¶Donare [d] autem, aut iudicare [e] pro anima, vel in dotem [f] pro filia dare, nullius curiæ poterat conſuetudine: licet poſſet locare [g] niſi locatio eſſet fraudulenta alienatio: ſicut [h] eſt per libellum [i], vt dicatur [k] venditio. Quis enim dubitat, quod libellario nomine ſub [l] viliſſima duorum [p] denarior ūpenſione [o] perpetuo cōcedatur vtendū, alienatū in fraudem eſſe? ¶Porrò ſiue de bona conſuetudine, ſiue de praua quæramus, conceſſa [q] erat domino pro æquali pretio redemptio. niſi hoc beneficium amiſerit [r] dominus per refutationem, vel annali ſilentio, ex quo ſciuerit [ſ], computando. Præſcriptione autem triginta [t] annorum ſubmouebatur tam ſciens, quàm ignorans: in prohibendo autem vel redimendo potior [u] erat proximi agnati quàm [x] domini conditio: ſi tamen feudum erat paternum. ¶De illa verò feudi alienatione quæ à domino fit, ſi dubitetur, lex [y] Imperatoris Corradi conſulatur [z]: quæ poſita eſt in iam dicto titulo de beneficiis.

i de libellaria.

k libellaria quaſi venditio.

l quemadmodum libellus conſtituatur.

m *ti. 73. ꝟ. eodem.*

n multo magis vno nummo *l. 46. ff. locati. l. 66. ꝟ. de iure dotium. l. 10 ff de acquirenda poſſeſſion.*

o annua.

p *1. feud. 13.*

q de retractu dominico.

r quibus modis domini feudum amittant *tit. 33. ꝟ. eodem.*

ſ *tit. 26. §. 4. ꝟ. eo.*

t *1 feud. vlt. ꝟ. eo.*

u Agnatus excludit dominū in retractu.

x Retract⁹ feudi olim permittebatur agnatis & domini; quo in iure, potior erat cauſa proximi agnati quā domini. gentilitius retractus & agnatilitius, dominico potior erat.

y *tit. 34. §. 1. ꝟ. eod.*

z Statutum alio ſuppleri poteſt.

QVIS [a] DICATVR DVX [b] MARCHIO comes, capitaneus, vel valuaſor.

TIT. X.

Qui à principe de ducatu aliquo inueſtitus eſt: dux [c] ſolito more vocatur. Qui verò de marchia: Marchio dicitur. Dicitur autē marchia [d], qa marcha, & vt plurimū iuxta mare ſit poſita Qui vero de aliquo comitatu [e] inueſtitutus eſt, comes appellatur. Qui verò à principe vel ab aliqua poteſtate [f] de [g] plebe aliqua vel plebis parte per feudum eſt inueſtitus, is capitaneus [h] appellatur. qui propriè valuaſores [i] maiores olim appellabantur. Qui verò à capitaneis antiquitus beneficium tenent, valuaſores [k] ſunt. Qui autem à valuaſoribus feudum quod à capitaneis habebatur, ſimiliter acceperint: valuaſini [l] id eſt, minores [m] valuaſores appellantur: qui antiquo quidem vſu conſuetudinem feudi nullam habebant. valuaſore [n] autem ſine filio mortuo, feudum quod valuaſori minori [o] dederat, ad capitaneum reuertebatur. ſed hodie eodem iure vtuntur in curia Mediolanenſi, quo & valuaſores. ¶Cæteri verò qui [p] ab antiquis temporibus beneficium non tenent, licèt nouiter à capitaneis ſeu valuaſoribus acquiſierint, plebeij [q] nihilominùs ſunt. Nam illi qui ſoldatam [r] habuerunt vel acceperunt vel habent: per eam nullum pedagium, [ſ] ſed ne feudi vſum acquirunt. Soldata [t] autem eſt præſtatio quædam annua gratuita quæ à neutra parte tranſit [u] in hæredem. morte enim dantis vel accipientis [x]

a de nominibus vaſallorum *Cuiac.*

b Dignitates & nobilitates gradatim diſtinguūtur.

c dux.

d marchia quia tenet quod eſt iuxta mare, & plerunque marcha iuxta mare ſit poſita, quidā ita legunt. Marchia, limes. marchiones, qui fines regni tuentur. *5. Annon. 11.* Alciatus equitum præfectos vertit, ab antiquo vocabulo, & etiamnum vſitato apud Armoricos March, id eſt equo: vnde Trimarchiſia, quod ſinguli equites conſtarent ex tribus, Gregorius 7. Marcheſium, principis vexilliferum interpretatur.

e id eſt iuriſdictione. eſt enim comes iudex. *cap. 55. & 90. leg. Ripûar.* Idem Grauio, vel Graphio, *Paulus Diaconus. 5. hiſtor. Longob.* Inde Lantgrauij, prouinciæ, Marchgrauij, limitis, pfalzgrauij, palatij, Burgrauij, arcis, præſidiíue iudices, Inde etiam Centgrañij, Gograuij & Dingrauij, iudices pedanei.

f poteſtas inueſtire poteſt.

g De plebe eiúſve parte inueſtitus capitaneus.

h Capitaneus quis.    i & valuaſores dominici Annonius de valuaſore maiore.

k minores ſcilicet *vt 1. feud. 1. §. 5. & titulo 7. & 15.* de valuaſore minore.

l valuaſini.

m minimi, *Hotom.* de valuaſore minimo.

n minore ſcilicet. *Hotom. vt 1. feudor. 7. & tit. 15. infi.*

o minimo *Hotom.*

p locus eſt elegans, vnde poſſis ex ſententia Cuiacij originem præſentis nobilitatis oſtendere, quaſi diceret: Non ſunt iuſti milites vel nobiles, niſi qui à principe vel Duce vel Comite vel Marchione de feudo inueſtiti ſunt, vel qui à maiore vel minore valuaſore de feudo inueſtiti ſunt, ſi modo ij longam annorū ſeriem numerare poſſint, qua feudū onúſq; militiæ ei adnexam in familia ſua reſederit? eáque certiſſima eſt nobilis definitio. ſed hæc Hotomano non omnino placent, cùm inter ſe differant, nobilem & vaſallum eſſe. Hoc igitur putat innui, eum qui viginti iam annos feudum à valuaſoribus maioribus adeptum poſſederit, quia iam publicum munus ſuſtinuerit, non iam plebeium ſed minorem valuaſorem eſſe.

q Plebeij ſunt qui nouiter feudum acceperunt à capitaneis. militibus non adnumerantur, ideo plebeij dicuntur. Otho Friſingenſis 2. *Frederic.* 18. cùm ſe plebeium diceret, in eodémque ordine vellet remanere, honeſtè donatus eſt Nobiles non fieri qui à valuaſoribus maioribus feuda accipiunt. hinc colligunt: niſi ab antiquo feudū habeant. *verſ. qui verò à capitaneis antiquitus.* vnde notat Baldus nobilitatem antiquitati adſcribi: feudum omne antiquum nobile eſſe. quid ſi quis ab imperatore vel rege nouum feudum accipiat? nobilitatur. *verſ. qui vero à principe. ꝟ. eod.*

r id eſt qui de feudo cameræ vel cauenæ inueſtiti ſunt *v. ꝟ. eod.*

ſ paradogium, ita legunt Baldus, & Aluarotus: & paradogium nobilitatem interpretantur. Cuiacius legit paragium, eo ſenſu. Plebeios de quibus ꝟ. pares curtis domini non cenſeri. parium dignitatem ſolos nobiles habere. & ita non omne feudum nobilitare. Hotomanus putat pædagium ſumi pro viatico militari, à pede pedare & repedare.

t ſoldatæ definitio.

u ſoldata non tranſit in heredem, *v. hic* niſi pacto vel priuilegio.

x ſoldatam dare nobilibus ad paupertatem redactis ſolitam notat Rauennas: ac pares diſtare à feudo Cameræ vel Cauena.

interueniente

a ſoldatæ Etymon.
b alij deriuant à ſold, quod Germanis ſtipendium & mercedem ſignificat. vnde ſoldarij.
c atque ita vt paulo ante dictum eſt, ſoldata parum differt à feudo cameræ vel cauenæ.

interueniente finitur. Soldata verò dicitur, quia plerunq; in [a] ſolidorum [b] donatione conſiſtit: quandoqùe autem in [c] vino & annona conſiſtit.

## DE [d] SVCCESSIONE FRATRVM [e] vel gradibus ſuccedentium in feudo.

### TIT. XI.

*Feudum acquiritur inueſtitura & ſucceſſione. Baldus.*

PEr ſucceſſionem [f] quoque ſicut per inueſtituram beneficium ad nos pertinet. Mortuo enim eo qui beneficium tenebat, prima [g] cauſa liberorum eſt. Filiis enim exiſtentibus maſculis, [h] vel ex filio [i] nepotibus, vel deinceps per maſculinum ſexum deſcendentibus, cæteri remouentur agnati [k]. Ad filias [l] vero ſeu neptes, vel proneptes, vel ex filia nepotes, ſeu pronepotes ſucceſſio feudi non pertinet. Proles enim fœminini ſexus, vel ex fœmineo ſexu deſcendens, ad huiuſmodi ſucceſſionem aſpirare non poteſt: niſi [m] eius conditionis ſit feudum, vel eo pacto [n] acquiſitum. ¶ His [o] vero deficientibus vocantur primo fratres [p] cum [q] fratrũ præmortuorum filiis, deinde agnati vlteriores. [r] quod ita intelligendum eſt ſi feudum ſit paternum: hoc [ſ] eſt, ſi fuit illius parentis, qui eius fuit agnationis communis. Si enim Titij auus de nouo beneficio fuerit inueſtitus, Titio ſine legitimo hærede maſculo defuncto, eius feudi ſucceſſio non pertinet ad eiuſdem Titij patruum magnũ nec ad prolẽ ex eo deſcendentẽ, imo reuertitur ad dominũ. Ad cognatos n. eius beneficium non pertinet, neque beneficij ſucceſſio. ¶ Si vero dominus vel alius beneficiũ defuncti nouum eſſe dicat, agnatus autem illius proximus paternum eſſe contendat: tunc onus probationis incumbit illi [t] qui nouum dicit. Sed ſcio aliter pronuntiatum eſſe. Bonus [u] enim iudex cauſa cognita diligenter intuebitur, cuius potius iureiurando dirimenda ſit hæc quæſtio, vtroque ſcilicet in probatione deficiente.

## DE [x] FRATRIBVS DE NOVO beneficio inueſtitis.

### TIT. XII.

*In feudo non habet locum ius accreſcendi inter eos qui prætendunt primam ſeu primordialem inueſtituram. Baldus.*

SI duo fratres de nouo beneficio, & non [y] de paterno ſimul inueſtiti fuerint: vno ſine herede defuncto, ad alterum non [z] pertinet eius beneficij portio; niſi [a] facta fuerit eo pacto inueſtitura. ¶ Si [b] duo fratres in caſa [c] communi poſt mortem patris remanſerint, id eſt, habitauerint [d] ſimul & vnus eorum feudum acquiſierit, plerique [e] dicunt ad aliũ non pertinere, ſed ad dominum, niſi per pactum: ſed neque viuente eo qui acquiſierit, neque poſt mortem eius: fructus tamen erunt communes donec ſimul habitauerint. Quod ſi cum [f] equis vel armis [g] communibus vel pecunia communi ſit acquiſitum, adhuc idem dicunt: ne forte inuitus [h] dominus alium quàm quem voluerit, ſibi acquirat vaſallum: dum tamen meminerimus, id quod de communi expenſum eſt, alteri pro parte competenti eſſe reſtituendum.

## DE [i] INVESTITVRA QVAM Titius accepit à Sempronio.

d de gradibus ſuccedendi in feudo *Cuiacius.*
e *adde tit.* 50.ʒ. *eod.*
f *tit.*1.*in fi.*ʒ.*eo.*
g §.1.*Inſtitut. de hereditatibus quæ ab inteſtato.*
h 1.*feud.*1.§.3.
i *d.tit.*1. §.2.*t.*8.
k feudorũ ſucceſſio in multis differt à ſucceſſione iure ciuili introducta. Iure ciuili ſuccedunt fœminæ. *l. maximum vitium. Cod. de liberis præterit.* in feudis non ſuccedunt. *vt hic* iure ciuili parentes ſuccedunt. *Authen. defunct. Cod. ad Tertull.* iure feudorum non ſuccedunt. *c.*1.ʒ.*de natura ſuc. feudi.* Iure communi cognati ſuccedunt: ſublata differentia agnationis & cognationis. *Aut. poſt fratres. Cod. de legitimis here.* iure feudorum ſoli agnati non cognati. §.*penul.* ʒ.*qui feudum dare.* Differt quoq; feudum ab emphyteuſi. fœminæ ex pacto aut niſi fœmineum ſit feudũ in feudo nõ ſuccedunt *vt hic.* quæ tamen ſuccedunt in emphyteuſi *Nouell. de non alienandis.*
l *d.*§.3.*tit.*6.§.1. *tit.*8.*in fi.*
m *tit.* 50.ʒ.*eod.*
n *d.*§.3. *d.tit.*8.
o maſculis ſci.
p *Feud* 1.§.2.
q 1.*feud.*14.§.1.
r 1.*feud.*1. §. 4. ʒ.*eod. tit.* 50.ʒ.*eod.*
ſ feudum paternum dicitur, quod fuit illius parẽtis, qui fuit communis ſtipes ac progenitor agnationis cõmunis. *vt hic. & cap.*1.*de natu. ſucceßione feudi.* ita fit vt in feudis ſucceſſio omnis ad communem ſuum ſtipitem ſemper referatur.
t hinc colligũt in dubio beneficium potius antiquum quàm nouum præſumi, & malè *vt* ʒ.*eod. & tit.* 15.ʒ.*eod adde* 1.*feud.*12.*in fi.*
u Iuramentum deferre iudex non debet niſi cauſa bene cognita. *vt hic adde l. bonæ fidei. Cod. de iureiurando. l. vbi falſi. Cod. ad l. Cornel. de falſis.*
x de ſucceſſione fraterni feudi. *Cuiac.*
y 1.*feud.*14.ʒ.*eod.*
z ius adcreſcendi in feudo nouo, locum non habet inter fratres. vno enim mortuo alter ei nõ ſuccedit. §.1.ʒ.*de his qui feudum dare.* quid ſi pars deficientis indiuidua, puta ſeruitus, ſtatuat, ius adcreſcet fratri ſuperſtiti, data eius partis exiſtimatione domino, niſi fortè feudum cõtemplatione fratris mortui feudum dediſſet vel niſi pars deficientis maior eſſet: tunc enim pars ſuperſtitis adcreſcit domino data ſuperſtiti exiſtimatione ſuæ partis Aluarotus Rauennas.
a 1.*feud.*20. pacto noua forma dari poteſt contractui. *adde l.*1.§.*ſi conuenerat. ff. de poſ.*
b feudum adquiſitum à fratre, vt ſit commune tria hæc requiruntur, primum vt ipſi fratres ſimul habitent: ſecundum vt ſit adquiſitum bonis communibus; tertium vt qui infeudauit dominus id ſciat.
c id eſt domo.
d *d. tit.*20.
e & malè *d. tit.*20. Imo benè. 1.*feud.*1.§.2.14.§.1.
f feudũ caſtrenſe eſt. quod alicui datũ eſt vt militi. *arg. l. ſi caſtrẽſe. l. ſi forte. ff. de caſtr. peculio.* quaſi caſtrenſe, quod quis adquiſiuit non miles ab habente diſtrictum vel iuriſdictionẽ. *arg. l. vlt. Cod. de inoff. l. fori. de aduoc. diuerſ. iud.* aduentitium ſi neutro modo fuerit adquiſitum. *DD. hic.* quid in aduentitio feudo pater habẽtne vſumfructũ? non habet: quia feudum datur filio: vt ſeruiat & ita vt fructus percipiat: niſi pater viuat vna cum filio: tunc enim fructus ſunt communes quippe ſi hoc ius eſt in fratre multo magis in patre admitti debet. Quæ ratio, opinione interpretum, in clerici peculio eccleſiaſtico ſeruanda: nimirum vt cui tale peculium ſit, patri & fratri quibuſcum ſimul habitat, id communicare debeat. *v. Bald. in l. ſacroſancta. C. de epiſcop.*
g *d. tit.*20. inde colligunt feudalem militiam equeſtrem fuiſſe.
h *dixi tit.*9.*in fi.*ʒ.*eod.* inuitum vaſallum nemo habet.

### TIT. XIII.

*Maritus non ſuccedit vxori in beneficio ea mortua ſine herede. Baldus.*

TItius à Sempronio talem inueſtituram accepit feudi, *vt haberet ipſe & heredes ſui legitimi maſculi: & iis omnibus deficientibus, fœminæ.* Porrò Titius ſuperſtite tantum filia deceſſit. Ipſa à domino inueſtita [k] fuit, & feudum in [l] dotem [m] dedit [n]: maritóque ſuperſtite ſine liberis deceſſit. Quærebatur, ſi ad maritum ſucceſſio feudi pertineat. Reſponſum eſt non [o] pertinere.

## DE [p] VASALLO DECREPITÆ ÆTATIS, qui feudum refutauit [q], vt filij inueſtirentur.

### TIT. XIIII.

*Si vaſallus decrepitæ ætatis feudum refutauit, vt filij inueſtiantur, & inueſtiti ſunt: poſtea decedente altero filiorum poſt inueſtituram fratre ſuperſtite, & ſine herede, frater ſibi ſuccedit, & non reuertitur ad dominum. Baldus.*

QVidam vaſallus cùm decrepitę ętatis eſſet, feudum ſuum in manu [r] domini ad hoc refutauit *vt Seium & Sempronium filios ſuos de eodem beneficio inueſtiret.* Vaſallo mortuo Sempronius ſine legitimo herede, Seio adhuc ſuperſtite deceſſit. Lis eſt inter dominum, tanquam [ſ] nouum feudum ſibi delatum eſſe dicentem: & Seium paternum eſſe contendentem. Vnde eorum ſententia præualuit, qui dixerunt hoc feudum quamuis refutatum, nihilominus eſſe paternum.

## DE [t] INVESTITVRA IN maritum facta.

### TIT. XV.

*Si contentio eſt inter maritum filiæ vaſalli, & agnatum de beneficio, an ſit paternum vel nouum, quæſtio dirimi debet coram iudice ordinario vel arbitro. Baldus.*

VAſallus ſuperſtite tantum vna filia deceſſit, illa vero maritum accepit, cui dominus accepta [u] pecunia partem [x] feudi, quod pater puellæ habebat, retenta ſibi parte altera dedit. Nunc quidem agnatus defuncti cum marito agit, dicens totum hoc feudum eſſe paternum, & ideo omnimodo eſſe ad ſe deuolutum. Econtra maritus contendit hanc partem quã ipſe habet, nouum feudum eſſe: & ideo domino apertum, quæritur igitur vtrum apud dominum eundem, & in eius curia cogatur agnatus defuncti litigare, vel apud agnati iudicem [y], vel arbitrum [z] vtriuſque conſenſu electum hoc eſſe debeat. Mihi [a] & aliis placet, potius apud iudicem ordinarium, vel arbitrum quàm apud eundem dominum hoc litigium fore determinandum. ¶ Item placet agnatum non [b] ſemper cogẽdum probare feudum hoc eſſe paternũ, ſed ab aduerſa parte nouum eſſe probandum [c]. Qua deficiente in probatione, tunc agnato (vt dictum eſt) cauſa [d] cognita detur electio, quatenus vel iuret eſſe paternum, vel [e] alteri parti referat iuſiurandum: & ille aut iuret aut taceat. ¶ Illud tamen ſciendum eſt, quod ſi [f] inter duos qui dixerint ſe eſſe vaſallos de feudo fuerit dubitatio: alter alterum inuitum trahere non poteſt ad dominum, vel eius curiæ iudicium. [g] Si vero cum ſua curia dominus vocauerit eos: nemini [h] eorum licet illius domini vel eius curiæ examen declinare.

i An maritus ſuccedat vxori in feudo. *Cuiac.*
k 1.*feud.* 8. *in f.*
l maritus in feudo non ſuccedit vxori, titulus vnde vir & vxor locum nõ habet in feudis. *adde caput primum. tit. an mariti ſucceſſ. vxori.* quid, an vxor viro in feudis poteſt ſuccedere? non poteſt, *Dd. hic.*
m pro ſe ſcil. *vt tit* 17.ʒ. *eod.* alias pater feudũ in dotem pro filia dare non poteſt, *ti.*59.§.1.ʒ.*e.*
n vxor marito feudum in dotem dare poteſt. *vt hic.* non æſtimatum tantum aut appoſito pacto de lucro feudi, his enim modis fœmina feudum alienaret, quid feudo in dotem dato, q[illegible] ſeruire cogitur maritus. *dd. hic.*
o 1.*feud.*13.
p de refutatione feudi. *Cuiac.*
q *tit.*9.ʒ *eod. t.* 38.39.ʒ.*eod.*
r *d.t.*9.
ſ feudum refutatum per patrẽ, ea conditione. *vt filij ſui in eo inueſtiantur*, non eſt feudum nouum, ſed paternum. ideóque in eo feudo, filij viciſſim ſibi nec ſuccedent: quaſi mutata feudi paterni natura, iſtiuſmodi inueſtitione. *vt hic.* quid remiſſa vaſallo culpa à domino, propter quam feudo priuari potuit: nũ feudum remanet antiquum? an potius nouũ eſſe incipit? an dicemus antiquum manere: ita vt vaſallo moriente ſuccedant ei agnati, tanquam in feudo antiquo? an potius, nouum eſſe dicemus, ſi id feudum ſibi commiſſum vſurpauerat iam ſibi dominus? deinde reſtituit vaſallo: quemadmodum ſi ipſo iure feudo priuatus eſſet vaſallus? quod & verius eſt, quid num pacto nouum feudum, antiqui feudi naturam ſortire poteſt? poſſe putant interpretes præterquam in prælato.
t de contentione feudi inter generum fidelis mortui & agnatos. *Cuiac.*
u feudum accepta pecunia dari poteſt. 1.*feud.*24.ʒ.
x feudum pro parte accipi poteſt.
y ordinarium ſcilicet *vt infra eodem adde titulum* 34.46.*infrà eodem.* qui & comes & curiæ iudex.
z iudex inter vaſallos eſſe dominus non poteſt de feudo contendentes, quoties ex conſequentia quadam negotium ipſum domini geri poteſt. vt hic vnus dicebat antiquum, alius, nouum eſſe. Intereſt autem domini nouum eſſe potius, quàm antiquum, reddit enim facilius nouum feudum quàm antiquum.
a in arbitrum compromitti de feudo poteſt, conſenſu tamen domini.
b Probatio incumbit inueſtito contendenti feudum nouum eſſe, quo non probante, transfertur electio in agnatum paternum eſſe contendentem.
c *v. t.* 11.*in fi.*ʒ.*eod.* d iuramentum cauſa cognita deferendum.
e iuramentũ cui defertur, iurare vel referre iuramentũ cogitur: *l. manifeſtæ. ff. de iur.* is vero cui refertur, aut iurare aut lite cadere. *vt hic. l. generaliter* §.1.*C. de iureiurando.*
f ſi lis ſit de feudo inter vnum qui certo ſit vaſallus & alium de quo dubitetur an ſit vaſallus, cognoſcat dominus ſimul cũ curia: aliàs inter eos qui certò ſunt vaſalli ſolus dominus cognoſcit.
g iudicem, Cuia. 1.*feud.*18. & ita legendũ monet. *tit.*46.*in fi.*ʒ.*eo.* h forum feudale vaſalli declinare non poſſunt *vt hic.* quid ſi ſuſpecti iudices? notant interpretes declinari non poſſe: cùm ſint ordinarij iudices, *l. apertiſſimi C. de iud.* improbata opinione contraria. Eſt tamen vaſallo remedium authenticæ *ſi vero contigerit. Cod. de iud.*

a De contentione feudi inter dominum & vaſallum. *Cuiac.*
b feudalis quidnam in cauſa reconuentionis, de lite non feudali poteſt-ne par curiæ iudicare? poteſt. *Interpretes hic.*
c *1. feud. 18. tit. 20. 39. §. 1. ͞s. eod.*
d *tit. 34. ͞s. eod.*
e Lotharij *Hot.*

## DE [a] CONTROVERSIA FEVDI apud pares terminanda.

### TIT. XVI.

SI inter dominum & vaſallum de feudo orta fuerit contentio: [b] per [c] pares illius domus, ſicut lex [d] Corradi [e] dicit, dirimatur: ſi tamen pares habeat. Et ſi quidem dominus & vaſallus cõſenſerint [f] in eligendis paribus: nulla dubitatio eſt. Si verò diſſentiãt, tunc quid faciendum ſit, quæritur, ſed præualuit eorum ſententia qui dixerunt dominum [g] debere eligere prius, [h] quem aut quos voluerit: & vaſallus ſimiliter hoc [i] faciat ſecundum numerum à domino cõprobatum. Ille tamen vaſallus, qui fidelitatem domino non iurauit: domino vel vaſallo diſſentiente, pro pari nõ eſt [l] eligendus.

## DE EO QVI SIBI [m] [VEL HÆREDIbus ſuis maſculis & fœminis] inueſtituram accepit.

### TIT. XXVII.

*Si vaſallus pro ſe & heredibus ſuis maſculis, & his deficientibus, fœminis, inueſtituram accepit, fœmina non ſuccedit in beneficio quandiu maſculus ſupereſt.*

*QVi ſibi vel hæredibus ſuis maſculis, vel* [n] *his deficientibus, fœminis per beneficium inueſtituram feudi accepit:* vna tantum filia ſuperſtite, nullo alio deſcendẽte relicto deceſſit. Hæc marito paternũ feudum in dotem [o] dedit, & deceſſit duobus filiis ex eo procreatis: quorum vnus duas filias reliquit: alter verò vno filio maſculo relicto deceſſit. de prædicto itaque feudo vrgentem vidimus quæſtionem: maſculo quidem hoc feudum totum ſibi, quia ſolus eius qui primo inueſtituram accepit, heres maſculus ſit, vindicante: fœminis verò totã ſui patris partem ſibi defendentibus, quia ex eo nullus extitit maſculus. Cúmque inter ſapientes ſæpe ſuper hac quæſtione ſit diſputatum: tandem pro maſculo pronuntiatum eſt. Non enim patet locus fœminæ in feudi ſucceſſione, donec [p] maſculus ſupereſt ex eo qui primus de hoc feudo fuerit inueſtitus. ¶Nam & illud iudicatũ ſcio: ſi ille qui proprium [q] feudum ſuum militi pro beneficio dedit, duobus filiis relictis deceſſerit, quorum vnus filia tantum relicta obiit: alter verò filio maſculo relicto ſuperſtite defunctus eſt: quòd miles non debet feudum ſuũ per fœminam recognoſcere, donec ſupereſt maſculus ex eo qui primam inueſtituram fecit. Alij dicunt per filiam debere cognoſcere, cum de paterno allodio [r] eſſet hoc feudum: alioqui ſi aliunde eſſet, verum eſſet quod dicitur per fœminam non debere recognoſcere.

## DE [ſ] DVOBVS FRATRIBVS A capitaneo [t] inueſtitis.

### TIT. XVIII.

DVo fratres, ſcilicet Titius & Seius, à quodam capitaneo de nouo beneficio ſimul inueſtiti ſunt: eo videlicet tenore, [u] *vt quandiu ipſi, vel eorum hæredes maſculi viuerent, & maſculis deficientibus, fœminæ, ſi ſupereſſent, feudum haberent.* Ex fratribus his vnus vna filia relicta, altero adhuc viuente deceſſit. Quæritur, cui portio defuncti deferatur, vtrum filiæ, an fratri. Reſpondetur, filiæ [x] vnuſquiſque [y] enim ſibi ſuiſque hæredibus videtur proſpexiſſe. Si tamen is qui filiam reliquit, ſine hærede deceſſiſſet, propter tenorem inueſtituræ inſertum, eius pars fratri, non domino eſt quæſita.

## AN [z] REMOVERI DEBEANT TEſtes qui pares eſſe deſierunt.

### TIT. XIX.

*Si inter dominum & vaſallum contentio eſt de inueſtitura: illi qui pares fuerunt tempore inueſtituræ, non remouentur poſtea à teſtimonio, licet deſierint eſſe pares. Bal.*

f pares iudices eliguntur communi partium conſenſu, hoc eſt ex paribus ipſis curię eligũtur qui iudicent. ita electio iudicum paribus committitur. *l. obſeruandũ. ff. de iudiciis.*
g ſi in eligendis ex numero parium iudicibꝰ diſſentiant inter ſe dominus & vaſallus, in eligendis iudicibus præferetur dominus.
h i. non ſolùm *arg. l. 47. ff. de iudiciis.*
i i. tot iudices eligat quot ipſe dominus elegit: vt hi ſimul de tota re cognoſcant.
k par in iudicem, vaſallo vel domino inter ſe litigantibus, in eligendo diſſentientibus, eligi is non poteſt, qui fidelitatem nondum iurauit *vt hic.* igitur iiſdem conſentiẽtibus, par eligi in iudicẽ is poterit, qui nondũ fidelitatem iurauerit.
l par propriè aut plenè nõ eſt qui nondum iurauit fidelitatẽ *vt hic.* ita ſtudioſi aut notarij priuilegijs frui eum negant interpretes, qui iuſiurandum ſtudioſi vel notarij conſuetum præſtiterit.
m ſibi & filiis inueſtituram accepit. *Cuiac.*
n feudum, licet ad fœminã peruenerit, non eſt fœmineum vt hic feudum mihi, maſculis, & maſculis deficientibus (fœminis, accepi, maſculi primò ſuccedẽt, deinde fœminæ. Pone maſculos omnes deceſſiſſe filiam fuiſſe ſuperſtitem relictis duobus filiis quorũ vnꝰ duas filias, alter maſculum reliquerit? maſculus ſuccedet *vt hic*, vt maſculi excludunt fœminam: ita vaſallus quãdiu maſculum dominũ habere poteſt, tandiu feudũ ſuum à fœmina non recognoſcit. *verſ. Nam & illud.* Quid ſi mihi, filiis & filiis fratris, feudum aliquod accepi? filij fratris dimidium conſequentur, *Bald. hic.* quid ſi feudum accepi vt deficiẽtibus maſculis, ad vnam fœminam feudum deferatur: & plures fœminæ fuerint? dominus eliget *Bald.* quid ſi etiã filiis meis feudum accepi? & nati & naſcituri admittentur: Anne & me viuo? non admittentur: vt ordo tẽporis & rationis hic ſeruetur. *Bart in l. Gallus. §. 1. ff. de liberis & poſthumis.*
o in dotẽ feudum marito dare vxor poteſt. *t. 13. ͞s. eod.*
p *1. feud. 8. in fi. ͞s. eod.*
q propriũ ſuum. *Hot.*
r de Alodiis *v. tit. 54. ͞s. eo.*
ſ quãdo in feudum filia non frater ſuccedat. *Cuiac.*
t vel alio quocunque ídque ob eandem rationis æquitatem.
u tenor inueſtituræ ſemper ſpectandus. poteſt enim tenor derogare omni feudorum naturæ.
x filia adquirẽtis patruum in feudi (à patre ea lege adquiſiti, vt maſculis deficientibus fœminæ ſuccederent ſucceſſione) excludit.

y *tit. 90. ͞s. eo. l. 9. ff. de prob. l. tale. in fi. ff. de pactis.*
z Si de inueſtitura feudi contentio fuerit inter dominũ & fidelem. *Cuiac.*
a pœnam non meretur qui nihil admiſit.
b legitimè factum non retractatur.
c teſtium conditio ex teſtationis tẽpore ſumitur. *l. 22. §. 1. ff. qui teſt. §. 7. inſt. de teſt. l. 1. C. de teſt.* teſtiũ conditio in feudis eo tempore inſpicitur, quod teſtes adhibẽtur nõ quo teſtimonia dicẽdi cauſa rogantur. *vt hic* teſtes adhibiti tẽpore inueſtituræ fuerint pares, non remouentur à teſtimonio, licet pares eſſe deſierint.

EX facto quæſitum ſcio: ſi inter dominum & fidelem de inueſtitura feudi cõtentio emerſerit, quia factã eã dominus neget. ſi vaſallus offerat eos teſtes, qui tempore inueſtituræ pares erant, ſed poſtea qualibet ex cauſa pares eſſe deſierunt: an ideo ſint remouendi, quia nunc nõ ſunt pares. Sed quamuis alij ſentiant, tamen mihi & quibuſdam aliis videtur ſufficere eos tempore inueſtiturę ſaltem pares fuiſſe. Quid [a] enim peccauit qui inueſtituram accepit, [b] ſi illi quos eo tempore, [c] vt pote idoneos, adhibuit, poſtea pares eſſe deſierunt?

## DE [d] CONTROVERSIA INTER epiſcopum & vaſallum.

### TIT. XX.

*Si inter epiſcopũ & vaſallũ eſt contentio de inueſtitura ab eius prædeceſſore facta, pares curiæ cognoſcunt. Bald.*

EX eo quod ſcriptum [e] eſt, ſi inter dominum & vaſallum de feudo naſcatur quæſtio, quod per pares eiuſdem curiæ dirimenda ſit: quæſitum eſt, ſi quis dixerit ſe à quodam epiſcopo [f] fortaſſis iam defuncto de annua [g] præſtatione, aut qualibet alia re per feudum inueſtituram accepiſſe: & cum ſucceſſore eius agat, & ille reſpondendo neget hunc eſſe vaſallum: vtrum per pares eiuſdem curiæ ſit iudicãdum ſuper hac quæſtione? Opponit enim vaſallus, quòd dominus eum negat [h] eſſe vaſallum, & ideo in ea curia pares non habet. Item dicit vaſallus, quod prius de ſuo recto [i] feudo debet inueſtiri quã à nemine iudicari: domino reſpondẽte, quòd quicquid [k] inter eos ſiue de inueſtitura, ſiue de principali cauſa agendum eſt, per ſuam curiam eſt expediendum. Sed laudatum [l] ſæpe ſcio, pares illius ſecũdum præfatum modum eſſe eligendos prius, ad quorum ſpectat officium, vt illũ prius [m] de ſuo recto feudo inueſtiri faciant: ſed fidelitatis iuſiurandum differatur, [n] donec de [o] principali [p] cauſa cognoſcatur. Ex illo enim apparebit vtrum iurare debeat, an non quod totum expeditæ quæſtionis eſt. Sed ſi conſtiterit vaſallum aliquid aliud præter id de quo quæritur, ab eodem domino tenere pro feudo: tunc quin debeat de ſuo recto feudo inueſtituram accipere, & fidelitatem iurare, & ſic ad principalem cauſam accedere, non eſt dubitandum.

## DE [q] VASALLO MILITE QVI arma bellica depoſuit.

### TIT. XXI.

*Miles ſeculi, qui factus eſt miles Dei, ex eo quòd venerabilẽ domum intrauit, & feudo renunciauit, feudum amittit. Bal.*

MIles qui beneficium tenebat, cum eſſet ſine liberis, venerabilem [r] domum [ſ] intrauit, & ſeculo renuntiãdo, arma bellica depoſuit, habitúmque religionis aſſumpſit, & ſic cõuerſus factus eſt. Hic donec vixerit, feudum retinere conatur, quod dominus vel agnatus ſibi pertinere contendit. Sed iudicatũ eſt domini vel [t] agnati conditionem eſſe potiorẽ, eo quòd deſiit eſſe miles ſeculi, qui factus eſt miles Chriſti: nec beneficium pertinet ad eum, qui nõ debet gerere officium.

## DE [u] MILITE VASALLO QVI contumax eſt.

### TIT. XXII.

DOminus vocat militẽ qui ab eo feudũ poſſidebat, dicendo eũ in culpam incidiſſe, per quã feudũ amittere debeat. hic nõ reſpõdet. quęritur, q̃d faciendum ſit domino. Reſpondeo eum ad curiam vocari debere, & ſi nõ venerit iterum eum debere vocari vſq. in ſpatio tertio ſeptẽ [x] vel decẽ [y] dierũ, arbitrio eiuſdem curiæ terminãdo. Quod ſi neq. venerit ad tertiam [z] vocationem, hoc ipſo feudum amittat: & ideo debet curia dominum mittere in poſſeſſionẽ. Sed ſi intra annum venerit, reſtituitur ei poſſeſſio: alioquin & beneficium & poſſeſſionem amittit [a]: vt in Lombardia de iis qui ad palatium venire contempſerint. l. ſi cuiuſcunque. [b]

d ſi inter dominum & fidelem de feudo fuerit quæſtio. *Cuiac.*
e *v. tit. 16. ͞s. eo.*
f epiſcopi poſſunt infeudare loca eccleſiæ ſi cõſuetudo ſit infeudãdi, & feudũ ſit apertũ. *c. 8. ͞s. epiſ. vel abbatem.*
g ea eſt ſoldata *t. 10. ͞s. eo.* aut feudum de camera vel cauena. *tit. 1. in fi. ͞s. eod.*
h qui negatur vaſallus is conſequẽtia quadam negatur pares in curia habere. nã quũ ipſe neque vaſallus eſt, neque par curiæ eſt, cõpares non habet.
i *de quo v. tit. 2. § 1. ͞s. eo. t. 33. 3. §. 1. titul 82. 91. ͞s. eodem.*
k obſerua regulam.
l reſponſũ iudicatum.
m inueſtitura nõnunquã præcedit iuramẽtũ fidelitatis.
n & ita color quæritur ad tribuendũ paribus curiæ iudicium.
o *ti. 82. ͞s. eod. & ti. 26. ͞s. eod.*
p principalis cauſa hic eſt, vtrum valuerit inueſtitura, vel nõ valuerit.
q de contẽtione feudi inter dominũ vel agnatum & venerabilem domũ. *Cuiac.*
r aliud eſſe putãt ſi vaſallꝰ fiat miles vel eques ordinis Hieroſolymitani, cauſam enim iuris in huiuſmodi milite non eſſe mutatam, licet honorem auxerit. *l. falſum. §. 1. ff. de con. & demonſt.*
ſ monachiſmo *vt hic.* & clericatu. *tit. 26. §. 4. ver. qui cleric. tit. 109. ͞s. eod* feudum amittitur.
t quo ordine? etiam extantibus agnatis feudum nouum fit domini, non extantibus paternum, *vt hic.* Alodia, venerabilem domum ſequuntur. *Nou. 76. & 123. c. 38.* ſed & id feudum quod non ſolummodo datum fuerit, ſed & eccleſiæ ſimul. *ti. 40. in fi. ͞s. eod.* quid ſi ſubditus, & vt loquuntur homo meus, talem domum ingreſſus fuerit? ſuccedent primò liberi deinde ſuccedet dominus: at non ea talis domus religioſa. Doctores *hic.* quod ſuperioribus repugnat. quid ſi Rex eam capitis diminutionẽ patiatur? ſuccedent conſanguinei. *gloſſ. in c. ſcripſit. 37. quæſt. 2.*
u Si dominus vaſallum in culpam incidiſſe dicat vel contra. *Cuiac.*
x *titulo 24. paragrapho 1. infrà eodem.* deſumptum ex iure pontificio. *cap. præſenti. 5. quæſtione 2.*
y ex iure ciuili deſumptum. *l. 68. l. 69. ff. de iudiciis.*
z *d. l. 68. 69. d. l. 13. 3. Radenicus 27.*
a *Nouel. 112.*
b id eſt *l. 3.*

Si verò

a Vaſallo in dominum competit interdictum vnde vi. *Vincen. in ſpec. doctrin.*
b paria ſunt non reſpondere, aut perperam reſpondere, vnde notant: ius eum non tantum denegare qui expreſſè denegat, ſed & qui non loquitur aut obmuteſcit: qui moram in iure dicendo non admittit.
c id eſt moderatè hortari. *vt l. 9 C. de cond. ob cauſam. l. 8. Cod. de liberali cauſa.*

¶ Si vero vaſallus conqueritur de domino, forſan quia feudum malo ordine intrauit [a]: domino perperam reſpõdente, [b] quid vaſallo faciendum ſit, quæritur. Reſpondeo, eum curiam debere vocare, & in eadem curia de domino conqueri. Curia autem debet adire dominum, eúmque ſalua [c] reuerentia competenter cogere, vt vel poſſeſſionem reſtituat & acquieſcat, vel iudicio curiæ ſe committat. Quod ſi ter admónitus facere diſtulerit: tunc liceat vaſallo ad aliam maiorem poteſtatem ire, & ſibi conſulere: & ſi dominus ei iuſtitiam facere noluerit, [d] poterit eum deprædare.[e]

## [f] IN [g] QVIBVS CAVSIS feudum amittatur.

### TIT. XXIII.

*Primo pater ſcribit filio, præmittens excuſationem ſui, dicens quod cauſæ quibus feudum amittitur, non poſſunt ſub regula definiri: & addit qualiter vaſallus contra dominum ſe debeat habere poſtea definit beneficium dupliciter. Baldus.*

OBerti de Orto, Anſelmo [ filio ] ſuo ſalutem. Cogis me & ſuper hoc ſcribendo multum vrges, vt cauſas quibus beneficium amittatur enumeratas, tibi ſignificarem. Quod ideo diſtuli, quia ſæpius circa noſtræ [h] Reipublicæ curam occupatus, & multis priuatorum cauſis, aliíſque rerum innumerabilium impedimentis detentus, onus illud ſubire non valebam. At ne videar preces tuas parui pendere, & ſtudium diſcendi tibi nunc imminens negligere: quod mihi ſuper hoc videatur, paucis explicabo, dummodo memineris cauſas [i] illas ſub aliqua certa regula aut definitione rotunda non poſſe comprehendi. Nam ſicut de probationibus in Digeſtis [k] ſcriptum reperimus: ſic & de his cauſis ſine calumnia dicere poſſumus. Si quis enim dixerit, quæ cauſæ quemadmodum alicui domino ad ingratitudinem alicuius vaſalli probandam poſſint ſufficere, nullo certo modo poſſe definiri, nihil errauerit. De illa tamen ingratitudine loquor, per quam beneficium amittatur. non enim ad hoc ſufficit omnis occaſio per quam fidelis accepti beneficij videtur ingratus: ſed ſunt [l] quædam (vt ita dixerim) egregiæ [m] ingratitudinis [n] cauſæ quibus beneficium ſecundum mores curiarum ſolet adimi. Quomodo [o] enim vaſallus, quam [p] humiliter, quam deuotè, quam benignè, quam fideliter erga dominum ſuũ debeat habere, potius ex naturalibus [q] & bonis curiarũ conſuetudinibus poteſt percipi, quàm [r] lege aut ſcripto aliquo poſſit comprehendi. ¶ In primis illud ſcire oportet, beneficij illius quod eſt [ſ] genus, talem eſſe definitionem [t]: Beneficium [u] nihil aliud eſt quam beneuola [x] actio, [y] tribuens gaudium capientibus, capiénſque tribuendo: in id quod facit prona, & ſponte ſua parata, vt ait Seneca [z]. ¶ Huius autem generis ſpecies quædam eſt beneficium illud quod [a] ex [b] beneuolentia ita datur alicui, vt

d ſtatutum deprędandi contumacis alicuius facultatem dare poteſt.
e deprædari *Hot.* id eſt graſſari in eũ impunè quaſi ſolutus fide. vt hoc pacto, vaſallo liceat poſſeſſionem ſine officio iudicis ingredi: ꝙ eſt contra ius ciuile *l. 68. ff. de rei vindic. l. 3 ff. ne vis fiat.* ita poteſt vaſallus dominum contumacem in iure reddendo, feudali pretio priuare, etiam manu militari & vi: iudicis præcepto.
f LIBER TERTIVS hic incipit ſecundum omnes doctores. Ideoque Cuiaci⁹ rectè tertium librum hic inchoat.
g de beneficio quid ſit, & quibus modis amittatur, *tit. 1. Cuiac.*
h Mediolanenſis. *arg. tit. 24. ĩ. eo.* fuit enim Obertus de Orto cõſul Mediolanẽſis. *Otho Friſingẽſis. 2. Frideric. 12.*
i Cauſæ feudi amittendi certa regula conſtitui non poteſt, *vt hic* ideoque cauſarũ feudi amittendi diiudicatio, arbitraria eſt.
k *l. 3. §. 2. ff. de teſtib.*
l Delicta ipſáque crimina ſuis titulis, hoc eſt veris coloribus diſtinguere ac depingere licet.
m id eſt grauiores.
n Officium vaſalli erga dominum certa regula definiri non poteſt, id enim varium eſt, pro curiarum varietate.
o Ingratitudine non quauis, ſed ſumma tantum feudum amittitur.
p *tit. 5. 6. 7. ſ. eodem.*
q Conſuetudo eſt optima, quæ à natura, & ratione naturali ducitur.
r idem de mora dicitur. *l. 32. ff. de vſuris. adde l. 3. ff. de ſolution. l. 14. ff. de diuerſis & temporalibus.*
ſ beneficium aliud in genere, aliud in ſpecie eſt vt hic.
t definitio beneficii.
u ſeu feudum.
x *1. feud 27.* neque redemptio ſiue ἀνάκαμψις ius feudi mutat. nam & in rebus gratuitis plerunque interuenit honor, munus, ſalarium, & remuneratio: vt in mandato. *l. 1. 6. 7. ff. mandati,* aduocato & menſore *l. 1. ff. ſi menſor depoſito. l. 2. §. 24. ff. vi bonor. rapt.* donatione propter nuptias, *vide Vincentium 7. Speculi* 145.
y Actio beneuola genus beneficij, non res pura, fundus, ædes, annonæ, feudum ius eſt, non prædium ipſum.
z *lib. 1. de beneficiis. cap. 6.*
a feudum vt ſit perfectum ſex requiruntur, vt dominus id det ſponte non coactus, vt directum dominium maneat penes ipſum dominum, vt id quod in feudum datur conſiſtat in re immobili vel quaſi immobili: vt dominium vtile tranſeat in vaſallum: vt feudum ipſum tranſeat perpetuo in deſcendentes maſculos: vt vaſallus fidelitatem præſtet & fideliter ſeruiat.
b Cauſa efficiens.
c ¶ cauſa formalis *tit. 8. infi. ſ. eod.* vt hinc conſtet feudum eſſe rem nec mancipi.
d vel quaſi *tit. 1. infi. §. eo.* cauſa materialis.
e *1. feud. 1. § 3.*
f cauſa finalis.
g feudum datur aut ſeruitio aliquo nominatim expreſſo: aut nullo expreſſo, quod interpretamur ex natura communi feudi. *vt hic.* quid ſi feudum ita datum ſit, vt nullum ſeruitium præſtaretur? Cenſebitur iure feudi in omnibus præterquam in ſeruitij præſtatione. Nam iiſdem cauſis ac delictis amittetur, ſicut alia feuda: excepto ſeruitio quod ex pacto non debet.
h *tit. 51. § 7. ĩ. eod.*
i *1. feud. 5. & 17.*
k Feudum amittit vaſallus inueſtituram non petens intra annum & diem, à ſucceſſore domini, eiúſve ſucceſſor à domino quæ conſuetudo Mediolani non obtinet, *vt hic.* neque in minore quatuordecim annis, *c. ſi minor. ĩ. ſi de feudo fuerit contr.* neque

proprietas [c] quidem rei immobilis [d] beneficiatæ penes dantem remaneat: vſusfructus vero illius rei ita ad accipientem tranſeat, vt ad eum heredéſque ſuos maſculos ſiue fœminas (ſi [e] de his nominatim dictum ſit) *in perpetuũ pertineat: ad hoc* [f] *vt ille & ſui heredes fideliter domino ſeruiãt:* ſiue [g] ſeruitium illud nominatim [h] quale eſſe debeat, ſit expreſſum, ſiue indeterminatè ſit promiſſum.

## [u] QVÆ FVIT PRIMA CAVSA benefici amittendi. [i] [x]

### TIT. XXIIII.

*Si vaſallus ab herede domini, vel heres vaſalli à domino non petiit inueſtituram intra annũ & diem amittit beneficium. Bald.*

PRima autem cauſa beneficij amittendi hæc fuit, & adhuc eſt in pleriſque curiis: ( ſed in noſtra curia Mediolanenſi non obtinet) quod ſi [k] vaſallus per [l] annum & diem domino ſuo mortuo ſteterit, quod heredem domini ſui, inueſtituram petendo, fidelitatem pollicendo non adierit: tanquam ingratus [m] exiſtens, beneficium amittit: & è conuerſo, ſi domino ſuperſtite vaſallus deceſſerit, & filius eius per iam dictum tempus neglexerit petere inueſtituram, beneficio carebit.[n]

*Si dominus à vaſallo petierit fidelitatem, inueſtituram pollicendo, nec legitimè requiſitus eam præſtare voluerit, tanquam ingratus feudum amittit. Baldus.*

1 ¶ Eſt & alia ingratitudo notanda, ſi dominus inueſtituram pollicendo vaſalli fidelitatem petierit: & illo nõ præſtante, dominus tribus vicibus conuenienti tempore interpoſito, fortè ſeptem [o] dierum ſpatio, ad curiam ſuam ſuper hoc reclamauerit [p]: & vaſallus [q] tribus vicibus citatus à [r] ſuis paribus iurare noluerit: ſi [ſ] tamen beneficium tale ſit, vt pro eo iuſiurandum fidelitatis fieri debeat. Sunt [t] enim quædam feuda ita data, *vt* [u] *pro his fidelitas non ſit præſtanda.*

*Vaſallus amittit feudum, ſi cum domino non iuit in prælium, dum potuit. Baldus.*

2 ¶ Item qui dominum ſuum cum quo ad prælium iuerit, in acie periclitantem dimiſerit, [x] beneficio [y] indignum ſe indicauit. ¶ Præterea ſi vaſallus reſcierit aliquẽ contra dominum ſuum aſſaltum, [z] vel mortem, vel captionem, aut patrimonij grandem [a] iacturam facere molientem: debet dominum ſuper hoc quam citius poteſt [b], certiorare: [c] vt proinde dominus ſciens prudénſque periculum valeat declinare. Quod ſi non fecerit, dolóque vel negligentia [d] ſua vel fraude celauerit: beneficio ſe cariturum agnoſcat. ¶ Rurſus ſi domini vel dominæ filiæ, vel nurui [e] aut ſorori in domo adhuc manẽti, quæ [f] in capillo [g] dicitur, [h] ſeſe immiſcuerit: feudo quo ſe monſtrauit indignum, carere debet. ¶ Porro ſi dominũ aſſalierit [i], vel vicum [k] in quo eſt per vim aggreſſus

vbi iuſtũ impedimentum adeſt vel obeſt. *c. 1. ſ. quo tempore miles.* non obtinet quoque in milite qui intra annum & menſem petere debet. *d. c. 1.* Aliud quoque in feudo nouo, in quo nullum tempus ſtatutum eſt ad petendam inueſtituram realem. Aliud quoque ſi vaſallus ipſum feudum non poſſideat ſed tertius aliquis, *Cuneus in l. ſolennibus. C. de rei vind.* quin ad tempus non currit filio vaſalli, antequam ſe immiſceat hereditati, antequam ſciat mortem patris, antequam ſciat rẽ de qua agitur feudalem eſſe, quin vaſallo intra id tempus mortuo, eius hæres idem temporis ſpatium habere debet. *c. ĩ. ſ. quo tempore miles.* quid: non ſatis eſt inueſtituram petiiſſe nulla fidelitate oblata? ſatis. *c. vlt. per quos fiat inueſtitura.* quid ſi vaſallus quæſitum dominum nõ reperit & id tempus lapſum fuerit? feudum non amittet: teſtati id tamen vaſallum oportet teſtibus præſentibus. *l. 2 Co. de his qui per metum iud. non appellantur.* quid petendæ inueſtiturę cauſa, abſentem dominũ non adire cogẽdus eſt vaſallus? non ita longè abſentem adire cogitur: quod arbitrio iudicis ſtatuetur. quid ſi vaſalli amatori ſuo, ſuorúmque ſucceſſorum nõmine fidelitatẽ ſemel iurauerit? etiam inueſtitura petenda eſt, *dd. hic.* quid: intra id tempus nũ ſeruitia præſtare cogitur? ſic ſanè. quid ſi eo temporis ſpatio dominum offendat? etiam feudũ amittet. quid ſi eo elapſo inueſtituram petat? moram nõ purgat. quod ſi dominus intra id tempus vaſallũ petentem non inueſtiat? proprietatis ius amittit. *gl. ſ. per quos fiat inueſt.*
l *vide 1. feud 22. ſ. eod. tit. 40. 52. § 3. ĩ. eod.*
m Ingratitudinis cauſa potéſtne pacto remitti in feudis? Baldus negat, ſi remittatur ingratitudo aduerſus contractum aliqua: ſecus ſi remittatur ingratitudo delicti, Lãdenſis, neutro modo putat ingratitudinem poſſe pacto remitti, cùm pacta quibus delicta imitentur non valeant. Contra tamen fore exiſtimat, ſi feudum tali pacto datum ſit vaſallo, qui vitam domini ſui defenderit. *1. feud. 2. vbi Landenſis.*
n *excipe tit. 52. in fi. ĩ. eod. tit. 55. verſ. præterea. ĩ. eod. tit. 97. ĩ. eod.*
o *tit. 22. ſ. eod.* p *§. 2. verſ. ſed non alia.*
q Contumax vaſallus priuari iure ſuo poteſt: etiam antè traditam ſibi poſſeſſionem feudi. r pares curię iudices ſunt competentes inter dominum & vaſallum: etiamſi quæſtio ſit de feudo nouo, & inueſtitura reali.
ſ interdum fidelitatis iuramẽtũ non debetur *t. 3. inf ſ. eo. t. 76. ĩ. e.* debetur tamẽ fides.
t *d. t. 3. 76.* u feudũ poteſt ſine fidelitate per pactũ cõſtitui. *c. vl. ſ. per quos fiat inueſt.*
x *1. feud. 5. & 17.* ſponte. quod ſi dominum deſeruit quod eum iuuare non potuit? aliud dicẽdum. Idem notãt interpretes, ſi metu tyrãni ſeu potentioris principis dominum deſeruerit.
y ſentẽtia tamẽ exigitur vt priuetur. z feudo priuari vaſallus poteſt, etiã ex ſola negligẽtia nõ admoniti domini de aſſaltu, morte, captione, vel patrimonij grãdi iactura. a grandis iactura bonorum quæ fit arbitrio iudicis finitur.
b *tit. 39. inf. ĩ. eod.* c *tit. 7. ſ. eod.* d virgines innuptas veteri more in capillo fuiſſe notant hic interpretes. e *1. feud 5. verſ. item ſi fidelis.*
f feudo priuatur qui cum ſorore domini ſtuprum admiſerit *vt hic.* & tamen feudo non priuatur qui fratrem domini interfecerit. *c. 1. an ille qui interf.* quid ita variè? an quaſi grauius ſit ſtupri quam homicidij crimen? an potius, quod iniuria maiore afficitur dominus, ſororis ſtupro quàm fratre occiſo? an quod ſtuprũ hic admiſſum eſt in domo domini? vt hac loci circunſtantia delictum augeatur? quid num idem erit in ſorore domini nupta, manente tamen in ipſius domini domo, Rauennas idem eſſe monet.
g id eſt innuptæ. Comis enim tantum non velamine vllo, virgines obtegebant caput. Et præceptum Pauli ad ſolas virgines pertinere exiſtimabatur: quod tamen eſt contra ſententiam Tertuliani & ita in l. 1. Longobard. *de eo ꝙ pat. filiis nec hab. l. 21. 23. 25. 27. de ſuc. & in conſt. Neap. de ſuc. in feu.* in capillo eſſe dicitur quæ nondũ nupſit viro.
h etiam ſponte ac volens. *Doct. hic.*
i *1. feud. 5. verſ. ſimiliter. & tit. 17.*
k *adde tit. 6. ſ. eod.*

a *l.1.§.2.ff.de obſequiis:Nou.115.ca.3.§.1.* b niſi ſeipſum defendẽdo & ad ſui tutelam fecerit. c *al.*iniecerat.Hic enim notatur conatus cum aliquo actu:vt nuda manus leuatione,animo percutiendi,vaſallus feudum non amittat. vt ne in hoc propoſito locum habeat lex.*Item apud Labeonem.§.ſi quis.ff de iniuriis.* d *d.c.3,§.2,* e aut potius vitæ. *dict.cap.2.§.3.*

fuerit, vel impias [a] manus in perſonam domini vbicunque [b] ingeſſerit, [c] vel alias graues [d], vel inhoneſtas iniurias intulerit, vel morti [e] eius veneno, vel gladio, vel aliter inſidiatus fuerit, beneficium amittit. [f] ¶ Illud tamen non lateat, quod ſi [g] quis ſuo domino iuſtitiam [h] facere noluerit: feudum quod tenebat, perdet: ſicut in alio [i] libello tibi ſcripſiſſe hoc credo. ¶ Sed non eſt alia iuſtior cauſa beneficij auferendi, quàm ſi [k] id propter [l] quod beneficium datum fuerit, hoc ſeruitium facere recuſauerit: [m] quia beneficium amittit. Aliud eſt ſi fortè ideo non ſeruierit, quia [n] non potuerit. tunc enim feudum non amittit. ¶Item ſi delator [o] domini ſui extiterit, & per ſuam delationem graue [p] diſpendium eum ſuſtinere fecerit: vel ſi cognouerit dominum incluſum, & eum cùm [q] potuerit non liberauit [r]: feudum perdit. ¶Prędictis modis beneficium debere amitti, tam naturalis, quàm ciuilis ratio ſuadet: quæ poteſt colligi, ſi quis nouam [ſ] conſtitutionem iuſtas exheredationis [t] cauſas enumerantem, & alias conſtitutiones veteres, iuſtas ingratitudinis [u] & repudij [x] cauſas, quibus matrimonia contracta ſoluuntur, & donationes [y] iure perfectæ reuocantur, ſubtiliter ſcrutatus fuerit. Sed quia natura [z] nouas deproperat edere formas: poteſt multis modis contingere, vt aliæ emergant cauſæ, quibus videatur iuſtè adimi poſſe feudum: ideóque iudex [a] ſolers & diſcretus, & æquitati obſecundare ſollicitus, cuncta ſubtiliter diſpenſans, prouideat, ſi qua fuerit antiquioribus cauſis ſimilis [b] ſeu maior: vt proinde ſciat vtrum beneficium ſit admittendum, an nihilominus retinendum. ¶ Illud enim eſt certum, quod non [c] ex omni cauſa ex qua opinio vaſalli grauatur, beneficium amittitur. Nam & ſæpe deierat [d] & beneficiũ nihilominus retinet: vt puta qui beneficij portionẽ alienat, abſque domini ſcientia, beneficium quidem retinet, [e] ſed fidem promiſſam ſeruare non videtur. [f]

*Vbicunque dominus principaliter offenditur per reatum vaſalli, ibi ad dominum feudum reuertitur. Baldus.*

DEnique [g] ſæpe quæſitum eſt vaſallo propter iuſtam culpam à feudo cadente, vtrum [h] ad dominum, an ad ſucceſſorem vaſalli beneficium pertineat, ſed hæc diſtincti tam ratione quàm moribus comprobata eſt; vt ſi quidem vaſallus ita in dominum peccauerit, vt feudum amittere debeat: non ad proximos, ſed ad dominum beneficium reuertatur: vt hanc ſaltem habeat ſuæ iniuriæ vltionem [i]. Si vero non in dominum, ſed aliàs grauiter deliquerit, vel graue quid commiſerit, ſicut ille qui fratrem [k] ſuum interfecit: vel aliud graue crimen, (quod parricidij appellatione continetur) commiſerit, feudum amittit: & non ad dominum, ſed ad proximos pertinet. ſi tamen beneficium fuerit paternum. ſic enim ſæpe pronuntiatũ ſcio. Si vaſallus cõtra cõſtitutionẽ bonæ memo. Lotharij [l] imperatoris beneficium alienauerit: quia dominum contemnere [m] videtur, ad dominum beneficium pertineat. ſcriptũ eſt .n. vt pretio [n] ſe cariturũ [o] agnoſcat.

f quid ſi dominus ipſe non eſt conqueſtus? ſi quia morte præuentus cõqueri non potuit, vel quia ignorauit delictum, heredib[us] domini feudũ committetur. g iuſtitiã denegans domino vaſallus (quod fit ſi in iu[dicium] ſuper re feudali vocatus à domino, ire negligat vel contemnat, aut domeſticos ſuos iuri non ſiſtat, à quib[us] fuerit dominus iniria affectus) feudum amittit. *vt hîc.* vt per contrarium iuſtitiã denegans vaſallo dominus feudi proprietatẽ amittit *c. 1. qualiter dominus proprietate priuetur.* h *tit.6. verſ.honeſtum. ſuprà eo. tit.55. in fi. 5. eod.* i hic locus oſtẽdit duos feudorum libros ab Oberto fuiſſe conſcriptos. k fidẽ ſeu conuentionem ſeruitij feudo adiectam nõ ſeruãs vaſallus, feudũ amittit, etiamſi id inueſtitura non fuit adiectum: cùm ſubintelligatur, *ad. de Cod. de donat. quæ ſub modo.* qua actione eo nomine experietur ipſe dominus? vel rei vindicatione, vel condicione ob cauſam vel condictione ex moribus feudorum. l *tit.3. inf. 5. eod.* m *§.1. 5. eo.* interpellatio igitur exigitur duobus tamẽ caſibus etiã intra interpellationem ſeruitiũ ſuum offerre cogitur vaſallus, ſi vel ſciat dominum periclitantem, vel ſi certa die ſeruitium debeat: vt dies interpellet pro homine. *l. magnam. C. de contr. ſtipul.*

PSI [q] DE FEVDO VASALLVS AB aliquo interpellatus fuerit, & dominus eum defendere noluerit.

TIT. XXV.

*Dominus vaſallo cum extraneo litem habenti de feudo, de euictione tenetur, ſi monitus eum non defenderit. Bald.*

NEgotium tale eſt: Quidam vaſallus à domino tenebat feudum, de quo ab aliquo interpellatus fuit: & ſic vaſallus dominus vocauit, [r] vt eum defenderet. domino renuente

n impotẽtia ſeu impẽdimentũ excuſat vaſallũ non ſeruientem. o *1. feud 17. 5. eod. tit. 5. 6. 5. eod. Nouell. 22. cap. 21. 115. c. 3. § 7.*
p Accuſans calumnioſè dominum feudum amittit, *vt hic.* quid ſi accuſatoris nomine fideiuſſit, aut ei teſtis aut aduocatus vltro ac ſponte adfuit? Idem quid ſi læſæ maieſtatis accuſauit, aut ſuam ſuorúmque iniuriam perſequens, vel minor accuſauit? Aliud quid ſi aduerſus dominum malè iudicauit? ſi malo animo iudicauit. & graue damnum domino intulit, neque peritiores conſuluit, feudum amittit. *Doctores hic,* quid ſi pœniteat iuſta ex cauſa? licet pœnitere. q *adde tit. 39. in fi. 5. eod.*
r quid ſi fideiubendo incluſum liberare potuit? ex ea cauſa fit libertorum exheredatio. *Nou. 115. c. 3. § 8.* ergo & feudi priuatio *5. eod. adde 3. conſtitutionum Neapolitarum. 19.*
ſ ¶ *id eſt Nouella 115. c. 3. l. vn. C. de ingrat. libe.*
t Ingratitudinis cauſæ eædem notantur in vaſallis quæ in filiis & donatariis. *Auth. vt cum. de appellat. §. cauſas. l. vlt. C. de reuoc. don.* Hoc eſt feudum iiſdem cauſis amittitur quibus fit exheredatio, donationis reuocatio, & matrimonij diſſolutio.
u *d. cap. 3. l. vn.* x *Nouell. 22. c. 15. 117. c. 8. 9. l. 8. C. de repudiis.* y *l. vlt. C. de reuoc. don.*
z *l. 2. § 18. C. de veter. iur.* a *l. 38. ff de rei vind. l. 13 § 1 ff. de annuis l. 14. ff. de diuerſis.*
b *1. feud. 17. in fi. 5. eo.* c *v. 1. feud. 21. 5. eo.* d periurio feudũ non amittit vaſallus.
e *ſub,* pro parte, ſeu pro ea parte quam non alienauit. f id eſt, videtur dominum contemnere, *§. 3. in fi. 5. eod.* g Ad quem feudum amiſſum redeat, *tit. 2. Cuiac.*
h feudum committitur domino, ſi in dominum vaſallus deliquerit: aut eum contẽnit feudum alienando. Quod ſi quia deliquit in alium feudum amittit feudum committitur agnatis vaſalli nõ domino. i vindictę locũ dare. Apul. k *v. 1. feu. 5. ver. ſimiliter. & tit. 37. 5. eo.* l *ti. 52. 5. eo.* m Feudum alienãs ſine cõſenſu domini, dominũ ſuũ cõtemnere intelligitur, ideóq; feudo priuatur. *§. 2. in f. 5. eo.* n *d. ti. 52. inf pr.*

o feudum alienans inconſulto domino, feudum amittit, an ipſo iure? non ipſo iure, ſententia enim exigitur, quod hæc vox *Cariturum.* oſtendit: quæ pœnam futuram & ſententiam ſignificat. *gloſſ. in l. prouidendum. C. de poſtulando.* p Liber quartus hic cõſtituitur à Cuiacio collectus ex variis auctoribus. q De euictione feudi & eius ęſtimatione. *tit. 1. Cu.* r i. dominũ authorẽ laudauit. *l. 29. §. 2. l. 34. § 1. l. 37. ff. de euict.*

ad iudicem venire; vaſallus amiſit cauſam per ſententiã. nunc vero vaſallus cambiũ [ſ] feudi à domino petit: ad quẽ dominus reſpõdens, ait illũ nunquã ab eo feudũ tenuiſſe, nec ab eo inueſtiturã accepiſſe. cõtra quẽ vaſallus dicit ſe hoc feudum ab eo tenuiſſe, & inueſtiturã recepiſſe, & ab eo petiuiſſe vt eum in iudicio defenderet: nec tunc temporis inficiabatur illius eſſe. quod idoneis totum teſtibus probat vaſallus. Reſpondi: Super negotio iſto quod literis inſinuaſti nobis. tale eſt ſapientum noſtræ ciuitatis conſilium, videlicet Oberti de Orto, & Gerardi Capagiſti, vt ſi vaſallus cum de feudo interpellabatur, auctorem ſuum, id eſt dominum, vt eum defenderet vocauit, & hoc probare poſſit, ſi in eo iudicio vaſallus fuerit victus [t] de re aliena inueſtitum fuiſſe: vt dominus vaſallo eiuſdem æſtimationis, quod erat tempore rei iudicatæ, feudum reſtituat vel [u] nummos [x] in feudum dandos numeret: & hoc cum certum eſt vaſallum de feudo victum fore. Sed ſi dominus neget hoc feudum vnquam ab eo tenuiſſe, nec ab eo domino ipſum vaſallum, vel eius anteceſſores vnquam inueſtituram accepiſſe: & hoc vel per inſtrumentum publicè confectum, vel per pares curtis vaſallus poterit probare: dominus ad reſtitutionem feudi tenebitur: alioqui dominus ſacramentũ ſubire cogetur iſtum qui eſt in cauſa, vel eius anteceſſores à ſe vel à ſuis anteceſſoribus nunquam hoc feudum tenuiſſe, vel inueſtituram accepiſſe: quo facto dominus abſoluendus erit.

SI [y] DE FEVDO DEFVNCTI CONtentio ſit inter dominum & agnatos vaſalli.

TIT. XXVI.

*Si contẽtio eſt inter dominũ & agnatos defuncti agnati interim ante litem finitam conſtituendi ſunt in poſſeſsione Baldus.*

SI de feudo defuncti militis ſit contẽtio inter dominum & agnatos defuncti, domino nouũ feudũ agnatis vero paternum eſſe contendẽtibus: agnati [z] in poſſeſſione feudi de quo quæritur conſtituẽdi sũt, Eo facto ſuper principali [a] quæſtione cognoſcendum eſt. vtroque autem deficiente in probatione, electio iuriſiurandi agnatis danda [b] eſt. [c]

*Si contentio eſt inter filiam & agnatum de beneficio, filia interim debet eſſe in poſſeſsione. Bald.*

1 INter [d] filiam defuncti, & agnatos eius, de quodã prædio mota eſt quęſtio, agnatis feudũ, filia verò allodiũ [e] ſiue libellarium [f] eſſe aſſerẽtibus ſuper poſſeſſione apud quẽ manere debeat, quærebatur. Reſpõſum eſt, apud filiã poſſeſſionẽ interim eſſe collocandã: deficientibus verò hincinde probationibus per iuſiurandum cauſa cognita rès decidetur, electione [g] danda agnatis. [h] ¶ Defuncto milite, inter dominũ & filiã illius ſuper quodã feudo querebatur, domino feudũ, filia alodiũ ſiue libellarium eſſe allegante. Reſpõdit, filiam in poſſeſſione feudi manere debere, [i] donec de eo iudicetur. probatione verò hinc inde ceſſante, electio iuriſiurandi filiæ danda eſt.

*Inueſtitura ſumit effectum, cùm feudum ſibi vel heredi ſuo fuerit apertum. Bald.*

2 MOribus [k] receptũ eſt, dominum de feudo militis [l] ſui quod [m] poſt [n] mortẽ ipſius ad dominum reuerti ſperabatur, in aliũ militẽ inueſtiturã facere poſſe: quæ inueſtitura tunc demũ capiet effectũ, cùm feudũ domino aut hæredi ſuo fuerit apertum. Secus eſt in eccleſiaſticis [o] perſonis. nam ſi eccleſiaſtica perſona talẽ faciat inueſtiturã: nõ aliter valebit, niſi ſibi, non etiã ſucceſſori ſuo feudum aperiatur: & in tali inueſtitura conſenſus eius de cuius feudo ſit exquiri non oportet.

de euict. Euicti feudi nomine vt aduerſus dominum agat vaſallus, litẽ denuntiare ipſi domino tenetur. ſ i. aliud feudũ eiuſdem pretij. *tit. 8. 5. eo.* de cãbio *dixi 1. feud. 4. § 2. tit. 22. § 1. 5. e.* euicti feudi agẽs vaſallus, non agit ad duplum, ſed ad tantundẽ eiuſdem bonitatis & quantitatis vel ad pretium conuertendum in tantundem. *vt infra eod.* ita aliud pro alio ſoluere cogi dominus poteſt. cõtra regulas generales iuris. *l. 2. §. mutui. ff. ſi certum.* t *tit. 26. § 7. ver. ſi vaſallus.* u id eſt, æſtimationem litis, quã vice feudi ſubiit vaſallus, quã ex ſententia iudicis victori exoluit. x ne dixeris, nũmos in feudum dari, feudum in pecunia eſſe nõ poteſt: etiamſi accepta pecunia vaſallus iurauerat ſe vaſallum: pecunia illa feudum non erit. quippe feudi proprietas penes dominum eſſe debet, vbi pecunia datur, dominiũ à numerante in accipientẽ tranſit. proinde quĩ in feudum numi dari hic dicũtur, nihil aliud quam litis æſtimatio quã ſubiit vaſallus. *vt dixi* ſeu pecuniæ ſũma actori numeranda. y Si contentio eſt inter dominum & agnatos defuncti de feudo *titulo 2. Cuiac.* z præſumitur feudũ in dubio, antiquũ eſſe potius, quàm nouũ. Ita in dubio agnati vaſalli excludũt dominũ: magis fauebitur adgnatis vaſalli, quã domino. Cur ita ſit? quia poſſedit defunctus, ideo & agnati in ea poſſeſſione cõſeruãdi: & alioquin dominus hic, feudũ nõ negat ſed qualitatẽ feudi. quid ſi incõtinẽti dominus probaturus eſt nouũ feudũ eſſe? neq; ea cauſa cognitionẽ maiorẽ deſiderat? poſſeſsio adgnatis nõ eſt addicẽda. *l. vlt. C. quorũ bonor.* a *tit. 20. 5. eo. tit. 82. 5. eo.* b cur dãda eſt electio iuriſiurãdi agnatis? quia poſſeſſio feudalis indiuiſè preſumptionẽ pro poſſeſſore ſilet. hic autẽ agnati poſsidẽt: quid tamẽ, quo tãdem iure agnati iurabunt feudũ antiquũ eſſe? num id veriſimiliter poſſint ignorare? anceps periuriũ dicerẽtur ſubire hoc caſu niſi lex eos ad iurandũ admitteret. c quã iudex nõ ſemper ſequitur. *tit 11. in f. 5. eo.* d de poſſeſsione apud filiã collocãda. *tit. 3. Cuia.* e Præſumitur res allodialis potius quàm feudalis. Ita heres in poſſeſsione rei hæreditariæ, quã defunctus poſſidebat mortis tẽpore, cõfirmãdus eſt donec probentur res ipſæ feudales, eſſe nõ allodiales. *facit. l ſi ne p ſſidetis. C. de proba.* f emphyteuſeos capaces ſunt fœminæ, at nõ feudi *vt hic* niſi feudũ ſit fœmineũ. g ſi modo pro eis faciant quædã præſumptiones, quæmadmodũ in hoc propoſito, ſi quædã præſũptiones ſint pro filia, iuſiurãdũ filiæ deferendũ eſt. *gloſſ. & doct.* h *tit. 40. 51. § 5.* fidei maris magis ſtatur quã fœminæ i cur filia? præſumptione aliqua iuuabatur. *vt paulo ante in ſimili ſpecie dictũ eſt.* k dominũ inueſtiturã feudi ſui militis in alium facere poſſe. *tit. 4 Cuiac.* l i. vaſalli. *1. feud. 22.* m huiuſmodi feudũ ſucceſſionẽ non habere dicitur de quo *v. 1. feu. 9. & 27. in fi. 5.* n inueſtire aliquẽ de feudo nondũ ſibi aperto laicus dominus poteſt: non purè. ſed hac cõditione poſt mortẽ vaſalli poſſidentis, vel cõmiſſo aliàs feudo: nec enim laicus poſſit purè feudũ vaſalli ſuperſtitis alij cõferre ſine eius cõſenſu. quid: tenetúrne hæres laici inueſtitoris ratã habere inueſtiturã? cogitur. *vt hic.* quid ſucceſſor eccleſiaſticæ perſonæ id genus inueſtituræ cogitúrne cõſirmare? non cogitur. *ver. ſecus. 5 eo.* cur tam variè? ſucceſſor eccleſiaſtici, ſucceſſor eſt tantũ non hæres. o *feud. 3. 25. § 1.*

Vaſallus

*Si vaſallus domino inficietur feudum, vel feudi partem, aut eius conditionem: conuictus poſtea de mendacio, perdit feudum, & eius conditionem. Bald.*

VAſallus [a] ſi feudum, vel feudi partem, aut feudi conditionem ex certa ſcientia inficiatur, [b] & inde conuictus [c] fuerit, eo quod abnegauit feudum eius, vel conditionem expoliabitur [d], alius autem vaſallus, quamuis hoc ſciens non patefaciat, feudum tamen retinet: aut ſi aliam [e] rē domini celauerit vaſallus feudū tamē non amitmittit.

*Qui per triginta annos rem alicuius tanquam in feudo poſſedit, & pro ea ſeruitium præſtitit domino præſcribit in feudum. Bald.*

4 SI [f] quis per [g] triginta [h] annos [i] rem aliquam vt feudum poſſedit [k], & ſeruitiū [l] domino exhibuerit: quamuis [m] de ea re non ſit inueſtitus, præſcriptione tamen triginta annorum ſe [n] tueri poteſt [o].

QVi [p] clericus efficitur, aut votum religionis aſſumit: hoc [q] ipſo feudum amittit [r].

ETſi [ſ] vaſallus omni anno [t] domino ſe non repræſentat: [u] feudum tamen non [x] amittit.

OMnes [y] filij eius qui feudum acquiſierit, fidelitatem facere debent; [z] maximè ſi [a] indiuiſum [b] habent. quod ſi [c] feudum ex diuiſione ad vnum tantum peruenerit illē tantum faciet fidelitatem.

ADoptiuus [d] filius in feudum [e] non ſuccedit [f].

MVlier [g] habens feudum, relictis filiis ex duobus matrimoniis deceſſit: inter quos feudi quæſtio aliarúmque rerū maternarū vertebatur. obtinuit filios [h] prioris [i] matrimonij tam in feudo quàm in ceteris potiores eſſe.

NAturales [k] filij licet poſtea fiant legitimi, ad ſucceſſionem feudi, [l] nec [m] ſoli cum aliis admittuntur.

SI [n] minori [o] datum [p] fuerit feudum, fidelitatem facere non [q] cogatur, donec venerit in maiorem ætatem, in qua doli capax ſit: feudum tamen retinet.

*Si filius impubes ſucceſſit vaſallo: non cogitur facere fidelitatem nec ſeruitium perſonale poteſt. præſtare. Baldus.*

5 ¶ Si quis deceſſerit filio impubere [r] relicto, fidelitatem nec ipſe nec alius pro eo facere cogitur. [ſ] Idem [t] de ſeruitio perſonali, alius tamen pro eo faciens ſeruitium admittetur.

6 TItius [u] filios maſculos non habens, partem ſuā feudi [x] Seio, partem eiuſdem feudi poſſidenti agnato ſuo cōceſſit [y], Sempronius proximior agnatus mortuo demum Titio partem illius feudi nullo dato pretio recuperare poteſt. Quod [z] ſi Titius filios proprios [a] haberet [b], pretio reddito etiam viuo Titio: quod ſi [c] conſenſit [d] alienationi, vel per annum ex quo ſciuit: tacuit: omnino remouebitur.

*Facta domino de feudo abuſiua inueſtitura, cogitur dominus vaſallum mittere in poſſeſſionem, nec liberatur intereſſe præſtando. Baldus.*

7 SI facta [e] de feudo [f] inueſtitura pœniteat [g] dominum antequam poſſeſſionem transferat: an præſtando intereſſe vaſallo, liberetur, quæſitum fuit. Reſponſum eſt, prætermiſſa illa condemnatione, dominum poſſeſſionē [h] feudi de quo inueſtituram fecit tradere compellendum.

8 FIlij [i] nati ex ea vxore, cum qua matrimonium tali [k] cōditione contractum eſt, *ne* [l] *filij ex ea nati, patri ab inteſtato ſuccedant*: in feudo ſuccedunt [m] nam quanuis ratione improbetur talis conditio, ex vſu tamen admittitur [n].

*Et qui non vult aliquid conſequi, ſed ius quæſitum conſeruare non imminet ius offerendi niſi dies fuerit appoſita. Baldus.*

9 LIcet [o] vaſallus domino ſeruitium non [p] offerat: quantocunque [q] tempore ſteterit, dummodo domino pe-

a Feudum qui ſciens iniuſtè negat & quidem totum, totum amittit: qui partem, partem tantum: qui qualitatem, totum ipſum. Quippe hæc negatio rem totam afficit, neque diuidi poteſt. Quid ſi non neget feudum totum eiúſue partem vel qualitatem: ſed feudum, ita ab alio eiuratum vel negatum ignorātia ductus diſſimulet? feudum non amittit. Mitius punitur diſſimulatio, quàm negatio: ſeu contumacia expreſſa in negando: quàm ficta in tacendo. Aliud igitur fuerit ſi dolo id diſſimulauerit tacueríue. *c. 1. ꝫ. de forma fidelit. l. vl. ff. de rei vindic.*
b De pœnę inficiationis feudi *tit. 5. Cuiac.*
c Quid ſi non teſtibus ſed iuramento domini ſit conuictus? aliud *arg. l. cū qui, ff. de iureiur.*
d Quid ſi pœniteat ante litem conteſtatam? audiitur damna & expenſas domino offerēs *Bald.*
e *§. 7. verſ. vaſallus ꝫ. eod. tit. 34. in fi. ꝫ. eod.*
f id eſt, non feudalem.
g Præſumitur res eſſe feudalis, quæ 30. annis vt feudalis eſt poſſeſſa: cuius, vt feudalis (nam id exequitur. *arg. l. vl ff. quem ſeru.*) eo ſpatio p̄ſtita sūt ſeruitia, aut certè p̄ſtitū fuit aliquod ſeruitium.
h De præſcriptione feudi lōgiſſima. *tit. 6.*
i continuos, nō interruptos.
k etiam mala fide, iure ciuili: non canonico. *c. vlt. de præſc.*
l etiam vnum: ſufficit enim vaſallum paratum fuiſſe ſeruitia præſtare.
m Quid ſi quis ita dixerit, conſecutio vt præſcribas? Hæc præſcriptio mera non eſt, ſed vnita pacto: quia (etiam longiſſima ea ſit) directum dominium adquiritur.
n Feudum præſcriptione adquiſitum, tranſire etiam ad hæredes hic etiam notatur ab interpretibus ad eos, inquam, hæredes, qui ad id admittebantur ex natura feudi ſimpliciter conceſſi.
o ſub. in feudo, *vt hic*, Ita per contrarium præſcribit eo ſpatio ius petendi ſeruitij cum correlatiuorum ſit eadem ratio. Quemadmodum ſi eo ſpatio rem feudalem, vt ſuam poſſedit dominus, vtile dominium adquiſiuit, & directo ſuo adiunxit.
p *Tit. 9. §. 1. ꝫ. eo. 1. feud. vlt.*
q Hæc verba, *hoc ipſo*, innuunt ipſo iure clericatu indepto, feudum amitti: meam ſententiam exigi. non idem eſſe in vſufructu & emphyteuſi notant interpretes.
r Clericum feudum perdere, *tit 7. Cuiac.*
ſ An vaſallus qui ſe non exhibet domino feudum amittat, *tit. 8. Cuiac.*
t omnino, *Hotomanus.*
u *adde §. 7. ꝫ. eod. 1 feud. 21.*
x Cur non admitti? nihil tale aduerſis vaſallum ſtatutum eſt, eiúſve iuramento continetur: proinde neque id exigitur à vaſallo. *arg. l. ſi ſeruum. §. non dixit. ff de adquir. hæred.*
y Omnes fidelis filios fidelitatem facere debere, *tit. 9. Cuiac.* vaſallos tamē numero dicendi poſſe notat Baldus, cum ipſi vaſalli ſint in bonis.
z *tit. 55. §. 1. ꝫ. eodem.*
a Feudum pro indiuiſo ſimul teneri & poſſideri per filios vaſalli poteſt: quod cū accidit, omnes fidelitatem iurare debent: Quid ita? cum ſuccedant vnà perſona cenſentur. vnde notant ius patronatus indiuiduum eſſe. Quid quæ ratio in ſeruitio præſtando inibitur? ſi in dando conſiſtet ſeruitium, ſinguli vaſalli dabunt, ſi in facto indiuiduo, ipſi vnum ex ſe eligent, qui id ſeruitium præſtet. Quid: pluribus domini hæredibus, quemadmodum vaſallus præſtabit ſeruitium indiuiduum in diuerſa bella fortè proficiſcentibus? An quæcunque volet ſequetur? ac potius digniorem & ſeruiorem præferre cogendus eſt. *arg. l. ſi quis in graui. § ſi ac omnes ff. ad ſillan.* Quid ſi inter hæredes domini bellum ſit? An neutros ſequi cogetur, cum tibi inuicem obſtent?
b diuiſum, *Cuiac.*
c feudum diuiſione ad vnum filiorum peruenire poteſt vt ille ſolus iuret & ſolus vaſallus cenſeatur.
d Adoptiuum in feudum non ſuccedere, *tit. 10. Cuiac.* Ita adoptiuus non omnimodo naturali comparatur. Quid ita? feudum dari intelligitur vaſallo eius cōtemplatione, & eorum qui à vaſalli ſanguine deſcendent. Adoptiui, non ſunt adoptiuo patri conſanguinei. Quid: num eadem ratio in arrogato, quæ in adoptiuo? eadem. Quid: poteſtis feudum ea lege dari, vt etiam adoptiui & arrogati ſuccedant? poteſt: licet ad pactum ſit contra communem naturam feudi, *c. 1. ꝫ. de feudo non habente proponatur feudo.* Poteſtne hanc legi derogari ſtatuto, conſuetudine, vel reſcripto principis? poteſt. *Bald.* Quid hæc lex, num locum habet in filio legitimo emancipato & poſt adoptato? non habet. Quid ita? nēpe quia hic poteſt in feudo ſuccedere etiam ſine adoptione.
e aliud in alode.
f quia conſanguineis deferuntur feuda non commentitiis liberis.
g filios ſecundi matrimonij tantùm fœminæ in feudum ſuccedere, *tit. 11. Cuiac.*
h Ius ſuccedendi commune ſtatuto & cōſuetudine mutari poteſt; *vt hic*, filij prioris matrimonii ſoli in feudo ſuccedunt.
i poſterioris *Cuiac. v. tit. 103. ꝫ. eodem.*
k vt naturales pòſt facti legitimi non ſuccedant, *tit. 12. Cuiac.*
l etiam materni.
m legitimati ſiue ſoli ſint, ſiue cum alijs legitimis ſint in feudis non ſuccedunt, *vt hic.* Quid ita? agnati generaliter in feudis ſuccedunt. legitimati, cognati ſunt, non adgnati *l. hac parte. ff. vnde cognati.* Quid ſi cum ſibi eſſent naturales patris, nulli ligitimi: patre id ita poſtulante legitimati ſint ad feuda principis reſcripto. Planè etiam ſuccedunt ſiue ſoli, ſiue cum aliis poſt natis: dum id nominatim reſcripto contineatur. *eos legitimari non obſtante hoc capite Naturales.* vt cùm anomalum hoc ſit beneficiū principis, anomala quoque ſolennitas adhibeatur. Quid legitimati per ſubſequens matrimonium? planè ſuccedunt: adeo vt nec in eo matrimonio requiratur inſtrumentum matrimonii vel dotis: licet tamen quidam in eo diſſentiant. Quid ſi feudum accipienti & legitimæ deſcendentibus ex eius corpore ſit datum? Qui tempore contracti matrimonij naturalis filius natus fuerat, in tali feudo non ſuccedat: qui cōceptus tantum, ſuccedat. Quid ſi primogeniti in feudo ſuccedere debēt: & Titio Primus natus ſit ex concubina: deinde ex vxore legitima ſecundus: ea mortua nuptias cōtrahat cum ipſa concubina? Tametſi Primus legitimetur, concubinatu matris in matrimoniū verſo, ſecundus eo potior fuerit vt ſuccedat in feudo. *cap. tanta qui filij ſint legitimi.* Quid ſi in ipſo articulo mortis, concubinam duxerit? nati ex ea filij vice etiam matrimonio legati mātur vt in feudo ſuccedant. *d. c. tanta.* Quid dati ex matrimonio iniuſto; à principe tamē confirmato? nati ex eo matrimonio legitimi nō fuerit, niſi in ipſa legitimatione facta fuerit eorū mentio. Quod ſi dominus vaſallum inueſtiuit pro ſe & filiis natis & naſcituris, cùm ſciret vaſallo filios eſſe naturales? ſuccedent & hi quoque in feudo, ſciens enim Dominus naturales legitimos hoc eſt feudi capaces ita feciſſe intelligitur. Quid: legitimatus in vno territorio, éſtne legitimatus in omnibus aliis: in feudo temporali, id Eccleſiaſticum? vide Bald. *in l. eam quam C. de fideic. & DD. in cap. per venerabilem qui filij ſint legitimi.*
n de minore ad fidelitatem feudi non cogendo, *tit. 13. Cuiac.*
o id eſt, impuberi, *§. 5. ꝫ. eod.*
p Et ita etiam nouum feudum impubes retinet, licet non iuret fidelitatem.
q Impubes vaſallus fidelitatem iurare non cogitur, etſi feudum retineat. Quid ſi impubes doli ſit capax: an iurare cogitur? Quidā ita putant *arg. Authent ſacramenta, Cod. ſi aduerſ. vendit.* quod Aluarotus non admittit. Quid volens impubes num iurare poteſt? Rauennas ita putat. Quid infans? non iurat: ſed eius tutor, *arg. §. 5. infrà eodem.*
r ¶ adde verſiculum ſuperiorem.
ſ Sponte igitur pro impubere alius (puta tutor) parte iurabit.
t Impubes vaſallus neque ipſe iurare fidelitatem, neque ſeruitium perſonale facere cogitur etiam per ſubſtitutum, *vt hic*, quod hodie conſuetudine feudorū non ſcripta, non ſeruatur; cùm impuberes cogantur hodie ſeruire per ſubſtitutum. *Doctores hic.* Quid ſi ſeruitium nominatim ſit perſonale. Per ſubſtitutum ſeruire vaſallum non poſſe notant: niſi inidoneus ſit ad ſeruitium. *l. quiſquis Codic. de epiſcopis.* niſi dignitas eius dominica maior, *l. interdum. Digeſtis. de operis libertorū.* niſi iuſta cauſa eum impediat, *l. filius. ff. de procur.* quo etiam caſu ſolennia ſeruitia (puta Capitaneatus) per alium poſſunt explicari, *l. 1. §. huius ff. de offic. eius.*
u Quando agnatus ad feudum admittatur vel excludatur, *tit. 14. Cuiac.*
x antiqui ſcil.
y id eſt, alienauit licitè: permiſſu domini, interueniente pretio.
z Feudum antiquum ex pacto prouidentia à patre iuſtè alienatum liberi viuo etiam patre reuocare poſſunt: agnati, agnato tantum mortuo.
a filium haberet. *Cuiac.*
b nec retrahentes.
c conſentiens alienanti vaſallo, ius ſuum amittit.
d *§. 1. tit. 39. 49. ꝫ. tit. 8. infi. ꝫ. eod.*
e dominum feudi, tradere cogi *tit. 15. Cuiac.*
f *ſub.* nouo. Nam in veteri feudo nulla traditur poſſeſſio: cum vaſallus illam iam habeat.
g Feudi inueſtituram factam dominus retractare non poteſt: neque liberatur pręſtatione eius quod intereſt. Ipſam enim præciſè poſſeſſionem tradere cogitur ab alio non occupatam, ſed vacuam. quid: ab inueſtitura poſſúntne communi conſenſu recedere dominus & vaſallus? poſſunt. quid ſi pœnitentia non ducatur dominus, ſed traditionem differat tantum. omnem vtilitatem vaſallo præſtabit quam is habuiſſet, ſi ab initio ei tradita fuiſſet poſſeſſio. quid ſi in eadem re plures diuerſis temporibus inueſtiuit? preferendus erit qui prior poſſeſſionem fuerit adeptus. priorem autem eum feudi poſſeſſionem prehendiſſe dicemus, qui prior domino pretium numeraſſe probabitur.
h *Tit. 7. in fi. ꝫ. eodem 1. feud. 4. ꝫ. eod.*
i quando filij in feudum non ſuccedant. *tit. 16. Cuiac.*
k Ea de re conuenire plerunque ſolent nobiles, qui habentes liberos ex nobili vxore, ea defuncta plebeiam facit. *tit. 29. ꝫ. eodem.*
l pactum de non ſuccedendo patri in feudo valet *vt hic*, quod tamen iure ciuili non valet. *l. pactum. C. de collat.* quid valétne pactum vt ne prioris matrimonij liberi ſuccedant? valere aiunt, ſi cum nobiliore fœmina ſecundæ nuptiæ contrahantur: quæ (niſi id pactum conueniſſet) non fuiſſent alias contractæ. *Bald.*
m In feudum non ſuccedunt. *Baro. Cuiac. hic. & ad 26. ff. de verb. oblig.*
n imo non eſt amittenda, *arg tit. 1. ꝫ. eod.*
o Vaſallum non teneri offerre ſeruitium. *tit. 17. Cuiac.*
p *§. 4. verſ. etſi. ꝫ. eod.*
q viginti annis. 1. *feudorum. 21.* vel triginta annis ita vaſallus feudum non amittit, etiamſi per triginta annos domino non ſeruiuerit. Punitur enim recuſans tantum ſeruitium, at non, non ſeruiens.

tenti ſeruire paratus ſit, beneficium non amittit, ſi[a] tamen ſciat ei magnum periculum imminere: vltro adiutorium ſuum ei debet præbere. ¶Inde quæſitum eſt, ſi dominus in periurium [b] incidat, quia [c] dare non valeat, quod dare iurauerat. & vaſallus eum liberare [d]poſſit ſuam pecuniam [e] dando, & non facit, an beneficium amittat. & reſponſum eſt, non amittere.

SI [f] vaſallus culpam[g] cõmittat, propter quam feudum[h] amittere debeat, neque filius neque eius deſcendentes ad id feudum reuocabũtur: ſed agnati[i] qui quarto gradu ſunt: dummodo ad eos pertineat.

IN [k] generali alienatione vaſalli,[l] non [m] continetur feudum, niſi nominatim dictum ſit.

*Si vaſallus feudum ignorans alienauit, feudum non amittit & ſibi reſtituendum eſt, non domino: tenebitur tamen ad intereſſe emptori ignoranti. Baldus.*

SI [n] vaſallus feudum alienauit [o] ignorans [p]: non domino, ſed ipſi vaſallo feudum reſtituendum eſt: ad intereſſe verò emptori ignoranti [q]condemnandus eſt vaſallus.

VAſallus [r] feudum [ſ] quod ſciens [t] abnegauit, amittit: ignoranti [u] verò ſubuenitur. Quod ſi dubitet [x]: dubitanter [y] reſpondere debet.

BEneficium[z] à vaſallo in [a] feudum, ſi nihil in [b]fraudem legis fiat, rectè dari poteſt, dum [c]tamen militi detur.

SI [d] vaſallus de beneficio ſuo agat, [e]vel [f]conueniatur: ſiue obtineat, ſiue [g] non, licet ignorante[h] domino fiat, omni tempore firmum erit illud iudicium, nam & tranſigere [i] rectè poterit: nec[k] quod accepit tranſactionis nomine feudum erit.

*Si dominus commiſit feloniam, per quam ſi eam committeret vaſallus in dominum amitteret feudum: dominus etiam perdere debet feudi proprietatem. Bald.*

DOmino [l] committente feloniam [m], vt ita dicam, per quam vaſallus amitteret feudum ſi eam committeret: quid obtinere debeat de conſuetudine, quæritur & reſpondetur, proprietatem feudi ad [n] vaſallum pertinere, ſiue peccauerit in vaſallum ſiue in alium [o].

FEudum [p] ea lege datum, *vt ipſe & heredes ſui maſculi & fœminæ, & cui* [q] *dederit, habeant*: iiſdem culpis amittitur quibus & aliud feudum. Quod ſi vaſallus alienauit, feudũ eſſe deſinit apud emptorem.

TItius [r]: cum Sempronio fratre ſuo feudum paternum poſſidente pactũ fecit de eo feudo non petendo à [ſ] Sempronio heredibúſue ſuis [t] Sempronio ſine herede maſculo defuncto, inter Titium & Seium fratrem ſuum de eo feudo quæſtio orta eſt, quid inde fieri debeat, quæritur, reſponſum eſt pactum non obſtare Titio.

a Seruitiũ domino offerre vaſallus non cogitur, niſi ſciat dominum magno periculo verſari. *vt hic: arg. l. quod de. ff. de reb. credit.* aut niſi dies adiecta. *arg. l. ſi reſiduum. C. de diſtr. pigno. l. acceptæ Cod. de vſuris.*

b *tit. 89. in fi.*

c Periurium admittit, qui promiſſa ſeruare non poteſt. etiam propter inopiam. *vt hic* culpa nimirum conungentem, non caſu.

d quid alere inopem dominum, aut eum cuſtodia ſeu carcere liberare, num vaſall⁹ cogitur? non cogitur: niſi iuuandi, vaſalli cauſa dominus bona ſua conſumpſerit vel niſi maximum ſit feudum: vel niſi de omnibus bonis vaſallum inueſtiuit verum id vtilius fuerit, initio ſtipulari.

e *vide l. 5. §. 16. ff. de agnoſcẽdis liberis: Nouel. 115. cap. 3. §. 8.*

f Feudo à miſſo, filios vaſalli excludi. *tit. 18. Cuiac.*

g *ſub.* in alium quàm dominũ: & quidem culpam ex delicto aliquo deſcendentem, nõ aduerſus contractum feudalem ſimpliciter admiſſam.

h *ſub.* antiquũ: hac ſententia feudum quo vaſallus priuatur ſuo delicto in perſonam extraneã admiſſo, agnatis eius & deſcendẽtibus, cõmittitur, nõ domino.

i *tit. 24. § 3. in fi. tit. 31. infrà eodem.*

k In generali alienatione nõ contineri vaſallos. *tit. 19. Cuiac.* Atqui alieni eſt omnino ſenſus huius locis nẽpe, vaſallum alienãdo omnia ſua bona, non intelligi feudum alienaſſe: niſi nominatim ſit dictum.

l hanc vocem Hotomanus expungit.

m *titul 51. ĩ. eodem.*

n Vaſallum repetere feudum quod ignorans alienauit, *tit. 20.*

o *Tit. 42. ĩ. eodem.*

p vt ſi ſucceſſit ei, qui diu ac longo tempore non ſeruiuit.

q nam ſcienti non fit iniuria, *l. cum donationis. C. de tranſact.*

r De pœna negantis feudum, *titul. 21.*

ſ Quid ſi partem, agente in eum domino, vaſallus negauit? partem amittit.

t *§. 3 ſuprà eodem.*

u Ignorantia excuſat vaſalli mendacium: modo ne ſit craſſa & ſupina.

x *Tit. 34. in fin ſ. eodem.*

y Dubius dubitanter reſpondere, poteſt *vt hic*, dilatio tamen dabitur, vt plenius inſtituatur.

z Feudum vaſallo in feudum dari poſſe, *tit. 22. Cuiac.*

a ſubfeudare vaſallus poteſt: hoc eſt feudum alij dare: cognati, & eadẽ conditione.

b Fraudem præſumi putant doctores: ſi vaſallus det feudum ſuum alteri, accepto pretio.

c *Tit. 34. § 2.*

d Vaſallum agere & conueniri de feudo poſſe, *tit. 23.*

e Agere vel conueniri feudi nomine vaſallus poteſt: adeo vt ſententia prodeſſe imò & nocere poſſit domino etiam ignoranti: dum ne iudicium id in fraudem ſuſcipiatur.

f *titul. 25. ĩ. eodem.*

g Res iudicata cum vaſallo nocet domino, *vt hic*, Quid ita? An dicemus vaſallum totum in eo fuiſſe vt litem domino denuntiaret, neque dominum reperiſſe? An litem inſtitutam præſente domino, non ſpecialius per vaſallum admonito? An quia vaſallus in hac lite non obtinuit, cum rem ſibi in feudum datam eſſe conteſtaretur: & quidem preciſè ab ipſo domino: An quia dominus rem vt feudalẽ vindicat, non vt propriam? An quia vaſallus iure ſuo ſine domino experiri potuit?

h Atqui domino ignorante feudum vaſallus alienare non poteſt? non poteſt vltro: ex cauſa neceſſaria iudicij, vel tranſactionis poteſt, *vt hic*.

i *tit. 43. ĩ. eodem.* decidendi ſcilicet, non alienandi aut deminuendi cauſa 3. *Conſtit. Neapolit. 5.* Tranſigere de feudo ſuo vaſallus poteſt.

k Feudum non eſt, quod vaſallus feudi nomine ab aduerſario accepit tranſigẽdo.

l quando proprietas feudi ad vaſallum perueniat. *tit. 24.*

m Felonia commune verbum eſt tam domini quàm vaſalli, *vt hic: & tit. 47. ĩ. eod.*

n mores Galliæ addicunt ſuperiori Imperatori aut regi. vt & conſtitut. Neapolit. 3. *titul. 19.*

o hoc eſt coniunctum vaſallo. Exemplum Rauennas ſubiicit in domino vaſalli famulum verberante, vt iniuriam vaſallo faceret,

p Feudum iiſdem de cauſis amitti, licet datum ſit heredi, & cui vaſallus dederit. *titul. 25.*

q *titul. 48. ĩ. eodem.*

r de pactione de non petendo feudo. *tit. 26.*

ſ Pactum de non petendo à certis perſonis, perſonas non tranſgreditur.

## DE [u] PACE [x] TENENDA [y], ET eius violatoribus.

### TIT. XXVII.

*Imperator adulatur omnibus, ſuadens quod debeant ſeruare pacem, & ſtatuit pœnam contra non ſeruantes. Baldus.*

FRidericus [z] Dei gratia Romanus imperator, ſemper auguſtus, epiſcopis, ducibus, comitibus, marchionibus, & omnibus ad quos literæ iſtæ peruenerint, gratiam ſuam, & pacem & dilectionem. Quoniã diuina prẹordinante clementia, ſolium regiæ maieſtatis conſcendimus, dignum eſt, vt cuius præcellimus [a]munere illi omnino pareamus in opere. Inde eſt quod nos tam diuinas, quàm humanas leges in ſuo vigore manere cupientes, & eccleſias ſiue eccleſiaſticas perſonas ſublimare, & ab incurſu & inuaſione quorumlibet defenſare intendentes, quibuſcunque perſonis ius ſuum conſeruare volumus, & pacem [b] diu deſideratam, & antea toti terræ neceſſariam, per vniuerſas regni partes habendam regia auctoritate indicimus. Qualiter autem eadem pax tenenda ſit, & ſeruanda, in ſubſequẽtibus declarabitur euidenter. ¶ Si quis [c] hominem intra pacem conſtitutum occiderit [d] capitalem [e] ſubeat ſententiam, niſi per duellum [f] hoc probare poſſit, quod vitam ſuam defendendo [g] illum occidit Si autem omnibus manifeſtum ſit, quòd non neceſſariò, ſed voluntariè illum occiderit: tunc neque per duellum, neque quolibet alio modo excuſabitur, quin capitali damnetur ſententia. ¶ Si vero violator pacis à facie iudicis fugerit, res eius mobiles [h] à iudice in populum publicentur[i], & diſpenſentur[k]: heredes [l] autem ſui hereditatem quam ipſe tenebat, recipiant tali [m] conditione interpoſita: vt iureiurando ſpondeant, quod [n] *ille violator pacis nunquam de cætero ipſorum voluntate aut conſenſu aliquod emolumtum inde percipiat.* Quod ſi hæredes neglecto poſtmodum iuris rigore, hereditatem ei dimiſerint: comes [o] eandem hereditatem regiæ ditioni aſſignet, & à regio iure beneficium ſuſcipiant.[p] ¶ Si quis alium intra pacis edictum vulnerauit. [q] niſi quod in duello & vitam ſuam defendendo hoc fecerit, probauerit manus [r] ei amputetur: & ſicut ſuperius dictum eſt, iudicetur: & iudex in cauſa ipſum, & res eius ſecundum rigorem iuſtitiæ ſtrictius conſequatur, ¶ Si quis aliquem ceperit, & abſque ſanguinis effuſione fuſtibus [ſ] percuſſerit, vel crines [t] eius aut barbam [u] expilauerit: decem [x] libras ei cui iniuria illata eſſe videtur, per compoſitionem impendat: & [y] iudici [z] viginti libras perſoluat. Si verò temerarius abſque percuſſione eum inuadat eo quod vulgo dicitur ciſteros [a], & calida manu ac

t id eſt, filiis maſculis.

u ¶ De treuga & pace quidã ita legunt apud Cuiac *hic*: huiuſmodi Cõſtitutiones à Germanis Lãdfriden dicuntur. *Abbas Vrſperg. 3. Froſſard. 97.*

x Treugæ violatores eadem pœna puniri, qua pacis violatores hic notãt interpretes, Quin hanc conſtitutionem locum habere, aduerſus turbatores paris ſingularium perſonarum.

y Pax vt res neceſſaria, ab omnibus deſiderãda & ſeruanda.

z Primus ſcil. Cuiac, arg. eorũ quæ dicũtur ab Othone Friſing. 2. *cap. vlt.* Imò Tertius Hotoman. arg. eorum quæ dicũtur ab Vuinpfelingo *c.* 51.

a Munus optimi principis.

b vtilitas pacis.

c Laicus ſcil. nam de clericis agetur. *ĩ. eo. § 1.*

d de homicidio.

e Pacis violator voluntarius capite punitur: aut ita: Homicida voluntarius intra pacis tempus, capite punitur, vt pacis perturbator, *adde l. vlt. ff. de re milit.*

f de purgatione per duellum.

g Pacem non violat, qui ſe defendendo. Imò, vel filio, vel cõiuncto, vel bona ſua, alium interficit: vt nec homicidij tenetur, qui extra terminos imperij occidit.

h mobilia eius territorij atque iuriſdictionis cenſentur vbi reperientur. Quid: fructus ſintne res mobiles? ſunt: ſi à feudo ſeparati ſecus ſi pendentes. *l. fructus. ff. de rei vindicat.* Quid penſiones mobiles: ſi earum dies iam ceſſit: ſint minus: immobiles. Quid annuæ præſtationes ad longum tempus? immobiles.

i Pacis violatoris fugitiui hæc pœna eſt. Bona eius mobilia publicantur, immobilia eius heredibus relinquuntur, ea conditione, vt ne iis pacis violatorem iuuẽt aliàs publicantur & à principe, alteri donari poſſunt. Hoc vtiliter quoque hic notatur: Arbitrium generale habentem bona publicare non poſſe.

k diſſipentur, id eſt, diripiantur. *Canther. 8.*

l Heredes de homicidio deceſſoris tranſigere non poſſunt.

m ſententiæ modus adiici poteſt: iſque vt conditio ſeruari debet. *l. cum eorum. l. cùm iudex. Cod. de ſententiis.*

n Pacis violatorem patrem, vt vel bannitum, vel hoſtem à liberis alendum non eſſe ſub pœna publicationis eorum bonorum quæ à patri acceperint de publico ea lege, vt ne patrem alerent.

o id eſt, iudex. *ſuprà & infrà eodem, & paragraph. 1. infrà eodem, dixit titul.* 10. *ſuprà eodem.*

p ſuſcipiat, *Hotom.*

q de vulnerato homine intra pacis tempus. vulnerans aliquem ſpontè intra tempus pacis, manum amittit: ſecus ſi in duello ſeu ſe defendendo.

r manus amputatio. Quid: quæ manus reo amputanda? ea ipſa qua deliquit. vnde doctores in Authent. ſed nouo iure *Cod. de ſeruis. fugitiuis.*

ſ ſi quis quem fuſtibus percuſſerit.

t ſi quis crines aut barbam alterius expilauerit. ſex ſolidis ea iniuria vindicabatur lege Langobard. 4. *tit. de his qui inſidiando.*

u Barbam aut crines alicui expilare atrox iniuria eſt.

x Libræ condemnationum taxatæ à lege vel ſtatutos num ad tempus legis latæ referendæ ſunt: an ad præſens tempus? ad præſens tempus.

y Pœnas duplices interdum ex eodem delicto quis patitur: *vt hic*, reus parti condemnatur & Reipublicæ. *adde l. locatio §. quod illicitè ff. de publicanis.*

z Pœnæ pecuniariæ & multæ Comiti vel Baroni loci cõmittuntur, non fiſcũ. Quid bona? ad fiſcum *vt ſuprà*, niſi ab ipſo Comite vel Barone profecta. *§. illud de prohib. feud. al. per Feder.* niſi delinquens agnatos habeat, ad eos enim reddit feudum antiquum. *§. denique. ſ. quæ ſit prima cauſa*, vel niſi aliud conſuetudo à principe confirmata ſuadeat. *ĩ. de pace conſtantiæ.*

a Zitter hand ita legitur in quibuſdam exemplaribus, quod nihil aliud eſt quàm calida manu. niſi malis legere haiſterhand vt in legibus Alamanorum, *tit. 10. vide Cuiac.*

verbe-

a Id eſt,obligauerit dato pignore.
b id eſt iudex,ſ.eodem.
c id eſt actori conquerenti.Nam & Germanis clamor, eſt actio,& veteribus Gallis *clain ou clam.*& in legibus Alamanorum conclamare cauſas.
d ſuperiùs dixit de laicis.

verberibus contumeliiſque malè tractauerit, quinque libras pro tali exceſſu componat, & iudici pro tali exceſſu decem libras perſoluat. Quicunque iudici ſuo pro exceſſu viginti libras inuadiauerit [a]: prædium ſuum pro pignore illi tradat, & intra quatuor ſeptimanas inuadiatam pecuniam perſoluat. Quod ſi intra quatuor ſeptimanas prædiũ ſuum ſoluere neglexerit: hæredes ſui ſi voluerint,hæreditatem recipiant, & comiti intra ſex ſeptimanas viginti libras perſoluant Si autem comes [b] eandem hereditatem regiæ poteſtati conſignet:præclamatori [c] etiam damnum reſtituat,& prædium a rege beneficiali iure obtineat.

*Clericus qui pacem violauit, vel pacis violatorem receptauit,ſi quidem comparet in iudicio,pœna pecuniaria punitur. Si vero eſt inobediens,pœna maiori puniendus eſt.Bald.*

1 ¶ Si clericus [d] de pace violata pulſatus fuerit, id eſt, notatus & proſcriptus fuerit: aut pacis violatorem in cõtubernio [e] ſuo habuerit: & de his in præſentia ſui epiſcopi ſufficienti teſtimonio conuictus fuerit: comiti [f] in cuius comitatu idem clericus hoc perpetrauerit, viginti libras perſoluat:& de tanto exceſſu ſecundum ſtatuta canonum epiſcopo ſatisfaciat. Si autem idem clericus inobediens extiterit: nonſolum officio & beneficio eccleſiaſtico priuetur,verumetiam tanquam proſcriptus habeatur.

2 ¶Si iudex populi [g] clamor aliquem pacis violatorẽ ad caſtrũ alicuius domini ſecutus fuerit: dominus [h] cuius caſtrum id eſſe cognoſcitur ad faciendam iuſtitiam [i] illum producat. Quid ſi de ſua fuerit diffiſus innocentia,& ante conſpectum iudicis venire formidauerit: ſi manſionem in caſtro habet, dominus eius omnia bona mobilia [k] ſub ſacramento iudici repræſentet: & eum de cætero in domo ſua tanquam proſcriptum non [l] recipiat. Si vero manſionem in caſtro non habuerit: dominus eius ſecurè eum adducere faciat,& poſtmodum iudex cum populo eum tanquam pacis violatorem perſequi [m] nõ deſiſtat. ¶Si duo homines pro vno beneficio contendunt, & vnus ſuper eodem beneficio inueſtitorem producit:illius [n] teſtimonium, cùm inueſtitor donum [o] inueſtituræ cognoſcit, comes [p] primo recipiat:& ſi idem probare poterit idoneis teſtibus, quod abſque rapina [q] hoc idem beneficium habuit:remota controuerſiæ materia, id obtineat. Quòd ſi de rapina præſente iudice conuictus fuerit:rapinam dupliciter [r] ſoluat:beneficio [ſ] vero careat: niſi iuſtitia & iudicio dictante illud in poſterum requirat. ¶Si tres vel plures contendũt de eodem beneficio,producentes vtrimque diuerſos inueſtitores:iudex [t],in cuius præſentia cauſa ventilatur,à duobus [u] requirat [x] boni teſtimonij hominibus,in prouincia [y] eorundem litigatorum commorantibus,per ſacramentum quod iurauerint,quis illorum abſque rapina eius beneficij poſſeſſor extiterit:& cognita ex ipſorum teſtimonio rei veritate, poſſeſſor beneficium ſuum quietè obtineat: niſi [z] iudicio & iuſtitia dictante alter de manu ſua illud eripiat.

e Proſcriptus, domino non eſt recipiendus §. 2. ſ.eod.olim tenebatur lege Iulia qui interdictum aqua & igni *Paulus 5.ſent. 26. §. 3. verſ.&* qui eum aut relegatũ recepiſſet:*l. 11.ff.de interdictis*.ita pacis violator & receptor ſciens ac prudens violatoris pacis eadem pœna puniuntur, *vt hic: & l. 1. ff. de receptatoribus.*
f i.iudici.
g Populi clamore iudex cogi poteſt,vt pacis violatores perſequatur: quod plerumque accidit, reo ipſo deprehenſo in ipſo crimine.
h Caſtro dominus, pacis violatorem recipere nõ debet: quinimo confugam, iudici exhibere cogitur. Quid ſi reus non extrane [o] plane,aut ſine lare non ſit: ſed in ipſo caſtro manſionem habeat? Caſtrũ dominus, bona rei mobilia, iureiurando prius interpoſito, iudici tradere debet: deinde pacis violatorem tanquam proſcriptum eiicere, *vt hic.* Quid cuius expẽſis ad iudicẽ ipſum, remittere pacis violatorẽ debet? publicis ſi ipſe caſtri dominus eo nomine interpellatus fuerit: ſin animus ſpõte remiſerit, petentis ſeu conquerentis *ad l. ſi mulier.ff. de captiuis.*
i *tit.55.in fi.ſ.eodem.*
k Cur non ipſum reum exhibet? Reus in manſionem ſuam atque domicilium confugiſſe videtur: quæ tutiſſimum cuique perfugium eſt.*l. plerique ff. de in ius vocando.*
l De receptatore violatoris pacis *v.§.1.ſ.eod.l.congruit ff de offic.præſid.*
m Pacis violatorem manu armata perſequi cuique è populo licet:
n Probationes hę in feudorum controuerſiis primo admittendæ quæ maioribus innituntur præſumptionibus. Porrò hac productione inueſtitoria, non oritur plenum ius actori,nec n.ſufficit actori vt probet ſe inueſtitũ. Teſtimoniũ enim inueſtitoris hic non exactum fuit, ad ipſius cauſæ principalis deciſionẽ, ſed vt iudex inſtitutus,decernat huic vel illi onus probandi.& alioqui,vnius inueſtitoris teſtimoniũ in ſua cauſa,idoneum non eſt,*l.omnibus C.de teſtib.* Teſtimonio inquam,inueſtitoris, hic,iudex elicit iudicia & adminicula tantum *arg. l.etiam.l.cum probatio. ff.de probat.*
o hinc colligit Hotomanus,moris fuiſſe vt vaſallus in domini inueſtitura donum aliquod pro inueſtituræ monumento,& inſigni traderet. *Vrſpergenſis in Chronico anno* 808. videtur tamen Cuiacius contrarium omnino ſentire quin, moris fuiſſe in inueſtitura vaſallum aliquid à domino accipere,puta ſcipionem,anulum, clypeum.
p id eſt,iudex,*vt ſ.eodem.*
q abſque vi.
r id eſt,duplum. Pœna rapinis, duplum eſt,& meram pœnam continet. Alias,ſimplum eſt in pœna generaliter.
ſ Feudum amittit vaſallus,ſi rem feudalem quam tenet dominus,propria authoritate capiat,*adde l.Inuaſores. Cod vnde vi.*qua in ſpecie feudum vaſalli,à quocunque dominus ipſe vindicare poteſt.*arg.l.vlt.Cod.de iure emphyteut.*
t Cur hic cognoſcit iudex ordinarius, non dominus? nempe quia vaſalli diuerſos inueſtitores laudant & ita non pugnat. *§.ſi inter duos.ſ. de prohibend. alien.feud. per Feder.*
u Probari feudi inueſtitura duobus teſtibus poteſt,*vt hic,arg.l. vbi. ff. de teſtib.* etiã ſi non ſunt pares curiæ:cùm lex indefinitè hic loquatur.
x petente id aduerſario. Nam in ciuilibus (exceptis vſuris & ſuſpecto) iudex ſupplere non ſolet, ac teſtes potente parte interrogantur. *Landenſis.*
y Probatio poſſeſſionis facilius fit per eos qui in ipſa regione ſunt, quàm per extraneos:quippe vicini præſumũtur id noſſe melius quàm extranei.*l. ſi vicinus.Cod.de nuptiis.* Quid ſi prouinciales ipſi teſtes,in alio territorio ſint? extra territoriũ audiri poſſunt. *l.Iudices & ibi Authent.Cod.de fide inſtrum.*
z *¶l.7.Cod.vnde vi.* a Accuſare militem ruſticus, niſi iuratus,non poteſt,
b Iurat hic de calumnia ruſticus.

c manu quarta. *Cuiac.* id eſt,miles purgare ſe debet dato iureiurando cum tribus coniuratoribus, cui interpretationi videntur obſtare illa verba ſ. ruſticus eligat an diuino an humano iudicio innocentiã ſuam oſtendat. ſed ea de re mox dicã.
d manu ſeptima. *Hotoman.*id eſt,ſeptem teſtibus. Lazius 2. *Viennæ* 5. ſeptima manu ſe purgare poterit.

*Miles à ruſtico de pace violata pulſatus, militari manu ſe purgabit.Baldus.*

3 ¶Si ruſticus militem de violata pace pulſans, manu [a] ſua iurauerit [b],quod non de voluntate ſua, ſed de neceſſitate hoc fecit,manu [c] militari ſe miles expurgabit. ¶Si miles ruſticũ de violata pace pulſauerit,& manu ſua [d] iurauerit,quod nõ voluntate ſed neceſſitate hoc fecit:de duobus vnum ruſticus eligat,an diuino [e] an humano [f] iudicio innocentiam ſuam oſtendat:aut ſeptem teſtibus idoneis quos iudex elegerit,ſe purget. ¶Si miles aduerſus militẽ pro pace violata, aut aliqua capitali cauſa duellum [g] committere voluerit:facultas pugnandi ei non concedatur.niſi [h] probare [i] poſſit quod [k] antiquitus ipſe cum parentibus ſuis natione [l] legitimus miles exiſtat.

4 ¶ Poſt [m] natalem [n] ſanctæ Mariæ vnuſquiſque comes [o] ſeptem boni teſtimonij viros ſibi eligat,& de [p] quali bet prouincia cum ipſis ſagaciter diſponat: & quanto pretio [q] ſecundum qualitatem temporis ſit annona vendenda, vtiliter prouideat. Quicunque vero contra deliberationẽ ipſius,intra anni terminum altius [r] modium & carius vẽdere præſumpſerit, tanquam violator pacis habeatur: & totidem viginti libras comiti [ſ] exoluat, quanti modios ſiue maldios [t] altius vendidiſſe conuictus fuerit.

*Ruſticus arma non portet:nec mercator qui negotiandi cauſa per prouidentiam tranſit:nec miles ad palatium comitis.Bald.*

5 ¶Si quis ruſticus [u] arma vel lanceam portauerit,vel gladium:iudex in cuius poteſtate repertus fuerit, vel arma tollat, [x] vel viginti ſolidos pro ipſis recipiat à ruſtico. ¶ Mercator [y] negotiandi cauſa per prouinciam pertranſiens,gladium ſuum ſuæ ſellæ [y] alliget [z] vel ſuper vehiculum ſuum ponat:non [b] vt quem lædat innocentem, ſed vt à prædone ſe defendat. Nemo [c] retia [d] aut laqueos,aut alia quælibet [e] inſtrumenta ad capiendas venationes tendat, niſi ad vrſos, apros: vel lupos capiendos. ¶ Ad palatium [f] nullus miles ferat arma niſi rogatus à comite.

*Publici latrones antiqua damnantur ſententia. Bald.*

6 ¶Publici [g] latrones & conuicti [h] antiqua damnentur ſententia.

7 ¶ Quicunque aduocatiam [i] ſuam, vel aliquod aliud beneficium inornatè tractauerit, & à domino ſuo admonitus non reſipuerit,& in ſua perdurans inſolentia, ordine [k] iudiciario tam iudiciaria quàm beneficio exutus [l] fuerit: ſi poſtmodum vſu temerario aduocatiam vel beneficium inuaſerit, pro violatore habeatur.

*Si furatus eſt aliquis valorem quinque ſolidorum,vel amplius, laqueo ſuſpendatur:ſi vero minus,ſcopis, & forpice excortetur & tundatur.*

e duello ſcil. *Cuiac.* Alij hoc referunt, ad genus quoddam barbaræ purgationis: qua reus ferrum ignitum manu ſua illæſa ex vno loco in alium ferens innocens habebatur, ſiue minus nocens, de quo alias dixi. *adde titul. de purgat. vulgar.extr.*
f An per teſtes? an potius manu militari? vt ruſtici nomine datur capio, qui cum milite duello certet? *vt ſ.eod.* ita ſentit Hotomanus.
g Duellum militi inducere ruſticus nõ poteſt: hoc eſt nobili ignobilis. Poteſt tamen: nobilis per campionem (vt loquuntur) ignobilem pugnare aduerſus ruſticum. Imò poteſt ipſe nobilis per ſe pugnare & ſuo beneficio renunciare. *Rauẽnas ſ. eod.*
h In duello par vtriuſq; decertatoris cõditio exquiritur.
i Probare nobilitatẽ debet, q. ſe nobilem ait.
k Probatur nobilitas cuiuſque eo ipſo quòd antiquitus maiores eius fuerunt legitimi milites
l puto legendũ natiuitate. Cæterùm nobilis æſtimatur ex genere & vita militari . 3. *Conſtit. Neapoli.* 59. 60.
m Annonæ prætiũ quotannis ſolenniter inducere iudices poſſunt. *adde l.præſes.§.cura carnis.ff. de offic.præſid.*
n & ita poſt Kalendas Septembris.
o id eſt,iudex.ſ.eodem.
p Prouincialibus in cauſis decidendis prouinciales ipſi cæteris aliis præferendæ.
q De prætio annonæ conſtituendo.
r Annonã vendent definito publicè pretio carens, vt turbator pacis publicę puniendus,*l. vlt ff.de annona.*
ſ id eſt iudici. Eſt & hoc frequens in legibus Gothorum, vt iudici multæ pars aut tota adiudicetur.
t hinc multare auenæ apud Vrſpergenſem.
u Ruſticis armorum vſus interdictus,*adde Nouel.17.cap.13.*
x Arma velita deferens ea amittere debet.
y Mercatori armorum vſus in itineribus permiſſus.
z *vide Othonem Friſing.2.Freder.18.*
a Arma putans ligata ad ſellum vel ſupra vehiculum,non præſumitur occidendi animum habere, ſed ſe potius tuendi.
b Arma mercatoribus iter facientibus habere licet,vt ſe defendant.
c Venari (niſi ad vrſos lupos,& apros) in alieno non licet, ſeu in alieno retia ſua, aut laqueos aut alia inſtrumenta ponere non licet:in ſuo vero licet, venari & aucupari cum omnibus & canibus & retiis etiam quiduis præter apros, vrſos & lupos, & ita hunc locum accipit Landenſis *arg.l. Diuus.ff.de ſeruit.ruſtic.*
d Venatio cum armis non eſt permiſſa, niſi aduerſus animalia periculoſa.vt ſunt leones, vrſi,lupi.*Cepola tract.de ſeruit.ruſticor.c.21.tit de aucupatione numer.20. Medic.1. de Venatione.11.* e ſimilium eſt eadem ratio.
f Ad placitum. *Hotoman.*id eſt,forum iudiciale,*vt in Lombard. 2.tit. 46.* Armatum in Curiam domini ingredi,ius non eſt: (niſi eo conſentiente) *vt hic.* Quid ita? vt eò magis ſine ſuſpicione ac rixa procedant iudicia.
g *l.11.ff.de vi publica:l.18.§.10.ff.de pœnis.*
h Conuictos latrones ſufficit, etiamſi non ſint confeſſi.*vnde l. qui ſententiam. C. de pœnis.*vtrũque tamen requiritur, vt ne locus ſit appellationi.*l. 2. C. quorum appellat.*
i Aduocatia, quædam dignitas vrbis aut eccleſiæ præpoſitura,*ca.ſaluator 1. quæſt, 3. ca.in quibuſdam de pœnis: ca.præterea de iure patronatus*: hinc aduocatus Auguſtæ. *apud Vrſpergenſ.* Aduocatia Betunæ *in Chronicis Flandr.* Tigurinenſis *in Auſtria Lazij*: Aduocatus & aduocatia: *in donatione Caroli apud Mutium Chronic. 9,*
k feudo vaſallum propria authoritate exuere dominus non poteſt:ſed ordine tantum an iure vnde rurſus colligi poteſt. Dominici ius eſſe mouẽdi vaſalli, vt ſubuaſallos ſuos regat æquo iure.
l Feudo & officio ſuo priuari debet, qui admonitus eo abutitur.

8 ¶ Si [a] quis quinque ſolidos [b] valens: aut [c] plus fuerit furatus, laqueo [d] ſuſpendatur: ſi minus ſcopis & forpice excorietur, aut tundatur [e]. ¶ Si miniſteriales alicuius domini inter ſe guerram habuerint: comes [f] ſiue iudex in cuius regimine eam fecerint, per leges & iudicia ex ratione proſequatur. ¶ Quicunque per terram tranſiens equum ſuum pabulare voluerit, quanto propinqui[g] ſecūdū[g] viam ſtā ſin loco amplecti potuerit: ad refectionē & reparationem[h] qui ſui impune ipſi equo porrigat. Licitum ſit etiam ipſi vti herba & viridi, [i]ſylua, & ſine vaſtatione aliqua qualibet vtatur pro ſua commoditate, & vſu neceſſario.

## HIC [k] FINITVR LEX DEINDE CONſuetudines tegni incipiunt.

### TIT. XXVIII.[l]

*Vaſallus dominum ſuum non adiuuans in prælio iuſto, feudum perdit. Baldus.*

DOmino guerram [m] faciente alicui, ſi [n] ſciatur quod iuſtè, aut cùm dubitatur, vaſallus eum adiuuare tenetur. Sed cum palam eſt quod irrationabiliter eam facit, adiuuet eum ad eius defenſionem: ad offendendum verò alium, non adiuuet ſi vult. Sed ſi eum adiuuare noluerit non tamen feudum amittet, ſecundum Obertum de Orto, & Gerardū [Capagiſtum.] Alij vero ſine diſtinctione dicunt ſemper debere eum adiuuare. Sed Obertus & Gerardus vtūtur eo argumento, quod quemadmodum dominatum excōmunicatum [o], vel à rege [p] bannitum non eſt obligatus vaſallus ad adiuuandum vel ſeruitium ei præſtandū, imo ſolutus eſt interim [q] ſacramento fidelitatis, niſi ab eccleſia, [r] vel à rege [ſ] fuerit reſtitutus [t]: ita nec iſtum iniuſtè guerram alicui facientem.

*Vaſallus non cogitur domino offerre ſeruitium. Iacobus de Belu.*

1 AD [u] hæc quantocunque tempore ſteterit vaſallus quod domino nō ſeruierit, ſecundum vſum Mediolanenſium, beneficium non amittit, niſi [x] ſeruitium facere renuerit: [y] vel niſi à domino ei denuntiatum fuerit, & ille cum potuerit, diu ſteterit, quod ſeruitium nullum ei fecerit. Bonus tamen iudex variè ex perſonis cauſiſq; definiet, & finget vaſallum remotum eſſe, vel propinquum: paratum eſſe, vel non, dominum guerram habere, vel nō vtrum etiam magnam vel paruam: & annuntiauit ei dominus, vel non, hęc omnia vertuntur in cognitione cauſę: & promptiores [z] ſumus ad abſoluendum quam ad condemnandum. Tu tamen ſcias, quod ſi vaſallus ſciat, [a] dominum obſideri, vel aliter ei mortem imminere: & cum potuerit ei non nuntiauerit, vel etiam ſine nuncio eum non adiuuerit, feudo priuabitur.

SI [b] vaſallus in feudo aliquod [c] ædificium [d] fecerit, vel ipſum ſua pecunia meliorauerit, & contigerit poſtea vt vaſallus ſine filio maſculo decedat: dominus aut patiatur ædificium auferri, aut ſoluat pretium meliorationis. Idem dico ſi pretio ſeruitutem feudo acquirat: Quidam alij dicunt ad dominum pertinere.

*Si vaſallus nullo hærede relicto ante Martium deceſſerit, fructus domino pertinent ad quem deuoluitur feudum, Baldus.*

[HIs[e] conſequenter dicitur, quòd] ſi vaſallus decedat ſine herede maſculo, & contingat feudum ad dominum reuerti, ſic diſtinguitur, quod ſi [f] ante Martium, omnes fructus[g] illius anni ex feudo prouenientes, ad dominum pertinebunt. Si vero poſt Kalendas Martij vſque ad Auguſtum, omnes fructus qui interim percipiuntur, ad heredes vaſalli pertineant. Si vero poſt Auguſtū omnes fructus anni percipiet dominus. Quidam tamen dicunt quocunque tempore anni decedat, omnes pendentes fructus ad dominum pertinere.

COntra[h] omnes debet vaſallus dominum adiuuare, & contra fratrem, & filium [& patrem] niſi [i] contra alium dominum antiquiorem [k]: hic enim cæteris eſt præferendus.

## DE [l] FILIIS NATIS EX MATRIMOnio ad morganaticam [m] contracto.

### TIT. XXIX.

a Pacem violare vi etiam dicitur, qui furtum committit. *Bald.* quod Bartolus negat, in *l. verum ff. de furtis.*

b ſolidus 12. denarij *Caro. 2. Lombard.* 22. Quid: num intereſt an quinque ſolidos furatus ſit, aut quod tantundem ſit? Aluarotus ita putat: Alij contra *arg. l. interpretat. ff. de pœnis.*

c aut amplius *Cuiac.*

d Furtum capitale crimen fuit apud maiores ante pœnā quadrupli. 5. Iſi. 26. 15. *G. l. vltim. adde l. penult. ff. de con. cauſa dat: lege* 56. §. 1. *ff. de fur.* hodie hoc obſeruari negat Lādenſ. vt ob quinque ſolidorum furtū quis ſuſpēdatur. *c. 1. §. iniuria. j. de pace iuram. firm.*

e tondeatur. *Hotom.* mos hic fuit variarū gētium, *Tacitus de moribus Germ. 1. Lomb.* 18. 20, *lib. 3. tit. 7. Landulph. lib. 23. Otho Friſingenſis 1. Freder. 26. Stobeus ſermone 42. Rhenan. 2. Germanic. adde Nouell. Leonis 60. vide Baſilic. Zonarā, Nicetam & Nicephorum multis locis.*

f Iuridictione iudicis ordinarij ſubſunt etiam principis miniſtri & domeſtici, *adde l. 1. C. vbi ſenatores. Authētic. qua in prouincia. C. vbi de criminibus.*

g Eques iter faciens equū ſuū impunè in agro alieno paſcere poteſt, quanto propius tamen poterit ſecundū viam: vt ne in ipſo medio agro paſcere equū liceat: deinde intra neceſſitatem licere aut permitti nō videtur. ( *vt hic ibi ad refectionem: & ibi vſu neceſſario*

h nec amplius, *l. 1. Langobard. de iterantibus 3. Neapolit.* 58. ſic lege Laurentum vetitum erat ex alieno pomum legere ſupra armum. i. quod humeris oneri eſſet. *Feſtus.* in armata.

i non fœno, vide edictum Clodouie *Apud Turnenſ. 2.*

k vaſallum pro domino belligati. *Cuiac.*

l *titul. 27. Cuiac.*

m id eſt bellum, aut potius ad pugnam & certamen procurantem.

n Iurare dominum vaſallus in cauſa iuſta pugnante ſeu offendente cogitur vt & defendentem ſe etiam iniuſtè. Quid ſi cauſa dubia eſt? etiā iuuare cogitur, cura eius dubij deciſio vaſallo non ſit committenda. Quid: quomodo ſe tueri atque defendere quis poteſt, vt non offendat? Id ipſum quod ſit potiſſimum ac directo iuſtiſſimus, non quæ ſecundario atque conſectanea.

o Excommunicatum dominum iurare vaſallus nō tenetur: cùm eo caſu neceſſitate fidelitatis ſoluatur.

p Bannitum à rege dominum pendente banno vaſallus iuuare non debet. Poſſis & id colligere hoc ex loco: vaſallos feudum non admittere ob delictum domini.

q & ita ius vaſallagij magis ſuſpenditur quàm eripitur.

r Excommunicatus reſtitutus, Eccleſiæ, feudum recuperat, excommunicationis cauſa. Quin reſtitutionem in integrum eſſe, abſolutionem Eccleſiaſticam.

ſ Princeps reſtituere bannitum poteſt.

t Bannitus reſtitutus, feudum & vaſallos recuperat. Quid damnatus cui crimen à rege remiſſum eſt? ſi feudum regi ipſi apertum ſit, id recuperat: ſi aliis non recuperat. *Gloſſ. & Doctores.* Ita bannum, non tollit penitus fidelitatem: ſed ſuſpendit: Hoc amplius notandum, Bannitum pendente banno, feudum alienare non poſſe.

u Propter ceſſationem ſeruitij præſtandi feudum non amitti. *tit.* 28. *Cuiac.*

x *dixi tit. 26. §. 3. 7. ſ. eodem titul. 37. j. eod. 1. feud.* 11.

y Seruitium facere domino vaſallus cogitur, ſi vel à domino, vel à lege, vel die conuenta interpellatus ſit: à qua interpellatione, momentum etiam aliquod habet arbitrarium ſeu iudiciale, *vt hoc l. quod dicimus. ff. de ſolut.*

z ¶ *lege 47. ff. de obligationibus.*

a 1. *feudor.* 11.

b de ædificio facto in feudo tit. 29.

c Expenſas in ædificio feudali factas à vaſallo: aut in adquirendis ſeruitutibus prædio feudalium; feudo ad dominum reuerſo non ex delicto vaſalli ſed propter deficientes vaſalli liberos dominus hæredibus (fortè fœminis, & aliis cognatis) vaſalli reſtituere cogitur, vel pati eas expēſas auferri. Hanc enim habet electione domini, *vt hic*: Quid ſi modicæ ſint expenſæ? eas non reſtituit. *arg. l. 7. §. hactenus. ff. de vſufruct.* Atqui nemo repetit expenſas quas ipſe ſciens alieno fecit. §. *cū autem. Inſt. de rerum diuiſ.* Vaſallus expenſas faciens in re feudali, in alieno prorſus ſolo expenſas non facit, ſed quaſi in ſuo. Habet enim vtile feudi dominium. Proinde contraria ſententia obtinet in iis qui expenſas fecerunt in alieno prorſus ædificio ac ſolo.

d vel ſeruitutem adquiſiuit. *tit. 8, §. 2. ſ. eo. adde 1. feud. 4. §. 5.*

e de fructibus feud. *tit.* 30

f Fructuum feudalium perplexa hæc apud interpretem diuiſio eſt. Mihi veriſſima & paucis videtur eſſe huius loci ſententia hæc. Feudum éſtne commiſſum domino ante martium menſem initio temporis ducto à Kalēdis Auguſti menſis. hoc eſt, feudum éſtne commiſſum domino à Kalendis Auguſti ad Martij menſis initium? omnes fructus illius anni, hoc eſt eius ſpatij à Kalēdis Auguſti ad initium Martij, domino feudi adquiruntur. Feudum éſtne commiſſum domino à Kalendis Martij ad Auguſti Kalendas? omnes fructus eo ſpatio percepti, vaſalli hæredibus adquiruntur. Et hæc prima de diuidendis fructibus feudalibus opinio eſt, *vt hic.* Alij putant quocunque tempore committatur feudum, omnes fructuum iam perceptos fieri vaſalli eiúſue hæredum: pendentes, domini. *vt. ſ. Quidam tamen.* Placet potius quod ab aliis notatur. Vulgò creditur vſusfructu finiti vel amiſſi tantopere fructus pendentes proprietario deberi, nihil eorū deberi fructuario: vt per contrarium, omnes fructus à terra ſeparatos fructuarij eſſe, nulla parte ipſius proprietarij, ſed tamen doctis aliud videtur. fatentur pendentes quidem fructus eſſe domini in hac ſpecie: vt per contrariū fructuarij, ſi iis pendentibus inchoatus ſit vſusfructus. *l. ſi pendentes. ff. de vſufructu.* Finito tamen vſufructu vel amiſſo, exiſtimant fructus & pendentes & perceptos diuidi inter dominum & fructuarium pro rata temporis, quo vſusfructus conſtitit in perſonam fructuarij in eo anno. *l. ſi operas. ff. de vſufruct. l. 5. in fi. ff. ſi vſusfruct. petatur.* ſiue extent ſiue conſumpti ſint: ſiue ab ipſo fructuario, ſiue quo alio modo à ſolo ſeparati ſint puta vel ſpōte deciderint, vel ab alio decerpti vel deiecti, *l. in ſingulis ff. de annuis. l. ſi apes. §. vlt. ff. de furtis. §. 16. vero. Inſtit. de rerum diuiſ.* Nec obſtat. *l. defuncta. ff. de vſufructu.* cùm in eius ſpecie anno integro durauerit vſusfructus: vt ideo agrorum penſiones integræ hæredi fructuario debeantur, licet tardius inferantur. Ita quemadmodum fructus inter proprietarium & fructuarium diuiduntur pro rata anni quo conſtitit vſusfructus, putat Cuiacius fructus eodem modo diuidendos inter vaſallum eiúſue hæredes, & dominum. Eandem enim rationem ſeruari in emphyteuticario, & colono & eo qui libello aut præcariæ iure poſſidet. Eandem quoque inter virum & vxorem inter quos nimirum fructus feudi dotalis diuidantur pro rata eius anni quo diremptum eſt matrimonium. *l. cum in fundo. §. diuortio. ff. de iure dotium. l. fructus. Papinianus. l. ſi alienam. l. ſi marito ff. ſoluto matrimo. l. 1. §. ſed nouiſſimi. Cod. de rei vxoris action.* Et hæc ſententia de diuidendis fructibus inter vaſallum & dominum impendio placet. Nam quod alij *in verſiculo quidam.* putant fructus omnes perceptos vaſalli: pendentes, domini fieri, exemplo creditoris qui pignus acceperit lege ἀντιχρήσεως, tempore diſſoluti pignoris (hoc eſt ſolutæ, vel depoſitæ & conſignatæ pecuniæ. *l. 11. Cod. de vſuris*) fructus iam à ſolo ſeparatos, (etiamſi nondum ſint conſumpti) retinet vſurarum vice: pendentes vero reſtituit vel imputat in ſortem. *l. ſi pignor. §. præd. ff. de pignorat. l. ex prædiis Cod. de vſur.* falluntur, inquam, illi qui ita cenſent. Nam perceptos fructus retinet creditor ex conuentione illo caſu vſurarum vice, vaſallo hæredíue eius nulla conuentio dat ius retinendi ex fructibus, pluſquam ratio temporis ferat. Neque probatur prior huius loci ſententia. quæ feudo ad dominum reuerſo poſt Kalendas Martias, vaſallo eiúſue hæredibus dat fœnificia, meſſes hordearias, fabarias & alia legumina: feudo reuerſo ad dominum poſt Kalendas Auguſti, domino dat meſſes frumentarias, triticarias, vindemiam, poma, oleam ſeu oliuinam. Quippe & propertio eſt iniqua. Poteſt enim accidere, vt minore tempore feudo fruitus ſit vaſallus, & tamen in ſuis fœnificiis & ſimilibus, plus habeat reditus quàm dominus in ſuis vindemiis & meſſibus farrariis & ſimilibus, licet maior anni pars eius ſit Deinde, cur diſcedamus à ſuperiore proportione, nempe vt diuidantur fructus pro rata temporis?

g *adde tit. 86. j. eodem.*

h de auxilio vaſalli. *tit.* 31.

i Vaſallus iuuare dominum contra omnes cogitur. Omnes, etiam, contra fratrem & filium. At non contra antiquiorem dominum. *vt hic.* ſeipſum vel Imperatorem etiamſi id expreſſè non ſit dictum: cum tacitè ſubintelligatur, *Doctores hic.* An & contra patrem? Cuſa lectio id ſuadet: quæ Cuiacio deeſt hac parte. Si ita eſt vaſallus domino magis obligatur quàm filio vel patri: minus quàm ſibi, Imperatori, vel antiquiori domino. An aduerſus proprium patrimonium iuuare cogitur dominum? non cogitur. *Doctores hic.* An & per contrarium idem vaſallo ſuo debet dominus? Correlatiuorum hoc caſu non eſt eadem ratio. *vt in l. vlt. Cod. de indicta viduit. l. vlt. ff. de acceptil.*

k quo nomine regem ipſum etiam intellige. *titul. 7. ſuprà eodem titul. 55. §. 2. infrà eodem.*

l quando filij in feudum non ſuccedunt. *tit.* 32. *Cuiac.*

m Albertus Argentinenſis morganatico iure donatum morgangheba, donatio in vxorem collata à viro mane die nuptiarum.

Quidem

a *vide quæ dixi tit.26.§.6.verſ ſi'ij.ȝ eodem.*
b ea lex deſumpta ex lege Salica.ȝ.*eod.* Langobarda Ripuaria 39. Alamanorum.56.
c ſeu Francorum.
d id eſt alodem.
e Quando filia ſuccedit in feudum.*tit.*33.
f *dixi* 1.*feud.*7. *in fin.*

QVidam habens filium ex nobili coniuge, poſt mortem eius non valens cõtinere, alium minus[a] nobilem duxit: qui nolens exiſtere in peccato, eam deſponſauit ea lege[b], *vt nec ipſa, nec filij eius amplius habeant de bonis patris, quam dixerit tempore ſponſaliorum: verbi gratia decem libras, vel quantum voluerit dare quando eam deſponſauit:* quod Mediolanenſes dicunt accipere vxorem ad morganaticam: alibi, lege Salica[c]. hic filiis ex ea ſuſceptis deceſſit. Iſti in proprietatem[d] non ſuccedunt, aliis extantibus: ſed nec in feudo, etiam aliis non exiſtentibus: qui licèt legitimi ſint, tamen in beneficio minimè ſuccedunt. In proprietate verò ſuccedunt patri, prioribus non exiſtentibus. Succedunt etiam fratribus ſine legitima prole decedentibus ſecundum vſum Mediolanenſium.

g Feudum fœmineum ſeu à fœmina adquiſitum, ſine pacto non deſcẽdit ad filias.
h Feudum fœmineum non tranſit ad fœminas, maſculis extantibus, *vt hic*, fœmina feudũ adquirens, intelligitur prius adquirere ſuis maſculis deſcẽdentibus quàm fœminis.
i *v.tit.*26.§.4. *verſ. clericus.*
k *tit.*21.ȝ.*eod.*
l Patre feudũ amittente filios non ſuccedere. *tit.*34.
m vaſalli patris delictũ nocet filiis in feudo iam ſibi adquiſito: in ſperato, nõ nocet. Quid enim ſi pater viuo patre ſuo feudum ſibi & hæredibus habente deliquerit? patris delictum nõ noceat liberis. Nepotes auo ſuccedent.
n *titul.*26.§.7. *verſic. ſi vaſallus.*
o Gratia domini vocantur ad feudum, qui iure non vocãtur: Gratia, potior eſt iure, *vt hic. vt* 1.*tit.*5.ȝ.*eod.* vt hic gratiam feudi facit filiis vaſalli delinquentis dominus, ciuilis etiã agnatis vaſalli, quibus feudum iam erat apertum.
p In infinitum agnati vocantur ad feudum, 1 *tit.* 8.§.*hoc quoque.* ȝ.
q Agnatus nõ ſuccedit in feudo antiquo, niſi deſcẽdat ab auo à quo deſcendit vaſallus, cuius feudum eſt cõmiſſum.
r de probatione inueſtituræ *tit.*5.
ſ Probanda eſt noua inueſtitura teſtibus, Paribus Curiæ vel publico inſtrumento paribus confirmatum quámquæ Mediolanenſium conſuetudine ſufficiat publicum inſtrumentum teſtibus extraneis, qui non ſint pares munitum.

## DE[e] FEVDO FOEMINÆ.

### TIT. XXX.

*Filiæ matri in feudo fœmineo ſuccedunt maſculis non extantibus, ſecundum Obertum & Gerardum: ſed ſecundum alios non ſuccedunt, niſi per pactum ſit actum. Bald.*

SI fœmina habens feudum deceſſerit: quia fœmineũ eſt feudum, & ſine pacto ſpeciali, deficientibus filiis maſculis ad filias pertinebit. Obertus & Gerardus. Alij verò dicunt niſi[f] per pactum ſpeciale ad eas non pertinere: ſicut ſi datum eſſet filio maſculo: quia ſi[g] ideo quòd eſt fœmineum, ſine pacto tranſit in fœminas: eadem[h] ratione, quia eſt fœmineum, tranſit in fœmineam prolem, etiam maſculis extantibus: quod falſum eſt. ¶ Ex hoc illud deſcendit quod dicitur, clericum[i] nullo modo in beneficium paternum debere ſuccedere, etiam ſi poſteaquam habitum religionis aſſumpſerit poſtpoſuerit. Idẽ in omnibus[k] qui habitum religionis aſſumunt, vt conuerſi. Hi enim nec poſtea in feudo ſuccedunt: & ſi quod habent, perdunt.

## SI[l] VASALLVS FEVDO PRIVETUR, cui deferatur.

### TIT. XXXI.

VAſalli feudum delinquentis,[m] licet ad agnatos quandoque pertineat, filius tamen ad id nullatenus[n] aſpirabit, niſi id iterum à domino licitè acquirat ſibi gratiam[o] faciẽte. Verbi gratia, ſi non ſunt alij ex latere, quibus aperiatur: ad eius petitionem admittuntur qui quarto gradu ſunt remoti ab eo qui id acquiſiuit, & etiam vſque ad infinitũ,[p] dum[q] tamen hos conſtet ab eo per maſculos deſcendiſſe.

## QVI[r] TESTES SVNT NECESSArij ad nouam inueſtituram probandam.

### TIT. XXXII.

*Noua inueſtitura probatur per teſtes pares curiæ, aut per breue teſtatum à paribus confirmatum ſiue dominus ſit laicus, ſiue clericus. Bald.*

SIue clericus, ſiue laicus ſit dominus, ad probandam nouam inueſtituram ſemper[ſ] pares curiæ ſunt neceſſarij: & ſi ſine eis facta ſit inueſtitura, etiam ſi dominus confiteatur factam: quia tamen ſine hac ſolẽnitate facta eſt, non valet, etiam ſi probari poſſit per breue teſtatum. Sed ſi alij cõtra teſtantur, & ſi dominus confiteatur factam, decurrens poſtea ad ſolennitatem[t] conſuetudinis[u], non[x] audiatur: ſed tale habeatur ac ſi pares affuiſſent: ſed alij, etiã ſi probari poſſit per breue teſtatũ, vt Obertus & Gerard[9], niſi à paribus curiæ fuerit cõfirmatum. Conſules tamen Mediolanenſes nuper in quibuſdam omnia contra reſcripſerunt: in quo fere omnes Mediolanenſes conſenſerunt & conſentiunt: vt breue teſtatum nõ a paribus, ſed ab illis[y] confirmatum ſufficiat ad probandam nouam inueſtituram. Nouam[z] inueſtituram dico, quando feudum primo quæritur. De veteri[a] autem beneficio inueſtitura, quæ fit à domini ſucceſſore, vel vaſallo ſucceſſori: etiã extranei[b] recipiuntur ad teſtimonium præter fœminas[c], ſecundum vſum Mediolanenſium. Iſtæ enim nec in cauſis feudi nec aliorum recipiuntur ad teſtimonium: cæteri autem recipiuntur in omnibus quæ ad cauſas feudi pertinent, præterquam de noua inueſtitura.

t ſubtilitatem.
u Conſuetudo poteſt probationibus exſequendis modum ſtatuere.
x *tit.*2 ȝ.*eod.*
y ¶aliis: hoc eſt extraneis.
z Noua inueſtitura dicitur quoties nunc primum aut de nouo feudum adquiſitũ: Antiquum, quod ab anteceſſoribus adquiſitum.
a *tit.*3 ȝ.*eodem.*
b *tit.*2.§.1. *verſ ſi autem inueſtitura.*
c Teſtimonium in feudis non dicunt fœminæ, ſic iure Romano fœminis teſtimonij dictio fuit, in actibus fortuitis & repentinis: veluti in criminibus. in legis actionibus & legitimis ac ciuilibus actibus non fuit, veluti in teſtamentis, mancipationibus diuortiis, in iure ceſſionibus & ſimilibus. *Hotoman.* mulieres teſtes eſſe poſſunt non ſuperſtites. *Cuiac. adde l.*1. *C. Th. de rap. Nou. Leonis* 48.
d Quot modis feudum adquiratur 36.
e Feudum adquiritur quatuor modis, inueſtitura, ſucceſſione, adoptione poſſeſſionis, (præcedente licentia domini & præſente Curia) & ſi quis ſteterit in poſſeſſione per annum domino ſciente & non contradicente.
f ſiue ceſſione, *Hotoman.*
g Quaſi inueſtitura.

h Feudum rectum eſt, quoties quis nanciſcitur poſſeſſionem feudi præcedente licentia domini, præſente curia, *vt hic.* Si curia defuerit, abuſiua cenſebitur, cùm non tranſmittatur ad hæredes. *c.*1. *quibus modis feudum conſtitui poteſt.*
i hoc ſcil. caſu aliàs, inueſtituram intercedere neceſſe eſt, 1. *Feud.*25.
k Præſente curia ſcil. *v.*ȝ.*eod.* aliud ſi abſente, *d. tit.*25.

## DE[d] CONSVETVDINE recti feudi.

### TIT. XXXIIII.

SCiendum eſt itaque feudum acquiri[e] inueſtitura, ſucceſſione[f], vel eo quod habeatur pro[g] inueſtitura: vt[h] ecce ſi dominus alicui coram paribus curiæ dixerit, *Vade in poſſeßionẽ illius feudi, & teneas illum pro feudo.* Licet enim non interceſſiſſet inueſtitura[i], tamen tale eſt ac ſi interceſſiſſet: quia ille eius voluntate poſſeſſionem fundi nactus eſt[k] feudi nomine. Inde etiam dicitur, quòd ſi alius probauerit ſe aliquid nomine beneficij aliquo[l] tempore tenuiſſe domino præſente & non[m] contradicente, & ſeruitium[n] eius quaſi à vaſallo recipiẽte: licet non probet inueſtituram verumtamen obtinebit præſtito iuramento: niſi aliud contra inducatur. ¶ Quod autem dictum eſt vt per pares probetur inueſtitura, intelligendum[n] eſt de eo domino qui[o] alios habet vaſallos: cæterùm ſufficiunt extranei. Nec dicatur inueſtituram, vbi ſine paribus facta eſt[q], valere quoniam tunc temporis aberãt pares: quia etiam ſi abſint, tamen expectandi[r] ſunt. ¶ Sacramentum[ſ] non ſemper eſt dãdum poſſidẽti, ſed[i] quandoq; poſſidenti, quandoq; petenti, quandoq; neutri datur: & cùm alicui horũ datur, ita demũ datur, ſi[u] aliquid pro eo fit quod iudicẽ moueat. Vbi nihil eſt quod faciat pro aliquo eorũ preter poſſeſſionem ſolã: tunc ſecundũ quod iudici melius viſum fuerit, aut poſſidenti dabitur ſacramentũ: aut actore nihil probante, qui conuenitur, etiamſi nihil præſtiterit reus, tamen abſoluitur, vel obtinet. ¶ Et cum datur: aut[x] datur à iudice, aut à parte: ſi à parte, aut ſubeat cum duodecim ſacramentalibus ſecundum inferiorẽ diſtinctionem, aut referat pars cui delatum eſt. Si à iudice: iuret ille cui delatum eſt, cum duodecim vaſallis, cum ſex parẽtibus:[y] cæteros ſi vult, habeat extraneos. Dominus verò ſi vult, cum parentibus, aut cum vaſallis ſolis, aut cum parentibus vaſalli, vel cum extraneis mixtis parentibus vel vaſallis: & iurabit vaſallus ſine[z] mentione conſcientiæ. Dominus quoq; de ſuo facto ſimiliter. De[a] facto verò patris vel aui, aut alterius aſcendentis iuramento conſcientia præponetur. Quidam tamen dicunt non quidẽ conſcientiam eſſe præponendam.

*Vaſallus à domino non poterit exigere iuramentum calumniæ: ſed nec dominus exigere poteſt à vaſallo. Bald.*

1 ¶ In quibus etiam cauſis ſacramentum calumniæ à domino non exigetur: quod nuper rex Federicus in Romandiola[b] conſtituit: vt vaſallus calumniæ ſacramẽtum à domino non exigat: quod etiam à patre[c] domini intelligendum eſt: vt quod[d] quiſque iuris in alium ſtatuit, ipſe eodem iure vtatur. ¶ Similiter vaſallus dominum accuſare[e], vel teſtimonium[f] contra eum reddere non debet

l Poſſeſſio inducit præſumptionem pro vaſallo ſi in ea perſeuerauit per annum domino ſciente & nõ contradicente: & recipiẽte ſeruitia, tanquam à vaſallo, cuius vi defertur iuramentum vaſallo, niſi ea præſumptio per aliã elidatur. Quippe præſumptio: præſumptione tollitur, *l. Diuum. ff. de in integrum reſtit.*
m Qui cùm poteſt non contradicit, conſenſentit, *titul.* 10. §.1.
n *titul.*2 §.1. *Feud* 26.
o *d* §.1.*in fin.*
p Probatur inueſtitura noua per extraneos, ſi dominus Pares non habet. Quid ſi pares habeat & illi ſint abſẽtes? expectandi ſunt, neq; inueſtitura probari aliis poterit. *vt h.c.* Ita colligimus, ſolenniter ſpecialem non exigi in probanda noua inueſtitura, quoties dominus eſt ſine paribus. Proinde, actus non valebit, non expectatis expectandis. Vnde notant: Abſente iudice neminem ſibi ius poſſe dicere: niſi fortè expectatio fruſtra fieret, *l. Arethuſa. ff. de ſtatu.* Quã ratione, mulieres vetitæ contrahere abſentibus cognatis, recte contrahant, ſi contumacia cognati abſint.
q non valere. *Cuiac.*
r An per duos menſes? An potius tempus fuerit arbitrarium: vt id deſinat iudex?
ſ Quibus iuramentum defertur.
t Iuramentum in cauſis feudalibus quandoq; poſſidenti quandoque petenti, quandoque mẽtis datur. Ita certa regula definiri non poteſt, cui iuramentum ſit deferendum in negotiis feudalibus. Arbitrarium, id eſt, ſeu à iudice definitur.
u Iuramentum in feudis poteſt etiam deferri in ſupplementum probationis & hoc caſu ſubſidiarium aut ſuppletorium eſt. Quid ſi pars parti id deferat? in defectũ probationis delatum dicetur. *l. in bonæ. C. de iudic. l. admouendi ff. de iureiur.*
x à quibus iuramentum deferatur.
y Cur vaſallus iurare cogitur cum ſex cõiunctis? Nempe quia cognationis ratione, præſumitur notior illis eſſe veritas, *l. octaui ff. vnde cognati.* quæ neceſſitas remittitur domino: vt ea parte melioris ſit conditionis quàm vaſallus.
z Iuuat vaſallus indiſtinctè ex veris nõ ſecundum conſcientiam: at non dominus, vt ea parte melioris ſit conditionis dominus quàm vaſallus.
a *tit.*72.*in fin.*ȝ.*eod.*
b Roncalia Cuiacius. Roncaliæ fit etiam mentio, *tit.*52.ȝ *eod.*
c Iuramẽtum calumniæ dominis & vaſallis remiſſum, *vt hic*: aliàs qui defert iuſiurandũ, regulariter priùs iurat de calumnia *dixi ad l.*9.*C. de reb. creditis.*
d *ti. quod quiſque iuris l.*3.*inf ff. mandati: l.*7 *C. de reſc. l. vlt. de fructibus & litiũ expenſis.*
e Accuſare dominum vaſallus non poteſt, *vt hic.* Accuſare, inquã, temerariè: (aliud, n. dicẽdũ, ſi accuſatorẽ ſuũ putet. *l. cui cũ inſi ff. de bonis libe.*) *& in cauſa graui. doct. hic.*
f Teſtes eſſe aduerſus dominum vaſallus vltro non poteſt in cauſa ciuili vel criminali alia quàm feudali etiam modica: ſi ſecus fecerit, feudum amittit.

a hanc particulam Cuiacius in verſ.ſequentem reiicit, ibi in ciuili.
b ciuili modica licere. *Cuiac.*
c Si inter dominum & vaſallum de beneficio contentio ſit. *tit.* 37.
d addenda eſt hæc diſtinctio 1. *Feud.* 26. §. 1. *verſ. ſi autem.*
e Atqui iuramento opus non eſſe videtur: cùm actore non probante, reus ſit abſoluendus, *l. qui accipere. C. de edendo?* In feudis hoc ſpeciali iure receptum eſt, vt etiam deferatur reo iuramentũ: quod ex iure ciuili non eſt.

in ciuili cauſa modica [a] aut criminali. Quidam tamen dicunt in criminali non licere, in ciuili [b] in quibus ſi contra fecerit, feudo priuabitur.

*Si contentio eſt de beneficio inter dominum & vaſallum: domino poſſidente, vaſallo autem in probatione deficiente abſoluitur dominus, ſine iuramento. Bald.*

2 ITem [c] ſi inter dominum & vaſallum controuerſia ſit de beneficio: poſſidente domino, & vaſallo in probatione deficiente: qui conuenitur, nullo præſtito ſacramento abſoluatur. vaſallo verò poſſidente, & actore in probatione deficiente: ſi [d] longa ſit vaſalli poſſeſſio, eius iuramento [e] cauſa finiatur. Vbi [f] verò noua eſt poſſeſſio ſacramentum ei non præſtabitur, ſed domino deferetur: niſi aliud faciat pro poſſidente.

## DE LEGE CONRADI [g].

### TIT. XXXIIII.

*Si inter capitaneos regis eſt contentio, coram rege debet definiri per l. Corradi, ſi verò inter valuaſores, coram parentibus curiæ. Bald.*

LEx Corradi [h] de beneficio quæ dicit: Si inter capitaneos controuerſia ſit, coram [i] lege finiatur: ſi inter valuaſores, coram paribus curiæ: Mediolani non tenetur: ſed talis diſtinctio ibi obſeruatur, quia ſi inter duos, quicumque fuerint, de beneficio regali cõtrouerſia fuerit, quorum vterque à rege ſe dicit inueſtitum fuiſſe, tunc cauſa coram eo decidatur: cæteræ verò cauſæ apud pares curiæ.
¶ Si autem inter pares duos de aliquo beneficio controuerſia ſit, quorum vterque ſuum feudum proprium eſſe dicat: ſiue aſſerant eundem inueſtitorẽ, ſiue diuerſos: coram iudice [k] vel arbitro [l] finiatur. Sed cùm vnum producunt inueſtitorem: ſi poſſidenti [m] dominus guarentizare [n] voluerit [o], ſine fraude ipſe obtinebit: niſi aduerſarius contra aliquid induxerit. [p]

*Dominus ſine vaſalli voluntate feudum alienare non poteſt: ſed hoc non ſeruatur Mediolani. Bald.*

1 ¶Ex eadem lege deſcendit, quòd dominus ſine [q] voluntate vaſalli feudum alienare [r] non poteſt: quod Mediolani non obtinet. Ibi enim ſine curia etiam beneficium totum rectè alienatur: dum tamen aut æquali domino, aut maiori [ſ] vendatur. Inferiori verò ſine vaſalli voluntate non licet partem alienare, etiam maiori retenta parte alia feudi. Verbi gratia: eſt vaſallus qui ab eodem domino in [t] pluribus locis feudum tenet. Si partem feudi in vno loco vendat, in alio ſibi teneat: iſte non debet emptori ſeruire: ſed per priorem dominum totum beneficium recognoſcere. Cum curia verò cuicunque beneficium etiam [u] ruſtico, & ſine vaſalli voluntate, poteſt: dum tamen non totum alienetur. Obert. Quidam autem dicunt, vt Gerardus, non valere ſi fiat inferiori.

*Non poteſt regulariter vaſallus feudum ſine voluntate domini alienare: niſi det alij in feudum, & perſonæ ſibi æquali. Bald.*

2 ¶Similiter [x] nec vaſallus feudum ſine voluntate domini alienabit: in [y] feudum [z] tamen rectè dabit, ſi ſecunda perſona ſit talis quæ feudo ſeruire poſſit: vt [a] ſi dans miles eſt: & ille qui accepit feudum, inueniatur miles, ad hoc vt feudum ſi contigerit, domino ſimiliter ſeruire [b] vt & prior poſſit: & hoc vt dare liceat in [c] infinitũ. In quibuſdam tamen curiis vltra tertiam perſonam feudi conceſſio [d] non extenditur: vt cùm feudum peruenit in quartam perſonam ei auferre dominus poſſit. ¶ Profectò ille qui ſuum beneficium alij dat in feudum, non debet alia [e] lege dare, niſi qua ipſe habeat: vt ſi habeat ſibi ſuíſque hæredibus (quod intelligi [f] debet de ſolis maſculis) nõ debet alij dare vt habeat ipſe, & ſui hæredes maſculi & fœminæ. Vnde quibuſdam placet, quòd qui taliter dedit, eo ipſo beneficium amittit. Gerardus & alij dicunt quòd qui dedit, [g] cui datum eſt beneficium, perdit. Secundum alios verò tunc domino aperitur, cùm maſculi defecerint.

f Poſſeſſio longa inducit probationẽ pro vaſallo, *vt hic*, poſſeſſio, inquã, annua, quieta, ſciente domino nec cõtradicẽte, & ab eo tãquam vaſallo ſeruitia recipiente
g *tit.* 9. *inf.* 16. ℥. *eo. tit.* 40. ℥. *eod.* 1. *Feud.* 1. §. 2.
h Lotharij, *Hot.*
i Forum lege Conradi, feudis ſortiuntur Capitanei, apud Regẽ: valuaſores, apud pares Curiæ Mediolani verò, apud regẽ litigatur, ſi de beneficio regio litigetur: apud pares Curiæ, ſi de nõ regio bis ſit. Atq; ita lex Cõradi in iuriſdictione feudaliũ rerum diſtinguẽda, perſonas & dignitates conſiderauit nõ res: Mediolanenſes, verò res nõ perſonas. *vt hic*, Vtra melior lex? Conradi teſte Baldo.
k *tit.* 15. ℥. *eod. tit.* 46. ℥. *eod.*
l Atqui facultate apud arbitrũ litigandi aperitur via ad alienationes feudi: interdictas. ℥. *de prohibita alienat.* Quid num dicemus apud arbitrum hodie de feudo litigare non poſſe? Apud arbitrum, compromitti poſſe rem feudalẽ notat Rauẽnas, nõ apud arbitratorem: Item apud arbitrum de re feudali compromitti quidẽ poſſe, trãſlationem tamen vſu alienationem de nomine factam prohiberi.
m ſi poſſidenti ſine fraude dominus, &c. Cuiacius ita huc reuocat illa verba, ſine fraude.
n i. euictionem præſtare. Alij exponunt, gratificare & teſtimonium dicere verè & purè, quod is non ille iure agat.
o voluerit, ipſe obtinebit, *Cuiac.*
p id eſt, niſi probauerit, fraudẽ, vel niſi probauerit, ſaltem ſemiplenũ ius ſuũ.
q Feudũ ſine voluntate vaſalli dominus alienare non poteſt: ídque lege Conradi, quæ Mediolani non obtinet.
r *tit.* 9. *inf.* ℥. *eod.* quid pignorare. *vide Clarum.* 4. *ſent.* §. *feudum. quæſt.* 28.
ſ Feudum vaſalli, eo inuito dominus alienare Mediolani, etiam ſine curia poteſt: dum id agnati aut maiori domino vendat, *vt hic.* Cur potẽtiore? quia intereſt vaſalli potentiori domino ſubiici, quàm inferiori. Quid ſi mediam partem feudi vni, alteram alteri vẽdiderit dominus? vaſallus neutrum recognoſcet: niſi inter ſe conueniant: nec enim cogendus eſt vaſallus plures habere dominos.
t Feudum poteſt eſſe in pluribus locis, licet vna inueſtitura contineatur.
u Imò, ruſtico ſemper non poteſt. §. 2. ℥. *eod. tit.* 26. §. 7. *verſ. beneficium.*
x Feudum ſine domini voluntate vaſallus alienare non poteſt.

3 SI [h] fuerit inter dominum & vaſallum de beneficio cõtrouerſia, domino dicẽte, Hoc quod tenes in feudum, à me habes: ille verò negauerit [i] prorſus [k]: ſi quidem probatum fuerit, ipſum ab eo auferatur. Sed cùm dubitanter [l] reſponſum fuerit, neſcio: minimè, ſecundum quoſdam: ſed ſecundum alios tunc demum priuabitur, ſi fraudulenter, id eſt ſciens [m] hoc negauerit.

## DE [n] CLERICO QVI INVESTITURAM FACIT.

### TIT. XXXV.

CLerico inueſtituram faciente de ſuis bonis, eius ſucceſſor omnifariam cogitur eam adimplere. Cúmque de bonis eccleſiæ eam fecerit, ſi poſſeſſio rei pro beneficio inueſtituræ penes eum fuerit ipſe, & eius ſucceſſor ipſam adimpleant. [o] quod etiam in laicis contingit. Vbi verò de alterius feudo fecerit inueſtituram ſi quidem purè, non valeat: ſed ſi ſub tempore vel conditione quo feudum ſibi aperiatur, valebit inueſtitura etiam ſine voluntate vaſalli facta. Si tamen antè deceſſerit inueſtitor quam feudum ad eum reuertatur, ſucceſſor non cogitur eam habere ratam: aut cùm ſe viuente feudum apertum fuerit, poſſeſſionem tradat, & inueſtitutam adimpleat. Et ideo ſciendum [p] eſt archiepiſcopum Mediolanenſem non poſſe dare in feudum quod tempore introitus ſui in dominico [q] inuenerit: ſed ſi ei poſtea feudũ aperiatur, ipſum rectè dabit. Profectò alij epiſcopi & clerici ea quæ in dominico habent, & feuda his aperta olim dederant, & hodie dant.

## AN [r] MVTVS VEL ALIAS IMPERFECTUS FEUDUM RETINEAT.

### TIT. XXXVI.

*Succedit militi patri mutus, aut aliter imperfectus, in feudo. Bald.*

MVtus & ſurdus, cæcus, claudus, vel aliter imperfectus, etiam ſi ſic natus fuerit, totum feudum paternum retinebit. [ſ] Obertus & Gerardus & multi alij. Quidam tamen dicunt eum qui talis natus eſt, feudum retinere non [t] poſſe, quia ipſum ſeruire [u] non valet. Sic dicimus in clerico, [x] & in fœmina, & in ſimilibus.

## AN [y] ILLE QVI INTERFECIT FRATREM DOMINI SUI, FEUDUM AMITTAT.

### TIT. XXXVII.

*Vaſallus ſi fratrem domini ſui interfecit, non amittit feudum: ſed ſi fratrem ſuum occiderit proditionaliter, vel aliam feloniam commiſit, vt ſine verecundia in curia eſſe non poſſit feudum amittit, & tranſit ad agnatos. Bald.*

SI quis interfecerit fratrẽ domini ſui, non ideo beneficium amittit: ſed ſi fratrem ſuum [z] interfecerit ad hoc, vt totam hæreditatem habeat, vel aliam feloniam cõmiſerit, verbi gratia, hominem tradendo, vt in curia amplius ſtare nõ poſſit: priuabitur beneficio: quia tamen erga dominum non fuerit facta, ad agnatum proximiorem feudum pertinebit, ſi paternum fuerit: eodem prorſus obſeruando quantum ad ordinem gradus qui continetur in legibus. Cùm autem ad dominum reſpicit felonia, feudum tunc domino aperitur.

1 NOn [a] cogitur vaſallus omnino, ſecundum vſum Mediolanenſem, dominum adire, [b] & ſeruitium ei offerre: ſed cùm nunciatum ei fuerit, tunc domino ſi poteſt, ſeruiat.

y *tit.* 3. 9. §. 1. & *tit.* 10. ℥. *eod. titul.* 55. ℥. *eod.*
z In feudum ſuũ alteri dare vaſallus poteſt etiam non conſentiente domino ídque non in vnam, ſecundã, tertiam, & deinceps generationem, ſed in infinitum etiam: dummodo feudum ſuum det æquali, eadem forma & conditione ídque ſine fraude: hæc .n. tria concurrere debent, *vt hic.* Quid ſi vaſallus in quartam tantum generationẽ ſubfeudarit? quarta generatione finita, à quinta generatione feudum auocabit dominus. *Doctores hic.*
a *tit.* 26. §. 7. *verſ. beneficium.* ℥. *eod.*
b vaſallus vaſalli, cogitur domino ſeruire.
c in infinitum licet in feudare.
d conſuetudo. *Cuiac.* id eſt proprium ius feudi, *tit.* 3. §. 1. ℥. *eod.*
e *ti.* 48. 108. ℥. *eo.*
f 1. *feud.* 13. *et ſi clientulus.*
g & hanc opinionem probat Rauennas. Ita ſubfeudans alia cõditione quàm habet, feudum ipſe amittit vt & accipies. Quid ſi initio eadem lege dedit: poſtea immutauit legem? Cõtra Baldum Aluarotus putat feudum committi: id enim fieri in apertam fraudẽ domini.
h De pœna inficiãtis feudum *tit.* 39.
i Feudũ ſciens & cum fraude negans vaſallus, feudo priuatur: ſecus ſi negat ductus ignorantia iuſta & probabili. Quid ſi ſciens, cum dubitatione tamen negat feudum? perinde priuatur feudo, vt ſi expreſſè negaſſet. Quid ſi dubius eſt nõ ſciẽs? dilatio dãda eſt, vt certò ſcire poſſit.
k i. ſcienter, *tit.* 26. §. 3. 7. *verſ. vaſallus.*
l *d. ver. vaſallus.*
m *d.* §. 3 *d. ver. vaſallus.*
n vt ſucceſſor clerici inueſtitoris feudum tradere cogatur. *tit.* 40.
o Imò non coguntur adimplere, 1. *Feud.* 25. ℥.
p Exceptio.
q i. id feudum quod ad Eccleſiam rediit.
r de vaſallo imperfecto *tit.* 41.
ſ Imò non retinebit. 1. *Feud.* 6. §. 2.
t *d. tit.* 6. *inf.*
u neceſſitas enim bellorum feuda patit.
x *tit.* 26. §. 4. *verſ. qui clericus.*
y De vaſallo qui occidit fratrem ſuum vel domini ſui. *tit.* 42.
z *tit.* 24. §. 3. 1. *Feud.* 5.
a non teneri vaſallum offerre ſeruitium, *tit.* 43.
b *tit.* 26. §. 3. *verſ. etiam vaſall.* §. 7. ℥. *eod. tit.* 28. ℥. *eod.* 1. *Feud.* 21.

DE

a De alienatione feudi. *tit.* 44.
b *vide titul.* 52. ȷ. *eod.*
c *vide titul.* 55 ȷ. *eod.* d *tit.* 57. ȷ. *eod.* 1. *feud.* 5. *verſ. item ſi fidelis.*
e *tit.* 14. ſ. *eod.* *v. Minſing.* 5. *obſ.* 65.
f manent enim adhuc reliquiæ iuris dominici.

## DE [a] VASALLO QVI CONTRA conſtitutionem Lotharij regis beneficium alienauit.

### TIT. XXXVIII.

*Vaſallus inquantum beneficium alienauit inſcio aut nolente domino, in hoc grauatur, quia alienatum ad dominum redit. Bald.*

SI vaſallus contra cõſtitutionem Lotharij [b] regis beneficium alienauerit: ſi totum, perdat totum, ſi partem, [c] partem perdat: & ad dominũ reuertatur. Et ideo ſi contra vnum dominorũ quorum communis vaſallus erat, fecerit feloniam, eum fortè cucurbitando [d] eius ſolius parte priuabitur, & ſi voluerit vnius ſolius partem refutare aliis ſibi reſeruatis, hoc facere poterit: quia vaſallus etiam ſine domini volũtate rectè feudum refutare [e] poteſt: poſt refutationẽ tamen ad ſeruiendum non tenetur: ſed eum quidem tunc [f] offendere non debet.

## DE ALIENATIONE PATERNI feudi.

### TIT. XXXIX.

*Vaſallus feudum paternum etiam domini voluntate alienare non poteſt, non conſentientibus agnatis. Bal.*

ALienatio [g] feudi paterni [h] non valet etiam [i] domini voluntate, niſi agnatis conſentientibus [k] ad quos beneficium quandoque ſit reuerſurum [l]: nec in filiam [m] vaſallus feudum poterit confirmare agnatis non conſentientibus, vel poſtea ratum non habentibus: [n] & licet prohibeatur beneficij alienatio inter agnatos, [o] tamen ſi paternum fuit, concederetur: [p] & ſi [q] libellum vnus alteri [r] fecerit de feudo paterno, non eſt libellus, ſed quaſi refutatio. [ſ]

SI [t] inter dominum & vaſallum de [u] beneficio fuerit cõtrouerſia coram [x] paribus finiatur. Vbi autem dicit vaſallus prius de ſuo recto [y] feudo debere ſe a domino inueſtiri: ſi quidem ſine controuerſia de alio ſit vaſallus, indubitanter primò inueſtiendus eſt: & poſtea cognoſcẽdum eſt quòd ſit ſuum rectum feudum, aut quod nõ. Sed ſi nihil aliud ab eo tenet pro beneficio, niſi de quo controuerſia eſt: tunc tota cauſa prius ventilanda eſt, & ſic videndum vtrum poſtea inueſtiendus ſit.

*De felonia, aut de infidelitate, ſecundum conſuetudinem Mediolanen. non fit pugna: ſed ſecundum legem Lombar. Bald.*

NOn [z] eſt conſuetudo Mediolani, vt de felonia [a] aut de infidelitate pugna fiat: licet contrarium ſit, quod præcipit lex Longobardorum, [b] vt de infidelitate pugna fiat.

SI [c] à morte vaſallus dominum liberare potuerit, [d] & [e] non fecerit, beneficio carebit: ſed licet potuerit facere ne dominus in [f] peccatum præcipitaretur, veluti periurium: non tamen feudo priuandus erit.

## DE CAPITVLIS CORRADI. [g]

### TIT. XL.

*Si vaſallus vel eius hæres intra annum & diem veterem non petierit inueſtituram à domino, vel hærede eius, feudum amittit: ſed Mediolani non ſeruatur. Bald.*

HÆc ſunt capitula quæ rex Corradus [h] fecit in Romandiola [i] de beneficiis. Conſtituit enim, vt ſi poſt mortem domini, [k] vaſallus, vel poſt mortem vaſalli [l] hæredes eius per annum & diem ſteterint quòd dominum vel hæredem eius nõ adierint, fidelitatem pollicendo & inueſtituram petendo:

g alienare feudum ſuum ne quidẽ filiæ, vaſallus poteſt inuitis agnatis proximis etiam cõſenſu domini, vel agnatorum remotiorũ. Quid ſi poſt feudum aperiatur remotioribus agnatis? feudum ita alienatum reuocabunt: etſi alienationis tẽpore nõ fuerint proximiores.
h antiqui, aliud in nouo. *v. Clarum* 4. *ſentent.* §. *feud. quæſt.* 41.
i 1. *feud.* 8. §. 1.
k omnibus nõ tantũ proximis.
l Imò in filiã vaſalli poteſt confirmare feudum dominus? §. 1. ſ. *de ſucceſſ. feudi.* In feudo nouo, quod ad ipſum dominũ reuerti proximè ſperatur, gratiã feudi filię vaſalli poteſt facere: In antiquis, q̃d agnatis cõmitti poteſt nõ æquè.
m quaſi extraneam, *d.* §. 1.
n etiam tacitè, *tit.* 9. §. 5. *verſicul. porro, tit* 26. §. 5. *ver. Titius: & tit.* 33. *verſ. inde etiã* ſ. *eodem.*
o remotiores ſcil. non cõſentientibus intermediis niſi ita legas, & licet prohibeatur beneficij alienatio, inter agnatos tamẽ, ſi paternum fuit, cõcedetur.
p ad tẽpus ſcilicet, inde, reuocari poteſt.
q Libellus feudi factus agnato: ſeu feudum datũ agnato ad libellum vel iure libelli, nõ eſt alienatio aut libellus propriè, ſed quaſi refutatio: feudũ eſt, non libellus.
r puta proximiori. eóq; ſenſu feudũ teſtamento quoque tranſcribi poſſe quidam putãt in eum, ad quem proximè alias erat peruẽturũ.
ſ *tit.* 14. ſ. *eod.*
t de feudi controuerſia inter dominum & vaſallum, *tit.* 46.
u Petit vaſallus inueſtiri? lis dirimitur apud Pares curiæ *vt hic.* At quo ordine? ſi aliud à controuerſo feudum habet vaſallus & feudi controuerſi inueſtituram probet in continenti inueſtiendus & fidelitatem iurare debet: reiecta cauſæ principalis cognitione in aliud tempus: nempe vt cognoſcatur rectè necnon interpoſita fuerat inueſtitura: ſi nullũ aliud feudum poſſidet à controuerſo, etiam inueſtiendus eſt, fidelitatis iuramento in aliud tempus reiecto dum de lite principali cognoſcatur; vt tum cognoſcatur, iuramentum ſit admittendum necne. x *dixi.* ſ. *tit.* 16.
y Rectum feudum eſt quod non datur ad rectum ſeruitium, quódque perpetuũ ſit & irreuocabile. Feudum verò non rectum eſt quod datur ratione alicuius officij vel meriti & reuocari poteſt.
z De infidelitate pugnam non fieri. *tit.* 47.
a Feloniam etiam vaſallo committit Dominus: cuius nomine feudum amittit & ad pugnam prouocari quoque poteſt à vaſallo, idque iure Langobardicæ: quod vſu non receptum eſt apud Mediolanenſes.
b 2. *Lombard* 54.
c Quando vaſallus feudum perdat, *tit.* 48.
d 2. *feud.* 24. §. 2.
e Feudum vaſallus amittere poteſt vel ex ſola negligentia domini in diſcrimine mortis non iuuandi: qui tamen feudum non amittit etiamſi eum non liberat à periurio.

f Aes alienum domini ſoluere vaſallus non cogitur: ne id quidem, quod interpoſito iureiurando promiſit ſe ſoluturum.
g Corradi Regis, factis in Ronchalia *titul.* 49. *Cuiac.* ſed Hotomanus legit Lotharij.
h Lotharius, *Hotoman.* i Ronchalia, *Cuiac. vt* 34. §. 1. ſ. *eod.* 52. ȷ. *eodem.*
k *titul.* 24. ſ. *eod.* l *d. tit.* 24. m feudũ ſine fidelitate per pactum cõſtitui poteſt.

ſi [m] tale ſit beneficium vt fidelitas ſit præſtanda, ipſum perdant: ſicut & antiquitus conſuetudo fuit: ſed non Mediolani. ¶ Præterea vt liceat dominis omnes alienationes feudi factas, nulla [n] obſtante præſcriptione, [o] reuocare. ¶ Similiter in petendis hoſtenditiis (hoſtenditiæ dicuntur adiutorium quod faciunt dominis Romani cum rege in hoſtem pergentibus) vaſalli, qui cum eis non [p] vadunt: verbi gratia, in Lombardia [q] de modio xij. denarios: in Theutonica terra tertiam partem fructuum, facta computatione fructuum ſolummodo eius anni quo hoſtem faciunt.

*Ob prælati delictum eccleſia ad tempus feudo priuatur. Bartolus.*

¶ Item ſi clericus, [r] veluti epiſcopus, abbas, beneficiũ habens à rege datum non ſolummodo perſonę, ſed eccleſiæ, ipſum propter ſuam culpam perdat, eo viuente, & eccleſiaſticum beneficium vel honorem habente, ad regem pertineat: poſt mortem verò eius ad ſucceſſorem eius reuertatur.

## DE [ſ] CONTROVERSIA INTER maſculum & fœminam de beneficio.

### TIT. XLI.

ITem ſciendum eſt, quòd ſi [t] inter maſculum & fœminam controuerſia fuerit, maſculo dicẽte, hoc eſt feudum, fœmina negante: niſi apertis probationibus fœmina oſtenderit non eſſe feudum, creditur [u] maſculo cum ſuo iuramento affirmãti cum duodecim ſacramentalibus. ¶ Sed inter dominum & fœminam, domino dicente feudum, fœmina negante: probationibus deficientibus detur fœminæ ſacramentũ.

¶ Item ſi ſit inter dominum & emptorẽ [x] feudi: ſi emptor dicat non eſſe feudum, domino in probatione deficiente, ſacramento emptoris finiatur. Quidam tamen diſtinguunt: vt ſi magna eorum pars quæ vaſallus ibi tenebat, feudũ ſit: detur domino ſacramentum, alibi fœminę. [z]

## DE [a] CONTROVERSIA INTER DOminum & emptorem feudi.

### TIT. XLII.

DOmino cum emptore feudi agentę, [b] ſi vaſallus iurare [c] poterit, quòd ignorans [d] eſſe beneficium, vendidiſſet, [e] credẽs [f] proprium: [g] electioni [h] emptoris committitur, [i] vtrum domino velit ipſum cedere, an vaſallo reſtituere. Obertus dicit omnia vaſallo reſtituenda.

Quo reſtituto, id beneficium vaſallus retinebit, non nocente nec obſtante venditione, eò quòd ignorans alienauit. & quod dicitur, alienatione feudum aperiri domino, intelligendum eſt, cum [k] à ſcientibus alienatur beneficium. Et quod dicitur de venditione, idem [l] eſt in omnibus alienationibus.

## DE [m] CONTROVERSIA INTER vaſallum & alium de beneficio.

### TIT. XLIII.

*Vaſallus agere & conueniri poteſt pro feudo, & pro parte feudi, etiam domino abſente, & quaſi pro re propria. Bald.*

SI controuerſia inter vaſallum & alium de beneficio fuerit, aduerſario proprietatẽ totius, [n] vel partem, vel aliud aliquod ius ſibi vindicante: cauſa per vaſallũ, etiã domino abſente, quaſi propria ad finẽ perducatur, ipſe enim ſolus vtiliter agẽdi [o]

n Præſcriptionẽ longi nõ longiſſimi tẽporis; feudi à vaſallo alienati dominus reuocare poteſt. *vide* §. 1. ȷ. *de prohibit. alienat. feudi per Feder.*
o *tit.* 5. *verſ. non autem*; longi tẽporis, non tamẽ xxx. annorum.
p Pœna vaſalli non reſpõdentis ad delectum.
q In Lombardia dimidiã, in Theutonica &c.
r *tit.* 26. §. 4. *verſ. ſi quis clericus & titul.* 30.
ſ Cui⁹ iuramẽto ſtetur in quæſtio. feudi *tit.* 50.
t feudi controuerſia inter maſculum & fœminã, in dubio deciditur ſacramento maſculi, cum duodecim ſacramẽtalibus, ſi modò præſumptio quædã maſculo adſit: nam ſi per contrarium fœminæ præſumptione iuuatur, deferendũ eſt ei ſacramentum, *c.* 4. ſ. *ſi de feudo fuerit controuerſ.* Idem dicendum eſt ſi cõtẽtio ſit inter dominũ & fœminam *verſ. ſed inter.* vel inter dominũ & emptor. *verſ. Itẽ ſi.*
u *tit.* 26. §. 1.
x *adde tit.* 5. §. 5.
y Partis maioris bonorũ ratione in certo territorio exiſtentium, præſumptio elicitur ad cætera bona in eodẽ loco poſita, vt ſi pars maiorũ bonorum alicuius ſit feudalis, pars reliqua feudalis quoque intelligatur.
z Has duas poſtremas dictiones, Cuiacius expungit.
a Electionẽ dari emptori feudi, cui feudum reſtituat: domino an vaſallo ignoranti, *tit.* 51.
b An rei vindicatione? poteſt ſane: ſi de dominio directo egerit: ſed quia id probari non ita poteſt cõmodè, auget ex conditione. Imperialem. ȷ. *de proh. alie. feudi per Feder.* qua poſſeſſio ſola auocatur rei, *l.* 1. *C. de donat. quæ ſub mod.*
c ſi quæ coniectura fuerit, ignorãtem vendidiſſe: aliàs ſi ſciens vẽdidit, non iuraret.
d *tit.* 26. §. 7. *ver. ſi vaſallus* ſ. *eod.* e Venditionis verbo hic intelligitur omnis alienatio. *adde l. ſtatuliberis à cæteris in fi. ff. de ſtatulib.* Quid: qui tranſigit num vendit? dimittit verius poſſeſſionẽ quàm transfert. ita non videtur alienaſſe. In aliis cauſis qui dimittit, alienat *l. quædã ff. de rei vindic.* f Ignorãs (non ſupinè) feudũ eſſe qui vendit, venia dignus eſt. g Feudum & proprium hic opponuntur.
h Electio hic reo ſeu emptori cõuentio datur, vt rẽ emptã hoc eſt feudũ emptum reſtituat vaſallo venditori, an domino vaſalli. vnde notatur, Emptorẽ in hac ſpecie præferri poſſe eum qui vtile dominiũ habeat, directũ habenti *adde l. vlt ff. de tranſact.* vbi debitor poteſt ſoluere cedenti, apud quem ius nullum remanſerat.
i Imò non cõmittitur electioni emptorũ vt reſtituat venditori. Eſt. n. in poteſtate venditoris, probata ignorantia pœnitere, & ita feudũ repetere: cùm ipſo iure nulla fuerit venditio. *Doctores hic.*
k ſciens qui feudum alienat, priuatur feudo.
l venditionis verbo omnem alienationem intelligi ſuperius probatum eſt.
m Vaſallum de feudo agere & conueniri poſſe *ti.* 52.
n Vaſallus agere & conueniri poteſt pro toto feudo & parte eius: & cauſam etiam abſente domino, ad finem vſque perducere: quod & ratum habere dominus tenetur etiamſi poſt ei feudum aperiatur. o *tit.* 8. §. 1.

& excipiendi habet poteſtatem & ſi pro eo;aut contra eũ iudicatum fuerit,vel cum aduerſario tranſegerit, [a] dummodo fraudulenter [b] actum non ſit,etiam ſi poſt beneficiũ domino aperiatur,tale erit ac ſi eo cauſam agente iudicatum fuiſſet:& ideo ab eo ratum haberi oportet.

## QVID [c] IVRIS, SI POST ALIENAtionem feudi vaſallus id recuperauerit.

Tit. XLIIII.

*Culpa quæ non tranſiuit in perpetuam priuationem,non poteſt purgari.Bal.*

PRæterea ſi vaſallus ante conſtitutionem Lotharij [d] regis feudum alienauerit:quod in quibuſdam [e] curijs pro † parte, in quibuſdam pro toto olim licebat, & ipſum poſtea recuperabat: pro feudo ſibi retinebat:hoc eſt,in cauſam feudi recadebat.Hodie autem ſi ipſum alienauerit,ſi quidem illicitè,licet [f] poſtea [g] recuperauerit,tamen penes eum nõ remanebit:vt pote domino, ad quemcunque peruenerit, apertũ. ¶ Profectò ſi domini voluntate vendiderit,per libellum,vel aliter alienauerit:ſi idẽ poſtea recuperauerit feudum,penes eum remanebit,non iure beneficij,ſed aut iure proprio: aut iure libelli, aut aliter: ſecundum quod idem recuperauerit:dummodo ſcias,quòd ſi ad libellum domini voluntate id dederit, ſi quidem pro libello ei datur ſingulis fortè annis,& hoc iure feudi cenſebitur.Illud verò ius,quod per libellum tranſtulerit,& poſtea recuperauerit: pro beneficio non tenebit, ſed velut alterius rei datæ per libellum, etiam [h] ſi feudum domino refutauerit,libellum [i] retinebit.

## AN AGNATVS VEL FILIVS [DEfuncti] poſſit retinere feudum repudiata hæreditate.

Tit. XLV. [k]

*Primo tractat an cognatus poſſit hæreditatem agnati repudiare,& feudum retinere. Secundò an filius vaſalli poſſit hæreditatem repudiare, & feudum retinere. Secunda in verſicul.ſi verò.*

SI contigerit vaſallum ſine omni prole decedere:agnatus ad quem vniuerſa hæreditas pertinet,repudiata [l] hæreditate,feudum, ſi paternum fuerit,retinere poterit:nec de debito hæreditario aliquid feudi nomine ſoluere [m] cogitur: ſed in fructibus [n] ſi quos reliquit,vt de eis debitum ſoluatur, quo tempore deceſſerit(ſecundum quod ſuprà diximus) conſiderabitur.Vbi verò filium reliquit,ipſe non [o] poteſt hæreditatem ſine beneficio repudiare: ſed aut vtrunque retineat,aut vtrũq; repudiet:quo repudiato, ad agnatos, ſi paternum ſit,pertinebit.& licet alterum ſine altero retinere non poſſit, agnatis tamen conſentientibus poterit dominus eum,ſi voluerit, quaſi de nouo beneficio inueſtire: quo facto licebit ei repudiata hæreditate feudum tenere nullo onere ei hæreditario imminente.

## AN [p] APVD IVDICEM VEL CVRIAM domini quæſtio feudi debeat terminari.

Tit. XLVI.

EX eo,quod ſuprà [q] diximus,vt ſi inter duos de beneficio fuerit controuerſia, coram iudice [r] vel arbitrio [ſ] finiatur: talis hic ſit quæſtio: Quodam ſine filio decedente, alius credens beneficium,quod ipſe tenebat,apertum domino eſſe, ab eo inueſtitus eſt eius beneficij nomine.econtra apparent agnati qui feudum ſibi vindicant quaſi paternum.Eſt igitur quæſitum, an apud curiam domini vel iudicem ſit hæc quæſtio terminanda.Et reſponſum ſcio, quia ad dominum quodammodo cauſa ſpectare videtur, ad quem inueſtitus habebit regreſſum [t] de euictione:vt corã paribus finiatur curijs, & licèt alter per ſe non poſſit alterum trahere ad curiæ iudicium: generaliter tamen, etiam ſi inter duos cauſa fuerit de beneficio, eos curia vocante,non [u] licebit eorum alicui eius curiæ iudicium [x] declinare.

## QVALITER [y] DOMINVS PROprietate feudi priuetur.

Tit. XLVII.

a *tit.26.§.7.adde Cuiarum 4.ſent. § ſtudiũ quæſtione* 38. Trãſigere de feudo vaſallus poteſt bona fide: cuius generis tranſactionẽ ratã habere dominus cogitur.
b Fraudulenter facit, qui prece, vel pretio, vel per dolum, vel per negligentiam, ſine vitæ neceſſitate, alienat.
c de feudi alienatione & recuperatione.*tit.*53.
d *tit.*52 *ĩ eod.*
e Mediolani 1. *feud.*13.& 18.§ 1.
† 1.*feud.*5. *in pr.*
f ſemel iure commiſſum domino feudum ſemper ei commiſſum intelligitur: neque à redimendo vaſallus redintegrat vel purgat cauſam amiſſionis. vnde notãt, ſemel extincta, non reuiuiſcere. *vt l.qui res.§. aream.ff. de ſolut.* Quid ſi vaſallus vendidit, necdũ tradidit? purgari poteſt culpa: *vt hic* locus in venditione omnimodo perfecta intelligatur. *Canoniſtæ in cap.potuit de locato.* Quid ſi vẽdidit vaſallus, & conſtituit ſe nomine emptoris poſſidere? Aluarotus negat feudũ comitti. Quid ſi alienauit & incõtinenti tẽperauerit: aut ante inſtitutam à domino actionem? feudum cõmittit negant doctores: quaſi hic recuperatio poſt interuallũ notetur, momentaria, ſeu quæ fit illico.atque ita verbum, *poſtea.* ita intelligunt.
g id eſt, poſt interuallum:ante querelam domini: at non incontinenti.
h hanc dictionem expungit Cuiacius.
i per libellum, *Cuiac.*
k *titul.*54.
l Repudiari poteſt defũcti hæreditas ab agnato & feudũ retineri, *vt hic* à filio non poteſt.ĩ. Et ita agnatus exhæredatus nõ excludetur ſucceſſione feudi antiqui.
m *tit.*86. ĩ. *eod.*
n *d.tit.*86.*tit.*28. §.ĩ. *eod.*
o *tit.* 51. §. 4 ĩ. *eod. l.* 1. *ff. de acquir.hæredit*
p Coram quo ſit quæſtio feudi ventilanda, *tit.*55.
q *tit.*15.*tit.* 34.
r 1.*feud.*18.
ſ *d.tit.*15.*tit.*34. ĩ.*eod.*

*Dominus propter feloniam commiſſam in vaſallum feudi proprietate priuatur ſicut econtra vaſallus feudo:Bal.*

EX facto quæſitum ſcio, & ego à pluribus quæſiui, ſi dominus contra vaſallum apertam feloniam fecerit:an ſicut vaſallus feudum debet amittere, ita dominus proprietate priuetur? Et quidam dicunt,ex omni felonia, qua vaſallus [z] feudo priuatur,& dominus [a] proprietate priuetur.Alij non niſi ex magna felonia: alij ex nulla. Sed prior ſententia mihi placet,non habita diſtinctione qualis vaſallus ſit, vtrum per ſacramentum,vel non.

## DE [b] FEVDO NON HABENte propriam [c] feudi naturam.

Tit. XLVIII.

*Si miles accepit caſtrum in feudum à duce,vt ipſe & ſui hæredes quibus dederit,id habeant:non habet hoc feudum propriam feudi naturam.Bart.*

SI quis ea lege alicui feudum dederit,vt ipſe & ſui hæredes, & cui [d] ipſe dederit [e] habeant: Reſpondeo, iſte, qui ſic accepit, poterit [f] id vendere,vel donare:vel aliter,ſi ſibi placuerit, etiam ſine voluntate domini alienare. & ille etiam cui datum fuerit,non habebit ipſum pro feudo [g] niſi [h] ſicut [i] ei datum eſt. Sed qualitercunque ei datum fuerit ſiue ad proprium,ſiue ad libellum:licet propriam feudi naturam non habeat,iure tamẽ feudi cenſebitur:vt ex cauſis ipſum amittat, quibus & verum feudum. Vbi ergo ſic datum eſt feudum, & cui in feudum dederis,aliud eſt: & propriam feudi naturam habet. [k]

## DE [l] EO QVI FINEM [m] FEcit agnato de feudo paterno.

Tit. XLIX.

TRes erant agnati, vt plures:vnus eorum habebat feudum,quod erat paternum: ſed alter eorum finem & refutationem [n] ei ſuiſque hæredibus & cui ipſe dederit, fecit. diſceſſit iſte ſine filio maſculo. Alter,qui non refutauit, vindicat ſibi totum Alter verò, refutationem fecit,vult ad ſucceſſionem venire, pacto non obſtante. Sapientes quidam Mediolanenſes interrogati,reſponderunt non [o] obſtare illud pactum,niſi feudum omnino refutauerit, vel niſi ad hoc refutauerit, vt dominus eum quaſi de nouo [p] beneficio inueſtiret.Tunc enim ſecuta inueſtitura noua, quaſi nouum ſit feudum,non ſuccedit.

## DE NATVRA SVCCESſionis feudi.

Tit. L.

SVcceſſionis feudi talis eſt natura [q] quòd aſcendentes non [r] ſuccedunt:verbi gratia pater filio: inferius verò filius patri ſuccedit & non [ſ] filia, niſi ex pacto, vel niſi ſit fœmineũ. [t] Tunc enim ſuccedit filia matri [u] & patri: ſecundùm quoſdã [x] ſuccedit nepos ex filio [y] ſolus:& ſic vſq; in infinitum: [z] ex latere omnes per maſculos deſcendentes, vſq; in infinitũ,ſi feudũ ſit paternũ.Paternum [a] autẽ voco,quicunque ex ſuperioribus id acquiſiuit: dummodo ſcias quòd ſi quis habens beneficium, quatuor ſuperſtitibus filiis decedat:& feudum ad vnum ſolum ex diuiſione deueniat, & iſte ſuperſtitib.filiis duobus vel tribus decedat, qui patrueles dicuntur:& ad vnum [b] eorum beneficium feudi ex diuiſione perueniat: & ſimiliter iſte ſuperſtitibus filiis decedat,qui patrueles dicuntur: ad quorum vnum feudum ſimiliter peruenit:ſicut etiam ex aliis ſuperioribus vel primis fratribus ſuperſunt maſculi:ſi ille qui feudum habet, deceſſerit nullo filio relicto: an ad omnes, vel ad quos perueniat, quæritur? Reſpondeo, ad ſolos & ad omnes qui ex illa linea ſunt, ex qua iſte fuit. Et hoc eſt quod dicitur ad proximiores pertinere. Iſti verò proximiores eſſe dicuntur reſpectu aliarum linearum, ſed omnibus ex hac linea deficientibus,omnes aliæ lineæ æqualiter vocantur.

t *tit.*8.ĩ.*eod.*
u Curiæ iudicium non declinatur à vaſallo.
x iudicem, ita Cuiacius legendum monet.*dixi tit.*15.ĩ.*eod.*
y De pœna domini feloniam committentis. *tit.*56.
z ¶*tit.*5.6.7.24. ĩ.*eod.*
a *tit.*26.*ver. domino.* ĩ *eod.*
b Quando feudum licitè alienetur.*tit.*57.
c *v.tit.*81.ĩ. *eod.*
d *tit.*2.26.§.7 *verſ.feudum.*ĩ.*eod.*
e ſine domini conſenſu.
f aliàs non poterit.*tit* 55.
g An pro Alode:& ſi pro Alode num debebuntur laudimia? v. Gl.Hermeni. 2. 3. Ald. Aluaro. Curtiũ 4. parte vltimæ cauſæ 2. regulæ verſ. ſextò quæro.
h Hic lego niſi & ſic datum eſt, arg. verſ. vltim. ĩ.*eod.*
i *tit.* 34. §. 1. ĩ. *eod.*
k non habet. *Hotoman.*
l Quando pactũ non obſtat ſucceſſioni feudi,*titul.* 58.
m i.refutationem.
n id genus refutationis diuerſum eſt ab eo quod ſit domino de quo *v.tit.*14.ĩ.*eod.*
o *facit titul.* 26. *in fi.*ĩ.*eod.*
p his duobus caſibus qui feudum paternum refutat Titio, eiúſque hæredibus,in id regreſſum nunquã habet: quia omnino refutauit, quia conſenſit vt Titius de feudo refutato, tanquam de nouo inueſtiretur. noui ea natura eſt atque conditio, vt in eo agnatus agnato non ſuccedat 1.*feud.* 8. *in fi.* ĩ. *eod.*
q à qua ſæpius cõuentione diſceditur, *vt titul.* 84.ĩ.*eod.*
r *excipe d.tit.* 84.
ſ 1.*feud.*1.§.3.
t *tit.*11.ĩ.*eod.*
u 1.*feud.*15.
x Gerardum ſcilicet.*tit.* 51. §. 3.ĩ.
y ex filia, quidam ita legunt.
z 1.*feud.*1.§.4.
a Paternũ feudum quid, *adde* 1.*feud.*4 4.§.2.
b *tit.*93.ĩ.*eod.*

## DE [a] CAPITANEO QVI CVRIAM VENdidit, an intelligatur beneficium vendidiſſe.

### TIT. LI.

a Beneficium in curiæ venditione non contineri. *tit.60.*

QVidam capitaneus in quadam curte ſua beneficium dedit militibus, & poſtea eandem curiã vendidit, non habita mentione beneficij. Controuerſia eſt inter capitaneum & emptorẽ, dicente emptore ſe curiam cum beneficio emiſſe : domino verò contra dicente, ad eum beneficium non pertinere. Reſpondetur, illud beneficium non [b] contineri, niſi expreſſè de eo actum ſit.

b *dixi tit 26. §. 7. verſ. in generali* ꝫ. *eod.*

1 QVæſitum [c] eſſe apud me ſcio: ſi filius viuente [d] patre dominum offenderit, ita quod feudum amitteret, ſi pater deceſſiſſet: vtrum feudum amittat: vel non? ſecundum iſtos ſic, ſecundum Gerardum non, & Obertum ſimiliter.

c Vtrum filius vaſalli feudum amittat viuo patre *tit.61.*
d Indignus eſt filius ſucceſſione feudi ob feloniam commiſſam viuo patre. *vt hic*, niſi à patre ad dominũ reductus eũ placarit. *tit.55.§.2.*ꝫ. *eodem.*

*Diſpoſitio ſolius animi ad delictum, non perficit delictum: ſed inſidiæ habentur pro delicto contra dominum conſummato. Bald.*

2 SI [e] voluerit vaſallus dominum offendere, ſed [f] non laborauerit: feudum non amittit. Gerardus & Obertus, ſimiliter etiam ſi laborauerit, non amittit feudum, niſi [g] inſidiatus ei fuerit, & hoc probatum fuerit.

e Non puniri vaſallum ex ſola cogitatione *tit. 62.*
f *adde l.18. ff. de pœnis.*
g *1. feud. 5. & 16.*

*Feudum non tranſit ad fœminam, licèt per pactum ſit actum, ſi vaſallus ſupereſt. Bald.*

3 SImiliter [h] ſi quis inueſtitus fuerit de feudo, ita vt ad fœminas tranſiret, & duas filias tantum reliquerit, quarum vna filium habeat, & altera filiam: vtrum poſt mortem illarum maſculus tantum feudũ habere debeat? ſecundum Gerardum maſculus tantum. Obertus contra. & econtra ſi filios ille habuerit.

h De ſucceſſione nepotis ex filia *tit.63.*

FIlius [i] non [k] poteſt recuſare hæreditatem patris abſque feudo, propinquus autem poteſt.

i Differre agnatũ à filio in ſucceſſione feudi *tit.64.*
k *tit.45.*ꝫ.*eo.*

*Si contentio eſt inter vaſallum & emptorem de feudo: vaſallo deficiente in probatione, electio iuriſiurandi datur emptori. Bald.*

SI [l] contentio fuerit inter filiam & propinquum de hæreditate & de feudo: cùm filia feudum habere non poterat: quia dicat ipſa, hoc eſt de mea hæreditate: [m] & ille dicat, imò de feudo: electio [n] propinqui erit diſcernere veritatem iureiurando. Gerardus & Obertus. Et ſimiliter ſi contentio fuerit inter aliquem qui emiſſet [o] à ſeniore, & vaſallum: qui dicat vaſallus, hoc eſt de feudo meo: ille autem neget: electio emptoris eſt veritatem iureiurando diſcernere, cum pares curtis veritatem non teſtantur: Gerardus & Obertus.

l De contentione feudi inter filiam & propinquos, vel inter vaſallum & emptorem *tit.65.*
m i. alode.
n *dixi titu. 26. §.1.*
o *tit.41.*ꝫ.*eo.*

*Feudum non poteſt conſtitui ſub pacto legis commiſſoriæ. Bald.*

6 SImiliter [p] feudum lege commiſſoria [q] datum non valet, id eſt, ſi ad certum tempus pecunia non ſoluatur creditori, vt habeat in feudum. Gerardus. & ſecundum Obertum valet.

p de pacto legis commiſſoriæ *ti. 66.*
q *1. Feud. 27.*

7 SImiliter [r] poteſt feudum dari ad certum [ſ] ſeruitium. Gerardus & Obertus.

r Vt feudum ad certum ſeruitiũ dari poteſt. *tit. 67.*
ſ *tit.23. inf.*ꝫ. *tit. 104.*ꝫ.*eod.* ita ad incertum 104. *in fin. principij.*

## DE PROHIBITA FEVDI ALIEnatione per Lotharium [t].

### TIT. LII.

t *ſc. tit.3.§.1. tit. 9.24.§.3.39. 44.*ꝫ.*eo.55.*ꝫ.*eod.*

*Feudum vaſalli non alienent ſine voluntate dominorum ſuorum. Bald.*

Lotharius diuina fauente clementia III. Imperator Romanorum, pius, felix, inclytus, ac triumphator, ſemper Auguſtus, Vniuerſo populo.

IMperialis beneuolentiæ proprium eſſe iudicamus, commoda ſubiectorum inueſtigare, & eorum calamitatibus diligenti cura mederi: ſimiliter reipub. bonum ſtatum, ac dignitatem imperij omnibus priuatis commodis præponere. Quocirca omnium fidelium noſtrorum tam futurorum quam præſentium nouerit vniuerſitas, qualiter dum apud Ronchalias [u] ſecundum antiquorum imperatorum conſuetudinem pro iuſtitia ac pace regni cõponenda conſideremus: omnia quæ ad honorem imperij Romani ſpectare videntur, ſolicitè indagantes, pernicioſiſſimam peſtem, & reipub. non mediocre detrimentum inferente reſecare propoſuimus. Permultas enim interpellationes ad nos factas comperimus [x] milites ſua beneficia paſſim diſtrahere: ac ita omnib. exhauſtis, ſuorum ſeruitia ſubterfugere: per quod vires imperij maximè attenuatas cognouimus, dũ proceres noſtri milites ſuos omnibus beneficiis ſuis exutos ad fœliciſ. noſtri numinis expeditionem nullo modo trãſducere valeant. Hortatu itaque & conſilio archiepiſcoporum, ducum, comitum, marchionum, palatinorum, cæterorúmque nobilium, ſimiliter etiam iudicum hac edictali lege in omne æuum Deo propitio valitura decernimus, nemini [y] licere beneficia quæ à ſuis ſenioribus habent, ſine ipſorum permiſſione diſtrahere, vel aliquod commercium [z] aduerſus tenorem noſtræ conſtitutionis excogitare, per quod imperij vel dominorum minuatur vtilitas.

u *tit.33. §.1. tit. 40.*ꝫ.*eo. tit.55.*ꝫ. *eo. Guntherus 2. Ligurini. Authent. habita C. ne filius pro patre.* Roncaliæ campi ſupra Padum nõ procul à Placentia in quibus ſolebant Imperatores olim conuẽtus cogere ſolennes. *adde Abbatem Vrſpergenſ.*
x Cauſa huius conſtitutionis.
y Regula generalis de alienatione feudorum *adde tit.55.*ꝫ *eo.*
z puta pignus.

Si quis verò contra hæc noſtræ legis ſaluberrimæ præcepta ad huiuſmodi illicitum cõmercium acceſſerit, vel aliquid in fraudem huius legis machinari tentauerit: pretio [a] ac beneficio ſe cariturum agnoſcat. Notarium [b] verò qui ſuper hoc tali contractu libellum vel aliud inſtrumẽtum conſcripſerit: poſt amiſſionem officij, ipſum infamiæ periculum ſuſtinere ſancimus. Datum 7. die menſis Nouembris, M.C.XXXVI.

a *tit.24.§.3. inf.* ꝫ.*eod.*
b de pœna notarij cõtractum illicitum cõſcribentis.

Imperator Lotharius Auguſt. vniuerſo populo.

2 SAtis bene diſpoſitum ad vtilitatem regni, & ad pernicioſam peſtem deſtruendam, in ſcriptis inſerere curauimus. Quidam [c] miles bina beneficia à duobus dominis, prout ſolitum eſt, acquiſiuit: qui decedens duos reliquit filios, qui paterna beneficia inter ſe diuidentes, alter eorum domino ſuo pro beneficio quod ad eum peruenit, fidelitatem nullo antepoſito, [d] ſicut pater fecerat, fecit. Alter verò frater pro ſuo beneficio alteri domino ſuo ſimiliter, quia nullum alium dominum habere videbatur, nullo antepoſito fidelitatem fecit. Defuncto poſteriore fratre ſine filiis, vtique [e] feudum in querimoniam venit, vt prius perſonam, & ſic dominus poſterior talem fidelitatem quærit, qualẽ eius frater fecerat. Quas amputantes altercationes, ſancimus quod frater fecit [ ſcilicet in dando ſimpliciter] nil [f] ſuperſtiti obeſſe: licet in ſecundam & tertiam generationem, & vſque in infinitum peruenit, ſi hoc actum erit.

c *tit.93.*ꝫ.*eod.*
d i. excepto quod eſt feudi ligij proprium *tit.99.*ꝫ *eod.*
e vtrunque feudum in vnam vẽ prius venit perſonam. ita legitur in fragmentis Ardizonis.
f Feudum diuiſione hæredum naturam ſuam non immutat.

*Si vaſallus intra annum & diem doloſè non petierit inueſtituram, amittit feudum. Si verò iuſta cauſa impeditus non fecerit, non perdit feudum. Bald.*

Imperator Lotharius Auguſtus, &c. Eugenio [g] papæ, & vniuerſo populo.

1 QVoniam inter [h] dominum & vaſallum nulla fraus nec vllum malum ingenium debet interuenire, idcirco per hanc præſentem legem ſancimus, ſi vaſallus nõ [i] doloſè per annum [k] & diem ſteterit quod à domino ſui beneficij inueſtituram non petierit: feudum non ob hoc amittat. dolus [l] enim abeſſe videtur, ſi iuſta cauſa impediente ſteterit. Datum 6. kalendas Septembr. anno à natiuitate Domini M.C.XXVII. indictione V.

g Nihil Eugenio ad Lotharij 3. tẽpora, ideóque hanc vocẽ Molinæus expungit. *in Conſue. Pariſ.*
h *Titul.97.*ꝫ.*eod.*
i aliud ſi doloſè *2. feud.21.*
k *1. feud.22.*
l *Titul.97.*ꝫ.*eod.* Dolus abeſſe videtur ſeu intelligitur, ſi iuſta cauſa impediẽs probetur. Ita legitimum tempus nunquam peremptorium, ſi legitima probetur excuſatio, *arg. l. Cum à matribus Cod. qui petant tutor. l. quæſitum. ff. de re iudicata.*

## DE PACE [m] TENENDA INTER ſubditos, & iuramento firmanda & vindicanda: & de pœna iudicibus appoſita, qui eam vindicare, & iuſtitiam facere neglexerint.

### TIT. LIII.

m inita cum Mediolanenſibus, primo bello Mediolanenſi.

Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus, vniuerſis ſubiectis ſuo Imperio, Salutem.

HAc edictali lege in perpetuum valitura, iubemus, vt [n] omnes noſtro ſubiecti imperio, verã & perpetuam pacẽ inter ſe obſeruẽt: & vt inuiolata inter omnes perpetuo obſeruetur, du-

n lex in quoquo territorio ligat ſolos ſubditos: extra territorium, non obligat.

ces, marchiones, comites, capitanei, valuaſores, & omnium locorum rectores, cum omnibus locorum primatibus & plebeiis, à decimo octauo [a] anno [b] vſque ad ſeptuageſimum, obſtrringantur iuramento, vt pacem teneant, & rectores locorum adiuuent in pace tenenda atque vindicanda: & in fine vniuſcuiuſque quinquennij de prædicta pace tenenda omnium ſacramenta renouentur.

¶ Si quis verò aliquod ius de quacunque re vel facto contra aliquem ſe habere putauerit, iudicialem [c] adeat poteſtatem, & per eam ius ſibi competens exequatur.

¶ Si quis verò auſu temerario prædictam pacem violare præſumpſerit: ſi [d] ciuitas eſt, pœna centum librarum [e] auri [f] cameræ noſtræ inferenda puniatur: oppidum verò triginta [g] libris auri mulctetur: duces autem, marchiones, [h] & comites quinquaginta auri libras præſtent: capitanei quoque & maiores valuaſores, viginti [i] auri libris puniantur: minores verò valuaſores & omnes alij prædictæ pacis violatores [k] tres libras auri inferre cogantur, & [l] damnum paſſo ſecundum leges reſarciant.

1 ¶ Iniuria ſeu furtum legitimè [m] puniatur. ¶ Homicidium quoque & membrorum deminutio, vel aliud quodlibet delictum leganter [n] vindicetur. ¶ Iudices verò & locorum defenſores, vel quicunque magiſtratus [o] ab Imperatore, vel eius voluntate conſtituti ſeu confirmati, qui iuſtitiam facere neglexerint, & pacem violatam vindicare legitimè ſuperſederint: damnum omne iniuriam paſſo reſarcire [p] compellantur: & in ſuper ſi maior iudex eſt, ſacro ærario pœnam decem librarum auri præſtet: minor autem pœna trium librarum auri multetur.

¶ Qui [q] verò ad prædictam pœnam perſoluendam inopia dignoſcitur laborare, corporis [r] ſui correctionem cum verberibus patiatur: & procul ab eo loco quem inhabitat, quinquaginta miliaria per quinquennium vitam agat.

*Domus vbi conuenticula aut conſpirationes fiunt, confiſcatur: & receptans violatorem legis, pari cum eo pœna punietur. Bald.*

2 ¶ Conuenticula [ſ] quoque in ciuitatibus, omnéſque coniurationes, & extra, etiam occaſione parentelæ, & inter ciuitatem & ciuitatem, & inter perſonam & perſonam, ſiue inter ciuitatem & perſonam, modis omnib. fieri prohibemus: & in præteritum factas caſſamus, ſingulis coniuratorum pœna vnius libræ auri puniendis. Epiſcopos verò locorum eccleſiaſtica cenſura violatores huius ſanctionis, donec ad ſatiſſactionem veniant, volumus coercere. Receptatoribus [t] etiam malefactorum, qui prædictam pacem violauerint, & prædam ementibus, noſtram indignationem ſubituris, & eiſdem pœnis feriendis. præterea bona eius publicentur, [u] & domus eius deſtruatur. [x] Qui pacem iurare & tenere noluerit, beneficio & lege pacis non fruatur. Illicitas etiam exactiones, [y] maximè ab eccleſiis (quarum abuſus iam per longa tempora inoleuit) per ciuitates & caſtella omnino condemnamus & prohibemus: & ſi factæ fuerint, in duplum reddantur.

*Sacramenta puberum ſpontè facta ſuper contractibus rerum ſuarum, inuiolabiliter obſeruentur. Iacob. de Bel.*

3 ¶ Item ſacramenta [z] puberum ſpontè facta ſuper contractibus rerum ſuarum non retractandis, inuiolabiliter cuſtodiantur. Per vim autem & iuſtum metum etiam à maioribus (maximè ne querimoniam maleficiorum commiſſorum faciant) extorta, nullius eſſe momenti iubemus.

a malè XVI. ꝫ. *de pace Conſtantiæ.* §. 17. & apud Radeuicum XIIII. *lib. 3. c. 41.*
b hæc eſt plena pubertas, Langobardiis legitima, *l. 1. & l. ſi infans.* ꝫ. *de prohibit. alien. min.* quam qui non impleuerunt, Gunthero pupilli dicuntur.
c Ius ſibi dicere nemo poteſt, ſed iudicem adire & in iure ius ſuum perſequi. Quid non licebit debitorem fugientem perſequi vel præhendere? Poſſis fugienti rem tuam auferre: Poſſis & fugientem vna cum re tibi obligata manu iniecta capere & iudici offerre. imò poſſis & ſine re fugientem capere & iudici ſiſtere. *Bart. in l. ſi alius. §. belliſſime ff. quod vi.* Illud literis aureis dignum eſt, Ciuitatem, quæ ſuperiorem nullum habeat, res ſibi ab alia ciuitate ereptas, propria authoritate per vim recuperare, vbi iudicis non ſit copia, *Bart. in l. 1. Cod. de quo in ſua cauſa.* Rat[illegible] hic. a[illegible] in alienam [illegible] territorio: quippe in ſuo ac proprio territorio, iudicis haberet copiam, aut certè iudicis copia ei non deeſſet.
d Pœnas pecuniarias grauiores præſtat quiſque quo maior & nobilior eſt, *vt hic.* notãda hic proportio eſt pœnarum, pœnã ciuitatis pacẽ violanti eſſe auri librarum 100. Oppidi 30. Ducis Marchionis & Comitis, 50. Capitanei & maioris valuaſoris 20. minoris valuaſoris 3.
e Pœnã pecuniariã rẽ non tãtũ præſtat aduerſaria, ſed & damnum ipſum, *vt hic ca. 1. de iniuriis.* Interdũ & tertiam pœnam patitur corporalem. § 1 ꝫ. *eod. l. locatio §. illicitè ff. de pœnis.*
f Vrſpergenſis legit Marcas nõ idem tamen eſt marca & libra. Marca duas libras continet.
g puri ſcilicet, Omnis pœna auri, auri puri intelligitur.
h XX ita legũt veteres, Radeuicus & Guntherꝰ.
i Marchiones 50. Comites 40. *Vrſpergenſ.*
k *v. Vrſpergenſ.*
l decem: alij prout facultas fert, vſque ad tres. *Vrſpergenſ.*
m Iniuriæ pœna legitima eſt, *vt hic.* At quæ? In ciuili vel Prætoria, pars æſtimata, iudex definit pœnam. *§. pœna Inſtit. de iniuriis.* In criminali pœna iniuriæ, Iudex arbitrio ſuo eã definit. *l. vlt. in fin. ff. de iniur. §. in ſumma. Inſt. de iniur.* vna tamen per aliam tollitur. *l. ſenatus. l. Prætor §. 1. de iniuriis.*
n Homicidij ſpontè non ad ſuã tutelam, aut caſu admiſſi pœna legalis hoc eſt legitima, *vt hic.* Atque? capitalis. *l. 3. §. penult. ff. ad l. Corn. de ſic. §. Itẽ lex Cornelia Inſt. de publ. iud.* Quid ſi homicidiũ ſequuta eſt pacis violatio? *v. §. ſi violat. ſ. de pace tenenda.*
o Iudices in ciuitatibus Imperio ſubiectis ab Imperatore eiúſve voluntate cõſtituendi, *vt hic.* Verum cõſuetudine receptũ eſt, vt ſingulæ ciuitates, ſua regimina habeant, & merum imperium à ſe: vt olim Præſes Prouinciæ habuit. *Gl. ſſ. l. vlt. Cod. de præſcript. longi temporis.*
p Pœnam in corpore patitur violator pacis, vt & Iudex in iure reddendo negligens, ſi pecuniariam ſoluere non poſſint. Ita nemo inopia toleratur à pœna: minuitur tamen aut potius nulla remittitur propter inopiam. *l. eos C. de modo multar.* Quid ſi pœnæ debitor partẽ ſoluerit? ratione alterius etiam partis, corporalem pœnam pati poteſt: hîc enim agitur de integra ſolutione.
q *adde leg. 2 Cod. de commerciis. l. vlt. Cod. ne ſanct. baptiſm. adde Iuſtinum lib. 9.*
r *dixi ad l. 1. inſt. ff. de pœnis.*
ſ *adde l. 15. Cod. de epiſcopis. l. 5. Cod. de his qui ad Eccleſ. confugiunt. l. 1. ff. quod cuiúſque vniuerſ. l. 1. ff. C. de collegijs.* conuenticula poſſeſſionis noſtræ tuẽdæ cauſa hic non prohibetur. *l. Gracchus. Cod. ad l. Iul. de adult.* non confœderationes ciuitatum inter ſe, ad mutuam tutelã, ſed coitiones illicitæ. *l. Cõuenticula Cod. de epiſcopis.*
t *titul. 27. §. 1. ſ. eo. l. 1 ff de recept. l. vltim. ff. de abigeis. l. 1. Cod. de his qui latron. l. 14. Cod. de furtis. l. 3. §. 3. ff. de incendio l. penult. Cod. ad l. Iulian. de vi publ. l. 12. Cod. ad l. Fab. de plag. l. 1. C. de crim. pecul.*
u in populum publicentur, diſpenſentur à iudice, diripiantur. Guntherus.
x *vide quæ ſcripſi ad leg. 20. ff. commun. diuidundo. l. 24. ff. de pœnis. l. 4. ff. de re militari.*
y pecuniæ ſcilicet. *l. 2. Cod. de epiſcopis. §. 2. ꝫ. de ſtatutis & conſuetudine. l. 6. §. 3. de officio præſid.*
z tranſlatus eſt hic §. in titulum *Cod. ſi aduerſus vendit.*

## DE ALLODIIS. [a]

### Tit. LIIII.

AD hoc qui allodium ſuum vendiderit, diſtrictum & iuriſdictionem [b] imperatoris vendere non præſumat: & ſi fiat, non valeat. Si verò contigerit allodium aliquod etiam infeudatum [c] conferri eccleſiæ, vel pro oblatione fidelium, vel per emptionis & vinditionis, alteriúſve huiuſmodi contractum: infeudatus niſi per gratiam eccleſiæ, tanquam de nouo receperit, feudum quod habebat, retinere non poterit. Vt autem æquitas quæ in [d] paribus cauſis paria iura deſiderat, per vniuerſitatem totius imperij ſeruetur: firmiter ſtatuimus, tam in Italia quàm in Alemania, vt quicumque indicta publica expeditione Romam, ad ſuſcipiendam imperij coronam, regem, aut ſub rege dominum ſuum non [e] adiuuerit, aut eundo cum ipſo, aut pro quantitate [f] feudi ſtipendia militiæ perſoluendo, ſi de vocatione legitima à domino ſuo conuinci per compares ſuos poterit, feudum perdat: & dominus in ſuos vſus illud habeat redigendi liberam facultatem.

## DE PROHIBITA FEVDI [g] ALIEnatione per Fridericum. [h]

### Tit. LV.

*Omnis alienatio feudi contra hanc legem facta etiam antiqua quantumcunque caſſatur, & bonæ fidei emptori pretium reſtituitur. Bald.*

Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus.

IMperialem decet ſolertiam ita reipublicæ curam gerere, & ſubiectorum commoda inueſtigare, vt regni vtilitas incorrupta perſiſtat, & ſingulorũ ſtatus iugiter ſeruetur illæſus. Quapropter dum ex prædeceſſorum noſtrorum more vniuerſalis curiæ Ronchaliæ [i] pro tribunali ſederemus, à principibus Italicis, tam rectoribus eccleſiarum, quàm aliis fidelibus regni, non modicas accepimus querelas, quòd beneficia eorum & feuda quæ vaſalli ab eis retinebant, ſine dominorum licentia pignori obligauerant, & quadam colluſione nomine libelli [k] vendiderant, vnde debita [l] ſeruitia amittebant: & honor imperij, & noſtræ felicis expeditionis complementum minuebatur. Habito ergo conſilio epiſcopourm, ducum, marchionum, & comitum, ſimul etiam & palatinorum iudicum, & aliorum procerum, hac edictali Deo propitio perpetuò valitura lege ſancimus, vt [m] nulli liceat feudum totum vel partem [n] aliquam vendere vel pignorare, vel quocunque modo diſtrahere ſeu alienare, vel pro anima iudicare, ſine permiſſione illius domini ad quem feudum ſpectare dignoſcitur. Vnde Imperator Lotharius [o] tantum in futurum præcauens ne fieret, legem promulgauit. Nos autem ad pleniorem regni vtilitatem prouidentes, non [p] ſolùm in poſterum, ſed etiam huiuſmodi alienationes illicitas hactenus [q] perpetratas, hac præſenti ſanctione caſſamus, & in irritum deducimus, nullius [r] temporis præſcriptione impediente: quia quod [ſ] ab initio de iure non valuit, tractu temporis conualeſcere non debet: emptori bonæ fidei ex [t] empto actione de pretio contra venditorem cõpetente. Callidis [u] inſuper machinationibus quorundam obuiates, qui pretio accepto, quaſi ſub colore inueſtituræ, quam ſibi licere dicunt, feudum [x] vendunt, & in alios transferunt: ne tale figmentum vel aliud vlterius in fraudem huius noſtræ conſtitutionis excogitetur, modis om-

a *tit. 17. in fin. 26. §. 1. & 29. ſ. eod.* Alodium, cuius poſſeſſor nemini laudes eſt. Inde alodium, proprietas dicitur 29. ſ. *eod. 1. feud. 4. §. 2.* & proprium 42. ſ. ius pprij 44. ſ. *eod.* hæreditas 45. & 51. §. 3. res mancipi à Sigeberto.
b Aliud feudum, aliud iuriſdictio, *vt hic, & tit. 5. ſ. eod. 1. feud. 5. in fin.* ideóque à vaſallo adquiſita, feudo non adcreſcunt, *tit. 8. §. 2. ſ. eod.* alienatione feudi iuriſdictio non comprehendetur 26. §. 7. *verſ. in generali. ſ. eodem.* Et tamen veriſimile ad inſtar feudi, ſine domini conſenſu alienari iuriſdictionem non poſſe.
c Alodium infeudari poteſt.
d Paria paris iuris cenſetur.
e *v. 24. §. 2. ſ. eodem. 1. feudor. 5.*
f *v. tit. 40.*
g proprij vix eſt enim vt hæc conſtitutio ad feuda impropria pertineat, *de quibus tit. 48. ſ. eod.* quæ naturam & conditionem recipiunt mutua domini & vaſalli conuentione.
h *tit. 3. §. 1 ſupr. eod. Radeuic. 2. c. 7. adde Guntherum.*
i *dixi tit. 52. ſ. eod.* k aut inueſtituræ ꝫ. *eod.*
l Cauſa huius conſtitutionis.
m Prima regula de feudorum alienatione & pignoratione.
n & ita ius vetus abrogatur, *9. §. 1. ſ. eod. 1. feudor. 21. §. 1.*
o *titul. 52. §. 1. ſ. eod.*
p Secunda regula de feudorum alienatione.
q leges plerunque trahuntur ad præterita. *dixi ad l. 7. C. de legibus.*
r longi ſc. *adde tit. 40. ſ. eod.* non tamen triginta annorum. *tit. 9. §. 1. 26. §. 4. 1. feu. vlt.*
ſ *dixi ad l. 29. ff. de reg. iur. & ad c. 18. de reg. in 6.*
t *l. 11. ff. de actionibus empti.*
u tertia regula de feudorum alienatione.
x Quarta regula: ſeu prima cauſa feudi amittendi.

nibus

nibus prohibemus:pœna [a] auctoritate noſtra imminente, vt venditor & emptor, qui tam illicitas alienationes reperti fuerint contraxiſſe, feudum amittant: & ad dominum liberè reuertatur. Scriba verò qui hoc inſtrumentum ſciens conſcripſerit,poſt amiſſionem officij, cum infamiæ periculo manum [b] amittat. Præterea ſi [c] quis infeudatus maior [d] quatuordecim annis ſua incuria vel negligentia per annum [e] & diem ſteterit quod feudi inueſtiturã à proprio domino non petierit: tranſacto hoc ſpatio feudum amittat, & feudum ad dominum redeat. [f]

*Si vaſallus legitimæ ætatis non iuerit cum domino in expeditionem,vel illuc,non miſerit alium pro ſe domino acceptabilem:vel non ſoluerit domino dimidiam partem reditus feudi vnius anni:feudum amittet.Bald.*

1 ¶ Firmiter etiam ſtatuimus,tam in Italia, quàm in Alemania,vt[g] quicunque indicta publica expeditione vocatus à domino ſuo,in eadem expeditione ſpatio competenti temerè venire ſuperſederit,vel alium[h] pro ſe domino acceptabilem mittere contempſerit,vel dimidium [i]reditus feudi vnius anni domino non ſubminiſtrauerit,feudum quod ab epiſcopo,vel alio domino habuit, amittat: & dominus feudi in vſus ſuos illud redigẽdi modis omnibus habeat facultatem.Præterea ducatus,marchia,comitatus,de cætero non [k] diuidatur: [l] aliud [m] autem feudũ, ſi conſortes voluerint, diuidatur:ita [n] vt omnes qui partem feudi habent iam diuiſi,vel diuidendi,fidelitatem faciant:ita [o] tamen,vt vaſallus pro vno feudo plures dominos habere non compellatur: nec dominus [p] feudum ſine voluntate vaſalli ad alium transferat.

*Si filius vaſalli offendit dominum patris ſui,tunc aut pater à domino requiſitus debet eum ducere ad ſatisfaciendum domino,aut filium à ſe ſeparare: alioqui priuabitur feudo.Bart.*

2 ¶ Inſuper ſi filius[q]vaſalli dominum offenderit, pater à domino requiſitus deducat filium ad ſatisfaciendum domino:vel à ſe filium ſeparet: alioqui feudo priuetur. Si autem pater vult eum deducere vt ſatisfaciat,& filius cõtemnit: patre mortuo in feudum non ſuccedit: niſi prius ſatisfecerit domino.Paríque modo vaſallus pro omnibus ſuis domeſticis faciat.Illud quoque præcipimus, vt ſi vaſallus de [r] feudo ſuo alium vaſallum habuerit: & vaſallus vaſalli dominum domini ſui offenderit, niſi pro ſeruitio alterius domini ſui hoc fecerit, quem ſine [ſ] fraude antè [t] habuerit,feudo ſuo priuetur:& ad dominum ſuum à quo ipſe tenebat,reuertatur:niſi requiſitus ab eo,paratus fuerit ſatisfacere maiori domino quem offenderit.& niſi vaſallus idemque dominus à domino ſuo requiſitus, [u] eum qui maiorem dominũ offenderit, requirat vt ſatisfaciat, ſuum feudum amittat. Præterea ſi inter duos vaſallos de feudo ſit controuerſia, domini ſit cognitio, & per eum controuerſia terminetur.Si verò inter dominum & vaſallum lis oriatur, per pares curiæ à domino ſub fidelitatis debito coniuratos terminetur. Illud quoque ſancimus, vt in omni ſacramento fidelitatis imperator [x] nominatim excipiatur.

a *adde tit.52.§.1.in fi.ĩ eod.*
b *vide quæ dixi ad Nouel.134.c.vlt.*
c ſecunda cauſa feudi amittendi.
d minori ſuccurritur.
e *dixi 1.feud.22.*
f niſi reſtituatur nam lex vltima *Cod.in quibus cauſ. in integrum.* locum etiam habet in præſcriptionib. ſtatuto & cõſuetudine inductis.
g Tertia cauſa feudi amittẽdi.
h Licet vaſallo muneris ſui vicarium dare *vt hic:facit.tit. 99. in f.& 100.ĩ.eo.*
i *tit.40.ĩ.eod.le. vl.l.§ 2.ff.qui & à quibus manu. l. 25.in f.ff de oper. liber.l.1.ſuprà eodem.*
k Quinta regula de alienatione feudi per diuiſionem.
l ſed maiori natu deferatur: aut eo furioſo, aut infami,ſecũdo genito. *Aurea bulla Carol. 4.ca.*23.alia feuda diuidi poſſunt, *vide ĩ. eo.*
m nõ regale ſcilicet,*Tit 26.§.4. verſ.omnes.ĩ. eo. 1.feud.9.*
n *vide titul. 77. ĩ.eodem.*
o *Tit.102.ĩ. eod.*
p *tit.9.inf.34.ĩ. eod.1.feud.22.§.1.*
q *dixi ad tit.51. ĩ.eod.*
r *2.feud.3.§.1.& titul.9.*
ſ hinc illud Gallorum *Le vaſal ſe peut iouer de ſon fief, iuſques à la main mettre au baſtõ*:vel, *iuſques à demiſſiõ de foy*: i. feudo ſuo abuti poteſt, dũ ne à fide & cliẽtela ſe ſuúmque feudum ſubducat.
t *Tit.28. in fin. ĩ.eod.*
u *Tit.6.verſ.honeſtum. titul. 22. 24.§.1.2. verſ. illud.tit.27.§.2.*
x *v.tit.7.ĩ.eodem.*
y Quid: regalia quæ ſunt: Nã hîc exẽpla quędã ſubiiciuntur, tantũ at nõ ipſa Regalia finiuntur? Regalia, iura ſunt ſumma Regis ac regni: Regi eiuſque fiſco vel Coronæ debita honoris ſupremi ergò, quaſi laborum præmia,vt regi,regnóque tuendo inſeruiant. Horum quædam maiora, quædam minora ſunt. Maiora ſunt hæc.Legem condere, Magiſtratus creare. Nobilitati & famæ reſtituere,legitimare ſpurios, monetam cudere, Ætatis veniam concedere. Iure regni incolendi donare extraneum,Tabelliones creare, ſuperindicta imponere Pœnæ Capitalis & Iuriſiurãdi gratiam facere, vt poſſis agere. Minora verò ſunt hæc,multarum & pœnarum compendia,tributa & ſimilia. Quid poteſtne eas cedere Princeps? Poteſt: his temperamentis adiectis, vt ne Regalia iura ſua cedet ſine ſumma neceſſitate,ac vt ea cedat ex cauſa neceſſaria, vt ne ea tota cedat, deinde vt quæcunque cedit, ſuopte motu ac ſua ſponte, ſciens prudénſque cedat,Principatus iure ſemper excepto: quod etſi nominatim non fuerit exceptum, tacitè tamen exceptum intelligatur:(cùm aduerſus omnes regalia poſſidentes,in eius regno,ius inſtituendæ actionis habeat) adeo vt ius id nullo tempore poſſit præſcribi. Videamus qua lege cedi poſſint? ſpecialiter ceſſa, ſpecialiter ac reſtrictè; ſimilia tamen etiam intelliguntur. Quid ſi generaliter ceſſa? ſi cum ducatu comitatu aut regali aliqua dignitate ceſſa, etiam maiora iura Regaliorum (de quibus ſuprà.) tranſlata intelliguntur: ſi ſine regali dignitate, minora tantum. Quid ſi quædam expreſſa & generalis clauſula adiecta, omnia conceſſa, ſunt dicenda: Quid:ſoláve Principis ceſſione conceduntur, an etiam præſcriptione temporis cuius non extet memoria poſſunt adquiri? Poſſunt:vel ea, quæ maiora Regalia paulò ante diximus, adeo vt quorundam opinione,neceſſaria non ſit ipſius Principis ſcientia: hoc eſt præſcribi poſſunt etiam ignorante principe.Quid regalia iura quæſita Duci,Comiti, Ciuitati,quo tempore aduerſus Ducem, Comitem(ciuitatem adquirere poſſumus) annis 30. vel 40. Imò opinione quorundam, decennio,cum titulo & bona fide: ſic tamen vt quibuſdam regalibus iuribus, præſcriptis, ne omnia præſcripta putemus. Ponamus Principem regalia iura ſua alicui conceſſiſſe: non poterit Princeps ipſe, iuribus illis vti in territorio ea iura accipientis? Quidam putant, maiora iura illa Regaliorum exercere poſſe in territorio eius qui accepit,at non minora.

z Regalia ſunt hæc quæ ſequũtur: vt ab Imperatore aliquo Rege creato, hæc quæ ſequuntur eum ſequantur. Dicta autem Regalia, vel quod Regi hoc eſt ſupremo principi competunt, vel quodà regibus vſurpata.
a Regalia ſunt armanniæ,&c.
b Armanniæ, fabricæ,& publica armamentaria, *Nouell.* 85. Breuiculum reditus Eccleſię Romanę,locauit comitatũ cum publicariis & Armãniis, Aliud ſunt ab Arimaniis ſeu officiis apparitorũ.Nam Armanni ſunt qui magiſtratib⁹ parent,*l.58. Lãgob. & l 2 ſedit. l.10. de præſc.*Fuerint igitur Armaniæ nõ locus ipſe armamentarij,ſed ius armorum fabricandorum, aut vectigal ex licentia arma faciendi non alii qui putemus vectigal ex armentis aut ſcripturæ genus.

## QVÆ [y] SINT REGALIÆ [z]

### Tit. LVI.

Imp.Fridericus.

Regaliæ, [a] armandiæ, [b] viæ publicæ, flumina nauigabilia, & ex [c] quibus fiunt nauigabilia, portus,ripatica, [d] vectigalia, [e] quæ vulgo dicuntur telonia, moneta, [f] multarum pœnarúmque [g] compẽdia, [h] bona vocantia, [i] & quæ vt ab indignis, [k] legibus auferuntur,niſi[l] quæ ſpecialiter quibuſdam conceduntur:bona cõtrahẽtium inceſtas [m] nuptias, condemnatorum [n] & proſcriptorum, ſecundum quod in nouis [o] conſtitutionibus cauetur, angariarum, [p] parangariarum,& plauſtrorum, [q] & nauium præſtationes, & extraordinaria [r] collatio ad feliciſſimam regalis numinis expeditionem,poteſtas conſtituendorum, [ſ] magiſtratuũ ad iuſtitiam expediendã:argentariæ[t] & palatia in [u]ciuitatib.conſuetis:piſcationum [x] reditus & ſalinarum, [y] & bona committentium crimen maieſtatis, [z] dimidium [a] theſauri in loco Cæſaris inuenti, non data opera, vel loco religioſo: ſi data opera, totum ad eum pertineat.

c id eſt, omnis vtilitas ex decurſu fluminũ proueniens.
d id eſt,portoria quæ ſoluuntur à ripã tranſeuntibus: Cæteræ ripæ ipſæ nõ cenſentur inter regalia: cùm earum vſus ſit publicus: protectio tamen & cuſtodia ipſa regaliorum eſt.
e *C. vectigalia. noua.*
f *l. penultim. Codice de falſa moneta.*
g Pœnæ maleficiorum ſunt fiſcales. *adde l. mulctarum. Cod. de modo multarum. l. 1. ff. de iure fiſci.*
h id eſt, banna. *l.5. Cod. de modo multarum.* niſi quæ ſpecialiter quibuſdam conceduntur. *vt ĩ. eodem.*
i *leg. 1. Cod. de bonis vacantib. l. penult. Codic. de præfect. ſacricubicul. l.96. §.1.ff. de legat.*
k *ff. & Cod.de his quæ vt indignis.*
l *l.5. §.2. ff.de his, quæ vt indignis l.7.ff. de iure patr. l.2. Cod. de epiſcop. audient, l. penulti. Codic.de legat.*
m *l. 6.Cod. de inceſtis. Nouell.12.*
n *vide Nouell. 134. l.vlt.Cod.de bonis damnat.*
o Nouellis.
p *l.9.l.20. Cod.de curſu public.*
q *l.10.l.11.Cod.de ſacroſ.eccleſ.*
r *l. 27. §. 3. ff.de vſufructu.* feudum dicitur: *Otho Friſingen.2.*
ſ *l.1.ff.de ambitu.*
t argenti fodinæ, ſalinæ, *l.4. de rebus eorum qui ſub tutel.* Hotomanus intelligit poteſtatem argentariæ permittendæ. *argu.l.10.ff.de edendo. l.24. ff. de rebus auct. iud. adde Edict.Iuſtin. 7.9.*
u *l.14.ff.de offic. reſt.prouinc. l.26.Codic. de operib. public. Dion. 53.* Placia vel Placita fortè legendum eſſe monet Hotomanus *argument. l. 1. Digeſtis & Codic de nundinis.*
x *l.17.ff. de verbor.ſignific.*
y Salinæ in publicis locis inuentæ,principis ſunt: *vt hic.* in priuatis, priuatorum.*l. forma.§.ſi vir. ff. ſoluto matri.*
z. *l.5.Cod.ad l.Iulian.maieſt.*
a Theſaurus inuentus non data opera in loco Cæſaris vel religioſo, hoc iure pro dimidia parte cedit inuentori: data opera quæſitus totus ei cedit, id eſt, fiſco. *l.3 §.10. ff. de iure fiſci. dixi ad Nouell. Leonis 51.*

## QVOT TESTES SVNT NEceſſarij ad probandam feudi ingratitudinem.

### Tit. LVII.

*Ad probandam ingratitudinem delicti,quinque teſtes requiruntur idonei,opinionis integræ,& manifeſtè probantes.Bald.*

Imperator Henricus Aug. Vniuerſo populo,&c.

Si vaſallus inhoneſtis factis atque indecentibus machinationib.dominum ſuum offenderit, inſidiíſque eum clandeſtinis vel manifeſtis appetiuerit,vel inimicis [b]eius ſuas amicitias copulauerit,atque in aliis ſic [c] verſatus eſt,vt potius inimicus quàm fidelis eſſe credatur, vel ſi eum cucurbitauerit [d], ſeu in campeſtri bello ſuum dominum reliquerit: feudo priuabitur. Quod non obtinere ſancimus, niſi quinque [e] teſtibus ſummæ atque integræ opinionis probatum fuerit manifeſtè. Datum [f] 8. Idus Auguſti feliciter.

b *dixi ad l.20. Cod. de inofficioſo.*
c & ita ex præſumptione priuari poteſt.
d *1.feud.5.*
e Probanda eſt ingratitudo vaſalli erga dominum quinque teſtibus.*vt hic,* Ita amplior hic numerus teſtium exigitur quàm in lege vbi *ff.de teſtibus.* Quid ita varie? Ingrati crimen patet latiſſimè, vt quod feudi priuatio ſequatur. Proinde plures teſtes exiguntur.
f Hanc conſtitutionem Imperatoriam eſſe poſſis colligere,licet Gloſſa dubitet

a Quando feudum de camera ſit dandum.*tit.68.Cuiac.*
b *tit.1.in fi.tit.2.§.3.eod.*
c feudum de camera vel cauena, tum demum peti atque exigi poteſt, quando camera vel cauena idonea eſt: hoc eſt: ex ea ſolui poteſt, niſi forte culpa ipſius domini camera vel cauena exhauſta eſt: tunc enim, vt deſtituta atque inops ſit, ſoluere dominus cogitur. Quid ſi hæc Camera ſeu Cauena domini ſit exhauſta: alia non ſit? ſi quæ inſerta eſt contractui feudi camera vel Cauena, exhauſta eſt, nihil præſtatur vaſallo. ſin locus eſt adiectus demonſtrationis tantum loco, vtrumq; is locus ſit exhauſtus, alter non ſit, præſtabitur Camera vel Cauena vaſallo. *arg.l.vlt.ff. de contra.empt. l. quod à teſtamēto. ff de legat.1.* Quid ſi certis annis ſit exhauſta? vbertate ſuperuenēte, vaſallo præſtabitur omnis, etiam præteriti temporis, vtilitas. Quid: in aliis feudis quàm cameræ vel Cauenæ, idue ſeruatur, vt in feudo vaſalli potior ſit cauſa domini inopis, quàm vaſalli: ſaltem vt ex eo deducat domin⁹, vt nō egeat. Imò nō ꝑmitti putant, niſi pactum ſit: vel niſi tuēdi vaſalli cauſa inops factus dominus fuerit.
d Creditores domini, præferuntur vaſallo exigenti vtilitates ſibi debitas ex camera vel cauena ipſius domini. Quid ita creditor certat de damno vitando: vaſallus de lucro.
e *dixit tit. 6. in fin.ſ.eod.*
f Qui debent intereſſe inueſtituræ, 69. *Cuiac.*
g Probanda eſt noua inueſtitura Paribus Curiæ, ſi tamē ipſe dominus pares habet: ſi nō habet, etiā extraneis paribus probari poteſt inueſtitura.
h *1.feud. 26.2. feud.2.in fin. pr.*
i *l.7.Longob.de vltim.voluntatib.*
k Pagenſibus *d.l.7.* Pagenſes. *κωμῆται.*
l *l.12.ff.de teſtib.*
m De re communi in feudū danda, & per quos fiat inueſtitura, *ti.70. Cuiacius.*
n Feudum eiuſque inueſtitura in re cōmuni rectè conſtituitur, *adde l. portionem Cod. de donat.l.falſo.Cod.de comm rerum alienat.*

## DE [a] NOTIS FEVDORVM.

### Tit. LVIII.

Notandum eſt in feudo quod de cauena [b] ſeu camera dicitur, non debere dari niſi [c] cùm ſit in camera, vel cauena, vnde ſolui poſſit: vel ſi ita euacuata ſit cauena ſine culpa promiſſoris, expectandum eſt donec iterum de cauena vel de camera dari poſſit. ¶ Dominum autem feudi dare poſſe intelligitur, omni [d] ære alieno deducto. Non enim æquum eſt quem videre egentem, quem prius habuit in coniugem, [e] [vel amicum.]

1 Qvod [f] autem pares tantum debent intereſſe inueſtituræ feudi, & non alij: hoc tunc [g] verum eſt, cùm dominus vaſallos alios [h] habuerit. Alioqui adhibeat dominus quos meliores poterit, liberos tamen argumentatione legis de vltimis voluntatibus, in Lombarda [i] ſcilicet illa quæ dicit, Si quis donationem facere voluerit de ſuis rebus alicui, vel inueſtituram: adhibeat ſibi de parentibus [k] ſuis (& per eandem legem iurant) duos teſtes idoneos, vel tres, vel plures. Pluralis enim locutio, duorum [l] numero contenta eſt.

2 Item [m] ſciendum eſt non eſſe impedimentum inueſtituræ, etſi inueſtituram faciat de re quam communem [n] dominus habeat cum aliquo: quia ſi ſponte diuidere noluerit ille cum quo habet rem communem, qui inueſtiuit: poteſt cogere [o] per iudicem ille qui inueſtitus eſt, vt diuidat. ¶ Item hæredes eius neceſſe [p] habent tenere firmam inueſtituram quam pater fecit. Item eadem [q] lege & eodem [r] iure debet habere rem iſte qui inueſtitus eſt, quam haberet qui eum inueſtiuit, cum cohærede ſuo, ſcilicet [ſ] vt adæquatio [t] percurrat vſque ad quadraginta annos. ¶ Item inueſtitura per ſe, vel per ſuum [u] nuncium dari & accipi poteſt. quæ omnia ſupradicta colligi poſſunt per ſupradictas li. Longobar. titulo de vltimis voluntatibus. l. ſi quis. & C. communi diuidundo. l.1.& 2. ¶ [Idcircò [x] pares neceſſarij ſunt in inſtrumento inueſtituræ, & non alij: ne quid excogitetur falſitatis in perniciem domini, aliis teſtibus inductis, corruptis fortè pecunia, vel odio, vel gratia: quæ non [y] ſunt ſuſpicanda in paribus.]

Si [z] inſtrumentum [a] diceretur falſum à domino: daretur [b] defenſio vaſallo qui inſtrumentum ad ſe deferret: vt in Lombar. [c] qualiter quis ſe defen. d.l. de chartis. & auferetur domino, qui veritatem nouerit, & iniquum erit ſi aliquis ex dono ſuo conueniatur. Domini eſt defenſio ex ordine, [d] cùm vaſallus non poſſideat. ¶ Notandum eſt quòd de omni controuerſia quæ inter dominum & vaſallum oritur. ſi pares veritatem nouerint, omnino cogi debere à domino & [e] paribus dicere veritatem. qui ſi [f] dicant ſe neſcire, cùm ſciant, & vaſallus poſtulet: dominus eos coget iurare, & veritatem dicere: vt C. de teſtibus. l. ſi quando. & in Lombar. vt iudex vnus, &c. & in titulo qualiter quis ſe defend. d.l. ſi qualiſcunque cauſa. & tit. de teſtibus. l. vt quicunque. & l. vlt.

Cvm [g] datur [h] domino defenſio de inueſtitura, quæ dicitur eſſe facta, iurare debet ſe inueſtituram non feciſſe. Cùm [i] verò datur ſucceſſori eius, iurare debet ſe non credere inueſtituram factam eſſe ab anteceſſore ſuo. ¶ Si qua inueſtitura facta eſſe dicetur, ſemper debet nominare [k] dominum à quo inueſtitura facta dicitur: cùm multum diſcrepet ſacramentum hæreditarium à principali ſacramento. C. de rebus cred. & iureiurando. l. 3. & l. generaliter. & vt habes de tutore qui iurat quod credit & exiſtimat: vt C. de iura. calum. l. 2. de conſcientia [l] enim ſua iurare debet, & non de alieno facto (cum iniquum ſit aliquem iurare de alieno facto) heres vel ſucceſſor, nec etiam filius: vt D. rerum amotarum. l. Marcellus. ſed contrarium reperitur in Lombar. quia licet filius minorem virtutem habeat quàm pater,

o *l.26.§.4.ff.de condict. indebit.l.vlt.C. commun.diuid.*
p Hæres factum defuncti mutare non poteſt. facta defuncti firma habere cogitur: eadem lege & eodem iure rem habet, quo defunctus. *l.14.Cod.de rei vindic.l.3. Cod.de rebus alienis. adde l.ex qua perſona.ff.de regul.iuris.*
q Inueſtitutus de nouo beneficio, fingitur eodem iure in re infeudata, quo fungebatur inueſtiens ante conceſſionē inueſtituræ vnde notant poſſe eum prouocare ad diuiſionem *ex l. officium l.vlt.Cod. commun. diuidund.* cùm eius anteceſſor potuerit. r Res feudalis tranſit cum ſua cauſa ſuíſque vitiis.
ſ Communis diuidundo iudicio res producenda eſt ad æqualitatem. *l.penult.Cod. commun.diu dund.*
t De iniqua feudi inter fratres diuiſione poſt 40. annos quæri non poteſt. *l. 3. Langob.de prohib alienat.minor.*
u Per procuratorem inueſtiri poſſumus. *tit. 3. verſ. ſed vtrum. ſ.eod.*
x In inueſtitura feudi, teſtes, pares Curiæ eſſe debent: hoc ideo quòd non præſumatur in illis ſuſpicio cùm ob iuramentū ab iis præſtitum: tum ob beneficium ſuum quod habent à domino. Quid ſi nulli ſint pares? extraneis teſtibus inueſtitura probanda eſt.
y Præſumitur pro vaſallo.
z Si inſtrumentum feudi falſum dicetur. *tit.71.*
a Si de inſtrumento inueſtituræ lis ſit inter dominū & vaſallum, idque dominus dicat falſum eſſe ac ſe nullam feciſſe inueſtituram, ſi vaſallus in poſſeſſione feudi fuerit, iuramēto vaſalli ſtabitur: ſi modo id inſtrumentum neque abolitū neque cancellatum ſit: licet quoque præſumptio ſit aduerſus id inſtrumentum. Quòd ſi vaſallus in poſſeſſione nō fuerit, ſtabitur iuramento domini.
b ſi inſtrumentum feudi falſum dicitur, nō ſit exacta inquiſitio, ſed ſimpliciter poſſidente vaſallo defertur iuramentum: nō poſſidenti domino. Quid ita? quia hic falſi accuſatio, ciuilis eſt? In criminali ſit exactior inquiſitio. *l. vbi C. ad l. Corn. de falſis.*
c *2.tit.54.*
d id eſt, mero iure. 1 *feudor.* 4. §.1.
e Par curiæ parem ſuum cogere poteſt, verum dicere. Cogere inquā, poteſt vt iudex. *l.ſi quando. C. de teſtibus.*
f Teſtis etſi extra iudiciū primò dixerit ſe neſcire, ſi tamen in iudicio poſt dixerit ſe ſcire fallus non videtur. Quid ſi iuratus dixit ſe neſcire? pòſt ſe ſcire citra falſum, dicere nō poteſt. Quid ſi dixerit ſe nō reminiſci, pòſt ſe reminiſci? teſtimonium admittetur.
g Qualiter iuret dominus aut vaſallus cum defenſio ei datur. *tit.72.*

tamen debet præcisè iurare patrem ſuum non fuiſſe debitorem. vt in Lombar. qualiter quis ſe defendere debet. l. ſi contigerit.

*Hic eſt finis feudorum in editione vulgata. Sequuntur fragmenta ſiue extraordinaria capitula, quæ doctiſſimus Cuiacius reſtituit ex Ardizone & Aluaroto vſque ad finem libri quarti. Ac deinde liber V. ab eodem Cuiacio confectus ex variis Imperatorum diuerſorum feudalibus conſtitutionibus.*

## DE ALIENATIONE FEVDI.

### Tit. LXXIII.

Svmmoperè mandare curamus, vt ſi quis aliquem de beneficio inueſtiuerit, quòd ille qui inueſtitus fuerit, non poteſt per proprium vendere, nec [m] pro leuiſſima re locare, nec infeudare. niſi maiorem partem apud ſe retinuerit: & ſi in deſperatione filiorum fuerit, nulla ratione, nec quolibet modo dare poteſt. Quæ omnia ſi facta fuerint, nullius momenti erunt: & eo defuncto, omnia ad priorem dominum reuertuntur, & ſi dominus conqueſtus fuerit paribus, pares auditis rationib. intra anni ſpacium expedire faciant vaſallo non faciente ſatiſdationem, domino dent poſſeſſionem, ſaluis ſuis rationibus: niſi diffinitiuam promeruerint ſententiam.

## DE FEVDIS SCVTIFERORVM [n].

### Tit. LXXIIII.

Feuda ſcutiferorum, vt ad [o] libitum dominorum poſſint adimi, rationis non eſt, dum tamen ſeruiant ſecundum laudationem curiæ.

## DE CONDITIONE FEVDI non impleta.

### Tit. LXXV.

Vt inter conditionalia, [p] & non conditionalia aliqua ſit differentia, dicimus, quòd ſi quis alicui dederit beneficium conditionale (vtpote quæ dantur propter habitationem) [q] deſerta habitatione beneficium amittetur. & etiam cùm certo conſtituuntur ſeruitio, non dato ſeruitio non poteſt retinere beneficium.

## DE FIDELITATE.

### Tit. LXXVI.

Qvoniam de fidelitate mentionem fecimus, ſuper ea aliquid ſummatim deſpiciamus. Si beneficium eſt ſine [r] fidelitate, & vaſallus aliquid, quod ſit contra ſuum dominum fecerit, amittat beneficium laudatione parium: hoc idem dicimus in iis, qui fidelitatem iurant. Si cui militi fidelitas requiſita fuerit à domino, dominus ſecundum quoſdam librum militi oſtendere debet, & miles eam facere debet vel parium laudationi ſtare intra annum: quod niſi factum fuerit, miles ſecundum quoſdam de beneficio damnari poteſt, quod contra præceptum domini Lotharij [ſ] regis Papiæ datum videtur. Librum autem quòd vaſallo oſtendi ſoleat, non neceſſitate fieri, ſed voluntate. Eſt enim quoddam ſignum requiſitæ fidelitatis memoriæ cauſa. Et venit aliquando vt vaſallus dicat domino ſe facturum fidelitatem, quam pares laudauerunt. tunc non perdit beneficium, ſi ſtat per dominum, quod faciat curiā.

Qui fidelitatem iurant, ſi voluntate vtrorumque ſeparatio facta fuerit, fidelitas finitur: ſi ſua voluntate vaſallus vel iudicio partium feudum dimiſit, fidelitas durat.

## SI PLVRES SINT DOMINI VEL VASALLI, an plures [t] fidelitates vel ſeruitia debeantur.

### Tit. LXXVII.

h Iurat de veritate dominus ſi inueſtiuit: de credulitate & certa opinione, eius hæres. Ille iurat ſciens ſe non feciſſe: Hic, opinatione ſua iurat, anteceſſorem non feciſſe inueſtituram.
i Iuramentum ſucceſſoris differt à iuramento authoris: cùm diuerſa ſit eorum in facto ſcientia atque cognitio.
k inueſtitorem ſuum nominare vaſallus debet, ſi de eo ſit controuerſia.
l *tit.33.in fi.ſ.eod.* m *tit.9.§.1.ſ.eod.* n *Θυρεοφόρων.*
o *tit.81.ſ.eod.1.feud.1. §.5.* p *tit.89.ſ.eodem.* q *tit.105.ſ. eodem.*
r Poteſt eſſe beneficium ſine fidelitate, id eſt, fidelitatis iuramento, *tit. 3. in fin. pr. & tit.24.§.1.* at non ſine fide. ſ *tit.52.ſ.eod.*
t *titul.55.l.1.§. 1.ſ.eod.titul.*

Cum

CVm plures fratres vaſalli paternum habent beneficium, donec illud indiuiſum poſſident, vna fidelitas, & vnum ſeruitium domino fieri debet: Si verò partitum [a] fuerit, quot partes, tot erunt fidelitates. Seruitia verò non pro partibus, vt vnum primum, videlicet grauiora, ſed pro quantitate beneficij moderanda. Plures autem domini, etſi feudum inter ſe diuidant, nullo modo niſi vnam fidelitatem ex feudo habere poterunt. Seruitium verò omnibus non grauitate, ſed moderamine faciendum eſt.

a feudum poteſt diuidi: *vt hic*, non tamen regale, *tit.* 55. §. 1. *in fin.*

## CVLPAM [b] VNIVS EX COHÆREDIBUS cæteris non præiudicare.

TIT. LXXVIII.

b *tit.* 93. §. *eod. tit.* 52. §. *eo.*

CVm feudum hæreditarium vni ex cohæredibus propria culpa auferetur à paribus per iudicium, cæteris non præiudicat. Hoc autem ita intelligitur, vt viuo [c] eo, vel ſuis [d] hæredibus feudum ad cæteros venire non intelligatur.

c *tit.* 8. §. *eod.*
d *tit.* 98. §. *eod.*

## VT RATIO VASALLI PRIVSquam [e] domini diſcutiatur.

TIT. LXXIX.

e ad iudiciorum ordinem is pertinet, vt & titulus 82. §. *eod.*

SI contentio fuerit inter dominum & vaſallum, & dominus habuerit aliquam rationem contra vaſallum, & vaſallus contra dominum, vaſalli ratio prius diſcutiatur: quoniam pares maiorem [f] iuriſdictionem habent de [g] ſuo pari, quam de ſuo domino.

f *tit.* 22. *in fin.* §. *eod.*
g id eſt, tam in ſuum conuaſallum, quàm in ſuum dominũ.

## DE EVICTIONE.

TIT. LXXX.

GEneraliter verum eſt in feudis dominos [h] de euictionibus teneri. at ſi quis ſciens [i] inueſtituram alterius beneficij acquiſierit, eo euicto nullam aduerſus dominum vaſallum actionem habere dicimus, quoniam in acquirendo malam habuit fidem.

h *tit.* 8. 25. 46. §. *eod.*
i *tit.* 87. *&* 96. §. *eod.*

## DE FEVDIS IMPROPRIIS [k] QVÆ auferuntur [l] dantis arbitrio.

TIT. LXXXI.

k *tit.* 48. §. *eod.*
l *tit.* 74. §. *eo. tit.* 94. §. *eod.* 1. *feud.* 1. §. 5. *&* *tit.* 2. 11.

VNum quidem non minus vtile, ſed ſatis congruum ſuperioribus aduerti, & ex comprobato [m] vſu in ſcriptis bono arbitrio reducere procuraui. Si quis igitur pro vice dominicaria [n] vel villicaria, vt dicam pro decana, [o] vel aliis quibuſcunque angariis feudum quod improprium eſt, acceperit, niſi ſpecialiter hoc actum ſit inter contrahentes, id eſt, nominatim feudum cum honore feudi, & ita, vt non liceat domino auferre quod datum fuerit, etiam ſi adminiſtratio illa auferatur: quod datũ penitus ablata adminiſtratione ſine omni obſtaculo auferre liceat. Si autem quod ſuperius dictum eſt, probare conetur, & quodammodo poſſidere vaſallus quibuſdam credatur, non iureiurando decidi oportet, ſed teſtibus vel inſtrumento aliisve legitimis probationibus cauſa firmiter approbetur.

m ex eodem vſu ſumitur deciſio, §. 83.
n *dixi s. feud.* 2.
o decania, qui dam ita legunt. Cæterum Decanus Langobardorum & Gallorum legibus, nõ tãtùm is eſt qui in militia, decuriæ imperat: ſed & qui domi iudicandi munere fungitur, vt aduocatus, centenarius, millenarius, quingentenarius.

## PRIVS [p] POSSESSIONEM RESTItuendam eſſe quàm de principali cauſa agatur.

TIT. LXXXII.

p *tit.* 20 *&* 39. §. 1. §. *eod.*

SI qua cõtẽtio de beneficio inter aliquos (prout ſæpe fieri ſolet) orta fuerit, ſi vnus dominus vel loco domini habeatur, & alter vaſallus vel loco vaſalli habeatur: ſi per pares ſecundum vſum regni iudicium ventiletur, primò [q] de ſuo recto beneficio inueſtiri debet, & ſi poſſeſſio aliqua perturbata fuerit, modo reſtitui debet.

q *dixi tit.* 2. §. 1. §. *eod.*

## SI VNVS EX FRATRIBVS DEDErit [r] ſuam partem fratri, vel domino vel extraneo.

TIT. LXXXIII.

r i. refutauerit.

SI alter ex fratribus [ſ] qui paternum [t] habeat beneficium, ſuam portionem dederit domino vel alicui extraneo: dominus vel extraneus tamdiu [u] teneat ſine præiudicio quamdiu ille, qui dedit, hæredem maſculum habuerit: ſi verò ſine hærede deceſſerit, alter frater ſi vixerit, vel eius hæres ſine vllo obſtaculo & temporis præſcriptione [x] beneficiũ, quod hæreditarium [y] eſt, vindicet a quocunque poſſidente. Hoc idem dicimus, & ſi fratres fuerint, & alter ab altero ex fratribus acquiſierit: hoc enim veriſſimum ex vſu comprobato didicimus.

ſ de feudo à patre refutato, *v. titulum* 13. §. *eod.*
t de quo *v. tit.* 50. §. *eodem.* 1. *feud.* 4. §. 2.
u *tit.* 78. §. *eo.*
x Longa, non XXX. annorum *vt tit.* 9. §. 1. 26. §. 4. §. *eo.* 1 *feu. vlt. adde tit.* 88 § *eo.*
y Paternum feudum hic dicitur hæreditarium. Interpretib. hæreditariũ eſt quod quis habere non poteſt, niſi ſit hæres.

## PATREM [z] IN FEVDO FILII non [a] ſuccedere.

TIT. LXXXIIII.

z *tit.* 50. §. *eod.*
a excipe caſum qui nunc ſequitur.

QVoddam vſui traditum recordationis cauſa in ſcriptis ponere procuraui. Si quis igitur habens filium, ipſum per dominum inueſtire fecerit, niſi [b] nominatim cum domino pactus fuerit, vt ſi filius deceſſerit ante patrem, quòd feudum ad patrem reuertatur: dicitur defuncto ante patrem filio, patiẽ carere beneficio, & domino adquiri beneficium.

b Pater contracta fiducia filiũ de feudo inueſtire faciens, filio ſuccedit: aliàs non ſuccedit, *d. tit.* 50.

## DE INVESTITVRA FACTA marito vel vtrique coniugi.

TIT. LXXXV.

SI maritus de feudo ſuæ vxoris inueſtiatur ea abſente, niſi nominatim quaſi gerendo [c] vxoris negotium inueſtiatur: ſibi acquirit feudum ea ſciente vel iubente. Si verò vterque in ſimul [d] inueſtiatur, pro parte ſibi proficium: niſi cum iam dicta diſtinctione factum fuerit. & dicimus etiam, vt ſi vnus ante alterum ſine hærede deceſſerit, quod alterius [e] pars domino adquiratur.

c Per geſtorem poteſt inueſtitura accipi *vt hic*: & per nuntium *tit.* 58. §. 2. §. per procuratorem, *titu.* 3. §. 1. *verſic. ſed vtrum.* §. *eod.*
d *tit.* 104. § *eo.* 1. *feud.* 15.
e & ita iuri adcreſcẽdi hoc caſu locus nõ eſt.

## DE FRVCTIBVS [f] FEVDI.

TIT. LXXXVI.

f *addi tit.* 28. §. 3. *&* *tit.* 45. § *eod.*

VNum quidem ſatis vſitatum dicimus, quòd ſi aliquis deceſſerit nullo in feudo relicto hærede, ius feudi ad dominum pertinere dicimus: Fruges autem extantes non ad dominum, ſed ad filias ipſius vaſalli, vel etiam ad vxorẽ eius pertinere, & hac ratione creditor [g] eas retinere poteſt, licèt pignus habere non poſſit: & hoc cum diſtinctione Imperialium Conſtitutionum.

g *tit.* 45. §. *eo.*

## AN PRÆSCRIPTIONE [h] FEVdorum adquiratur.

TIT. LXXXVII.

h Præſcriptione tricennali feudum adquiritur §. *eo. tit.* 9. §. 1. *in fi.* 26. §. 4. 1. *feu. vlt.*

IN beneficiis vt in cæteris contractibus, præſcriptiones currere ſatis humanum, & rationi congruum videtur. Si quis ergo feudum alienum bona fide ab aliquo iuſta traditione acceperit, licet dominus non ſit, cùm verus dominus in traditione putetur, longi [i] temporis præſcriptione ius ſibi acquirit. Si verò malam [k] fidem habuerit, nulla ſe poterit tueri præſcriptione, nec etiã de euictione agere poterit.

i XXX annorũ alias non currit præſcriptio *v. tit.* 8. §. *eod.*
k *tit.* 80. §. *eo. tit.* 96. §. *eod.*

## DE PROBATIONE INVESTITVRÆ.

TIT. LXXXVIII.

l i. de qualitate vaſalli & patis

DE ingreſſu [l] curiæ à quibuſdam varia ac diuerſa putantur: nos autem, quod ſæpius ac rationabiliter in multis curiis & ciuitatibus intelleximus, in ſcriptis bonæ recordationis cauſa inſerere procurauimus. Quicunque igitur beneficium per inueſtituram acquiſierit ſine poſſeſſionis traditione, pares ad inueſtiturã habeat, vt pro ipſo veritas diſcernatur, cùm controuerſia inde fuerit. Sanè ſi poſſidet, aliis quibuſdã adiuuetur adminiculis. Veruntamen quia milites inopes vaſalli ſunt, per teſtes vel per breue teſtatum probatio ſatis competens eſſe dignoſcitur.

## CONDITIONEM TACITE feudum ſequi.

TIT. LXXXIX.

BEneficia conditionalia, [m] quæ in maioribus curiis à veteri tempore eſſe noſcuntur: vt pote Patriarcharum, Archiepiſcoporum, Abbatum, Abbatiſſarum, Du-

m quibus adiecta eſt conditio aliqua *tit.* 2. §. 2. *tit.* 75. §. *eo.*

cum, Marchionum, Comitum, Capitaneorum, ſiue etiam maiorum valuaſorum, ſi duobus, tribus, vel deinceps aliis dantur vaſallis, tacitæ [a] conditiones eos ſequuntur, niſi nominatim in ipſis traditionibus ipſæ conditiones excipiantur. Hoc idem etiam de his conditionibus, quæ nouiter [b] conſtituuntur ad harum ſimilitudinem veriſſimum fore ſapientibus placet.

a Qualitas fundi, fundum tacitè ſequitur.
b v.tit. 108. ſ. eod.

## FRATREM FRATRI IN FEVDO nouo [c] ne ſuccedere.

### Tit. xc.

SI duo fratres in hæredes maſculos & fœminas de beneficio inueſtituram acceperint, altero decedente filia relicta, neptem cum patruo ad feudum venire dicimus: cum vnuſquiſque [d] fratrum ſuæ ſoboli bene conſuluit. Si enim frater ſuus ſine vlla progenie deceſſerit, feudum non ad ſuperſtitem, ſed ad dominum perueniet: niſi pactum de ſucceſſione factum foret.

c aliud in paterno, 1. feud. 8. in fi. tit. 14. §. 2. tit. 20.
d tit. 18. ſ. eod.

## DE INVESTITVRA VETERIS & noui beneficij.

### Tit. xci.

BEneficium intelligitur de veteri [e] & nouo: & cùm de veteri fit inueſtitura, ſatis ſit ſi de recto [f] beneficio fiat inueſtitura. Hæc autem inueſtitura ab vnaquaque [g] perſona fieri poteſt, ſiue ſeculari ſiue eccleſiaſtica, ſi antiquitus [h] eorum conſuetudo fuerit. hæc ſecundum quoſdam, & à fœmina, & à minore 25. ann. fit. De nouo ſi fiat inueſtitura, nominatim & de certa re oportet fieri. Hæc inueſtitura à muliere ſecundum quoſdã non valet: quibuſdã valere placet: quæ ſententia mitior [i] eſt. A minore autem 18. annorum non valet: hoc etiam de minoribus ann. 25. aſſeritur, vt quibuſdam placet. A prælatis Eccleſiarum verò tradi, & legitimè dici poteſt iure, vt valeat inueſtitura, dum tamen diſſipator [k] videri non poſſit: quod ſi aliter intelligeretur, nullum beneficium ab eccleſiaſticis perſonis datum retineri poſſet. Dicitur etiam quòd ſi coniunctæ [l] perſonæ gratia, vel etiam alicui alteri tale dedit feudum, quod duos conſimiles vaſallos acquirere poſſet, inutile eſt beneficium.

e tit. 3. ſ. eod.
f de quo v. tit. 20.
g 1. feud. 1.
h d. tit. & 6.
i ideo ſequenda.
k Prælatus res eccleſiæ infeudare poteſt, at non diſsipare.
l Nouell. 120. c. 5.

## IVSTO [m] ERRORE EXCVSARI vaſallum qui fidelitatem non fecit.

m tit. 26. §. 7. verſ. vaſallus.

### Tit. xcii.

QVicunque paratus eſt facere bene fidelitatem domino ſuo, prout pater fecerat fidelitatem patri vel anteceſſori domini, dum tamen hæc bona fide dicat, & non doloſè, ſed iuſto errore, omnino condemnari non poteſt. Cùm enim controuerſia eſt inter ipſos, per antiquitatem feudi, vel per breue teſtatum, vel per teſtes domino incumbit probatio, alioquin per vaſallum veritas inquiratur.

## FACTVM FRATRIS [n] FRATRI in feudo paterno non nocere.

n v. tit. 78. ſ. eod.

### Tit. xciii.

QVoddam ſatis bene diſpoſitum ad vtilitatem, & ad pernicioſam calliditatem deſtruendam, in ſcriptis inſerere curauimus. Quidam † miles bina beneficia à duobus dominis, prout ſolitum eſt, acquiſiuit: qui decedens duos reliquit filios, qui paterna beneficia inter ſe diuidentes alter eorum ſuo domino pro beneficio quod ad eum venit fidelitatem nullo [o] antepoſito, ſicut pater fecerat, fecit. Alter verò frater alteri domino ſimiliter pro ſuo beneficio, quia alium nullum dominum habere videbatur, nullo antepoſito fidelitatem fecit. defuncto poſteriore fratre ſine filiis, vtrunque feudum in vnam, vt prius, venit perſonam. & ſic dominus talem fidelitatem quærit, qualem frater eius fecerat: quas altercationes amputantes dicimus, illud, quod frater fecit, nihil ſuperſtiti obeſſe: licet in ſecundam & tertiam generationem, & vſque ad infinitum peruenerit.

† tit. 52. §. 2. ſ. eod.
o hoc feudi ligij propriũ eſt. tit. 99. ſ. eod.

## DE FEVDO GVARDIÆ [p] & gaſtaldiæ.

p 1. feud. 2. & 4

### Tit. xciiii.

QVod nomine gaſtaldiæ vel guardiæ in feudum datur, ablata gaſtaldia vel guardia iure auferri [q] poteſt [r].

q v. tit. 81. ſ. eo.
r niſi aliud cõuenerit. tit. 105. ſ. eod.

## DE SVCCESSIONE FEVDI.

### Tit. xcv.

QVidam dominus habens beneficium, reliquit duos filios: & vnuſquiſque ipſorum habuit duos vel tres filios: vnus illorum fratrum deceſſit, vna tantum filia relicta: portionem illius non [ſ] ad omnes ſuperſtites, ſed ad patruos [t] illius & ſuis poſterioribus [u] pertinere dicimus.

ſ tit. 50. in fi. ſ. eod.
t ad fratres, Cuiac.
u i. poſteris, vt l. 3. §. 3. ff. de iniuſto.

## DE INVESTITVRA alieni beneficij.

### Tit. xcvi.

SI quis acceperit inueſtituram alterius beneficij, inutilis eſt hæc inueſtitura: & qui ſciens hoc agit, de euictione [x] agere non poteſt.

x Euictionis nõ agit, qui ſciens alieni beneficii inueſtiturã accepit. tit. 80. in fi. ſ. eod.

## NON AMITTERE FEVDVM EVM qui ſine dolo ceſſauit per annum in petenda inueſtitura.

### Tit. xcvii.

INter [y] dominum & vaſallum nulla fraus [z] debet eſſe, & inde poteſt accipi, ſi vaſallus non doloſè ſteterit per annum [a] quærere inueſtituram ſui beneficij, non damnabitur. dolus [b] enim abeſt, ſi iuſta cauſa impediente ſteterit, vel etiam cum amore ſeruitium fecerit domino conſcio. Dicimus autem vt ſi contra [c] ea quæ in fidelitate nominantur fecerit, beneficio carebit.

y dixi tit. 52. §. 3. in fi. ſ. eo.
z Dolus inter vaſallum & dominum interdictùs.
a & diem 1. feud. 22.
b Dolum excuſat iuſta cauſa impediens.
c 2. feud. 24. §. 2. verſ. ſed 1. feud. 21.

## EX DELICTO VASALLI FEVdum ad dominum redire.

### Tit. xcviii.

VAſallus habens feudum deliquit contra dominum, cui iudicatum eſt agnati cum domino litigant, quidam domino dicunt pertinere: quidam agnato. Dicimus autem ad dominum non [d] pertinere, donec [e] aliquis maſculus ex delinquenti vaſallo ſupereſt, alij verò contradicunt.

d Cuiacius hãc negationem expungit.
e tit. 78. ſ. eod.

## DE FEVDO LIGIO.

### Tit. xcix.

SI quis inueſtitus de feudo ligio, pro quo contra [f] omnes fidelitatem domino debet, Lucio & Titio ex ſe deſcẽdentibus filiis, ſibi hæredibus inſtitutis, vita deceſſerit, diuiſione facta, ſi ad ſolum Titium feudum peruenerit, rationabiliter placuit eum ſolum fidelitatis ſacramento eſſe obnoxium, ad quem ſolita feudi iura tranſierint. quòd ſi ab alio domino Lucius poſtea feudum per inueſtituram acquiſiuerit, pro quo ſimiliter ei contra omnes homines fidelitatem fecerit: decedente Titio ſine liberis, ad quem deuoluatur feudum, quod ex diuiſione habuerat, an ad alium fratrem, an ad dominum quæri poteſt. & cùm placeat [g] quem ligium hominem duorum eſſe non poſſe, videri poteſt feudum ad dominum pertinere. ſed rectius viſum eſt feudũ, quod per inueſtiturã acquiſiuerit, im pedimẽto ei nõ eſſe, licereq; ei per [h] ſubſtitutũ acceptabilẽ domino priori ſeruire.

f feudi ligij proprium hoc eſt, vt qui feudũ ligium à domino acceperit cõtra omnes ei fidelitatem debeat. tit. 52. §. 2. tit. 93. ſ. eod. c. paſtoralis de ſent. & re iudic. vt ne quidem Imperator excipiatur, antiquiórve dominus. In iureiurando non homologi, excipitur. tit. 28. in fi. ſ. eod.
g Duorum homologus nemo eſſe poteſt vt hic: non homologus, poteſt, d. tit. in fin.
h facit. tit. 55. §. 1. tit. 100.

## IMPERATOREM FEVDVM AMITtere vel alium pro ſe fidelem dare.

### Tit. c.

EX facto incidiſſe ſcio Fridericum principẽ noſtrum, cùm ab initio Dux eſſet, & pro Ducatu fidelitatem faceret, diuino nutu poſtea Imperatorem creatum, petita ab eo fidelitate pro ducatu, petenti domino reſpondiſſe, non teneri ſe fidelitatem facere, cùm omne hominum genus ſibi fidelitatem debeat, & ipſe ſoli Deo & Romano Pontifici. Sed cùm inſiſtente feudi domino de hoc contenderetur, procerib. prudenter viſum eſt, feudum amiſſum eſſe, [i] vel alium [k] Ducem in Ducatu conſtituendum, qui feudo ſeruire debeat, & domino fidelitatem faciat.

i aliud in eccleſia, tit. 101. ſ.
k vicarium ſcil. & ſubſtitutum. vt tit. 35. §. 1. tit. 99. ſ. eod.

ECCLE-

## ECCLESIAM FIDELITATEM non facere [a].

Tit. CI.

DE negotio ſuper quo nos cõſulere voluiſti tibi ſecundum ius curiæ & vſum feudi breuiter reſpõdemus, quatenus pro feudo, quod ab aliquo per Eccleſiã detinetur, nulla ſit facienda fidelitas [b].

a i. ſolutam eſſe iuramẽto fidelitatis. & ita derogatur legi generaliter conceptæ, *tit. 3. in fi. ȝ. eod.*

b Igitur maior Eccleſiæ quàm imperatoris authoritas, *titul. 100. ȝ.*

## NON COGI VASALLVM PRO vno feudo duas fidelitates facere [c].

Tit. CII.

INſuper etiam te inſtructum eſſe volumus, quòd ſi dominus à quo feudum tenebatur, diem ſuum pluribus hæredibus relictis obierit: vaſalli qui communiter illud tenent, non coguntur fidelitatem pro eo feudo facere, niſi domini illud feudum primò partirentur: quoniam ſecundum ius feudi non debet quis duas [d] fidelitates pro eodem feudo facere.

c Quid ſi plures feudum adquiſierint? omnes fidelitatem facere debent, *tit. 26. §. 4. verſic. omnes.*

d *tit. 55. §. 1. ȝ. eo. tit. 77. ȝ. eod.*

## FILIOS TANTVM SECVNDI MAtrimonij matri in feudum ſuccedere.

Tit. CIII.

MVlier quæ feudum ſecũdi viri contemplatione acquiſierat; ſi ex vtroque matrimonio ſuperſtitibus liberis deceſſerit, ſolos ex [e] ſecundo viro ſuſceptos filios ad feudi ſucceſſionem admitti, vſu curiarum obtentum eſt.

e *titul. 26. §. 4. verſ. mulier.*

## CASVS QVIBVS FOEMINA in feudo ſuccedit.

Tit. CIIII.

SI cui militi ad certũ [f] ſeruitium feudum fuerit datum, íſque relicta ex ſe deſcendente fœmina, deceſſerit, quæ id ſeruitium iuxta feudi conditionem non minus decẽter [g] præſtare poſſit quàm maſculus, etſi in inueſtitura minimè cautum ſit, vt & fœminæ ad id aſpirare valeant, eam tamen admitti rectum putamus, quinimò hoc caſu, ſimul cum maſculo in feudo eam ſuccedere quidam putant, quod multo magis dignum obſeruantia exiſtimamus, cùm feudum ſic datum eſt, vt nullum pro eo ſeruitium fiat, vt pleráque hodie feuda dantur.

1 ¶ Item ſi quis eo tenore de feudo aliquo ſit inueſtitus, vt in eo ſuccedant fœminæ ſicut [h] maſculi, ſiue feudum ad id certum fuerit datum ſeruitium, ſiue pro eo indeterminatè fuerit promiſſum ſeruitium, inueſtito moriente in feudum ſuccedunt pariter & mares & fœminæ, quanquam enim ſuperſtite [i] maſculo ex eo qui primus feudum adquiſiuit, fœminæ excludantur, & ſi in maribus & fœminis fuerat acquiſitum (vt in feudis regulariter tradi ſolet) ſermonem tamen inueſtituræ, nec non vim verborum & ſenſum contrahẽtium intuentes, diſcretionem ſexus in eiuſmodi feudi ſucceſſione non fecimus.

2 ¶ Iugales [k] à quodam milite ſimul [l] de eodem feudo inueſtiti fuerant, vt in ſe deſcendetéſque ſuos id haberent. Hi ex ſe filio & filia ſuperſtitibus defuncti ſunt, inter quos feudi quæſtio agitatur. maſculus enim vniuerſum feudum ſibi vindicat: fœmina verò ad parentum feudum pariter cum fratre vocari ſe defendit. quidã pro maſculo, quidam pro fœmina pronuntiant. Eorum qui pro filia iudicant, ſententiam ſequendam eſſe cẽſeo, cùm filia ex antedictorum iugalium contubernio ſupereſt, ex prædefuncta vxore alio ſuſcepto maſculo qui conſanguineus ad eam frater ſit. In cæteris [m] priorum ſententia ſanè ſequẽda eſt; quòd ſi ſola ex eo matrimonio relicta filia, nullo ex eo vel alio connubio ſuperſtite maſculo, ab hac luce ſubtracti fuerint, feudum ſcindi fert prudentum noſtræ ciuitatis opinio, vt dimidiam quidem partem fœmina ſibi acquirat, reliquam verò dominus aut eius hæres accipiat.

f *tit. 51. §. 7.*

g puta vt comitetur domini vxorem. *tit. 2. in fi. ȝ. eod.*

h *1. feud. 1. §. 3. tit. 6. §. 1. tit. 8. & 2. feud. 26. §. 7. v. feudum ea lege.* Vi huius pacti ſuccedunt fœminæ cum maſculis.

i fuit ea Gerardi ſententia de qua dixi *1. feud. 8. in fi.* ab omnibus recepta.

k id eſt, coniuges.

l *vt tit. 85. ȝ. eo.* Huiuſmodi feudum partim fœmineum partim paternum: & ita mixtum.

m i. quoties filia ex eodẽ matrimonio fratrem habet.

## DE FEVDIS HABITATIONVM.

Tit. CV.

FEuda habitationum [n] niſi [o] aliud ſpecialiter cautum ſit, morte accipientium finiuntur [p].

n *tit. 75. ȝ. eod.*

o *tit. 44. ȝ. eod.*

p & deſerta habitatione *d. tit. 75.*

## SERVOS POST DELATAM SVCceſſionem manumiſſos in feudum non ſuccedere.

Tit. CVI.

QVæſitum ſcio, dudumque apud prudentes fuiſſe cauſam hanc: ſi ſerui, [q] quibus macula [r] ſeruitutis obſtaculo fuerat, libertate donati fuerint, an ad feudi ſucceſſionem valeant aſpirare? Denique poſt magnas varietates obtinuit ſententia diſtinguentium, quo tempore libertatis donum aſſecuti fuerint: vt ſi quidem eo tempore, [ſ] quo cohæres alter, vtpote his conſtitutis inhabilibus, aut dominus quaſi ad ſe deuolutũ vindicaſſet, ab eius ſucceſſione ſint penitus alieni, ne quod legitimè factum eſt, ſuperuenienti facto poſtea retractetur: qui ſi re integra manumiſſi fuerint, in feudum rectè ſuccedere queunt.

q An ſerui inueſtiri poſſit, *v. tit. 3. §. 1. verſ. perſonam.*

r ſeruitutis macula.

ſ In feudis delatæ ſucceſſionis tempus ſpectatur, *facit tit. 30. ȝ. eod.*

## VT VASALLI SVMPTIBVS DOmini ſeruitia præſtent.

Tit. CVII.

ANtiquatum eſſe ipſis rerum experimentis, nos ipſi cognouimus, fideles, niſi [t] aliud contractib. pactiones inſertæ deſiderent, dominorũ [u] ſumptibus eiſdem ſeruitia miniſtrare. Iuſtum namque eſt, vt illi conſequantur ſtipendium, quo tempore ſuum commodare reperiuntur obſequiũ, præſertim cùm nec quiſquam propriis cogatur impendiis militare, maximè cùm extra [x] ciuitatis ſuę tentoria ſeruitiis exhibendis eos conuenit fatigare.

t Conuentio format contractum.

u ſumptu dominico ſeruitium præſtatur à vaſallo.

x *v. Curtium 4. parte 1. cauſa vit. tertia cadit.*

## VASALLVM FEVDVM POSSE IN alium arctiori lege transferre.

Tit. CVIII.

NVlla iuris conſtitutione aut conſuetudinis, vſúſque longæui obſeruantia prohiberi ſciſcitatus inuenio, vaſallum arctiori, [y] quàm ipſe habeat, lege feudum in alium vbilibet poſſe transferre.

y *tit. 34. §. 2. tit. 48. 89. in fin.*

## CLERICATV FEVDVM AMITTI.

Tit. CIX.

ET iure & moribus receptum eſt, vaſallum clericali [z] ſe militię dedicantem feudum amittere: Scriptum eſt enim in diuinis eloquiis: Miles Chriſti ſeruiat Chriſto: milites ſeculi ſeruiant ſeculo.

z *tit. 21. tit. 26. §. 4. verſ. qui clericus. ȝ. eod.*

# DE FEVDIS,

## LIBER QVINTVS.

## QVO VARIÆ CONSTITVTIONES IMperatorum ad hanc partem iuris pertinentes continentur.

### *CONSTITVTIO CONRAdi*[a] *de beneficijs.*

TIT. I.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis: Conradus Dei gratia Romanorum Imperator Auguſtus, omnibus ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelibus & noſtris tam præſentibus quàm futuris notum eſſe volumus, quòd ad recõciliandos animos ſeniorũ & militum, vt ad inuicem ſemper inueniantur concordes, & vt fideliter nobis & ſuis ſenioribus ſeruiant & deuotè, præcipimus & firmiter ſtatuimus, vt nullus miles Epiſcoporum, Abbatũ, Abbatiſſarum Marchionum, vel comitum, vel hominum qui beneficium de noſtris publicis bonis, aut de Eccleſiarum prædiis nunc tenent aut tenuerint, aut hactenus iniuſtè perdiderint, tam de noſtris maioribus valuaſoribus, quàm eorum militibus ſine[b] certa & conuicta culpa ſuum beneficiũ perdat, niſi ſecundum conſuetudinem anteceſſorum noſtrorum & iudicium parium ſuorum. Si contentio emerſerit inter ſeniorem & militem, quamuis pares iudicauerint, illum ſuo beneficio carere debere, & ille dixerit, hoc iniuſtè, vel per odium factum eſſe, ipſe ſuum beneficium teneat, donec ſenior & ille quem culpat, cum paribus ad noſtram præſentiam veniant, & ibi cauſſa iuſtè determinetur. Senior verò & miles qui culpatur, qui ad nos venire debuerint, ſex[c] hebdomadas antequam iter incipiat ei cum quo litigauerit innoteſcat. Hoc autem de maioribus valuaſoribus obſeruetur. De minoribus verò in regno noſtro, aut ante ſeniores, aut ante miſſum[d] noſtrum eorum cauſa finiatur. Præcipimus etiam, vt ſi aliquis miles ſiue de maioribus, ſiue de minoribus, de hoc ſeculo migrauerit, filios eius beneficium tenere, ſi verò filios non habuerit, & auiaticum[e] ex maſculo filio reliquerit, pari modo beneficium habeat, ſeruato vſu maiorum valuaſorum in dandis[f] equis & armis ſuis ſenioribus. Si verò fortè auiaticum ex filio non reliquerit, ſed fratrem legitimum ex parte patris, & ſi ſeniorem offenſum habuerit, ſibi vult ſatisfacere[g] & miles eius eſſe, beneficium quod patris ſui fuit habeat. Inſuper & omnibus modis prohibemus, vt nullus ſenior de beneficio ſuorum militum cambium[h] aut precarium aut libellum ſine[i] eorum adſenſu facere præſumat. Illis verò quæ tenet proprietario iure, aut per præcepto ſuo porrectum libellum, ſiue per precariam, nemo eum deueſtire audeat iniuſtè. Fodrum[k] autem de caſtellis quod noſtri anteceſſores habuerunt, habere volumus. illud verò quòd non habuerunt, nullo modo exigimus. Si quis hanc iuſſionem noſtram infregerit, auri optimi libras C. componat, medietatem cameræ noſtræ, & medietatem cui damnum illatum fuerit.

a 1. *feud.* 1. §. 2. *adde* 2. *feud.* 34. 40.
b 1. *feud.* 21. 22. §. 2.
c *d.* §. 2.
d vicarium.
e i. nepotem ex filio. 1. *feud.* 1. §. 2.
f 2 *feud.* 12.
g 2. *feud.* 51. §. 1. *tit.* 55. §. 2.
h De cambio *adde* 1. *feud.* 4. §. 2. 22. §. 1. *tit.* 25.
i 2. *feud.* 9. *in fi.* 34. §. 1.
k Annonam militarẽ 5. *Ammonius* 3.

### CONSTITVTIO HENRICI DE cauſis amittendi feudi.

TIT. II.

IMperator Auguſtus Henricus ſecundus. De militum beneficiis quoniam dubias variáſque cauſas in regno noſtro eſſe cognouimus, ideo ad Reipublicæ ſtatum quædam ſtatuimus. Si[l] quis ergo dominum ſuum interfecerit, vel vulnerauerit, ipſum dominũ ſuámve dominam obſederit, vel eum cucurbitauerit[m], vel contra ea, quæ in fidelitate nominantur, fecerit, vel his ſupradictis conſilium dederit, parium laudatione beneficium amittat. Si verò de ſupradictis ſe defendere voluerit, teſtibus à parte domini deficiẽtibus, cum tribus paribus ſe expurget: ſi autem pares habere non potuerit, cum duodecim propinquioribus parentibus ſe defendat (vſu vero curiali ſolus defendat.) Si quis autem ſuorum parium idoneus tamen exinde ſe veritatem ſcire dixerit, & per pugnam eum fatigare voluerit, vt per[n] pugnam ſe defendat edicimus. Si quis autem fuit, qui domino non ſeruierit, pariũ laudatione beneficium amittat (curiali tamen vſu id redimere poteſt pro medietate, quantum valuerit.) ſed ſi hoc defendere noluerit, duos vel vnum ſaltem parẽ oſtẽdat, & cum his ſe ſeruiſſe iuret: & ſi pares paremve habere nequiuerit, cum tribus vel duobus propinquioribus parentibus ſe intra annum[o] ſeruiiſſe iuret: (vſu tamẽ curiali ſolus iurare conceditur. Qualiter autem iuret, an ſolus, aut cum aliis, nihil intereſt, dum tamen ſeruitia nominet.) Si autem concorditer cum domino ſuo ſe habuerit dominum ſæpe videndo, tunc dicimus vt probet per teſtes ſeruitium feciſſe, & per ſe non ſtetiſſe. Si autem aliqua inter dominum & vaſallũ diſcordia fuerit, vel ſi domicilia in longinquum habuerint, vaſallus domino ſe repræſentando ſeruitium promittat, & ſi neceſſe fuerit, hoc probet iureiurãdo, ſaltem ad finem controuerſiæ vaſallo à paribus dato. Si quidem intra annum ſeruierit, quod leuiſſimum fuerit, & dominus aliud ſeruitium impoſuerit, quod vaſallus neglexerit, vnde damnum domino illatum fuerit vſque ad fruges, feudatarius parium exiſtimatione damnum reſarciat. De aliis verò culpis vnde beneficium non amittitur, parium laudatione defendat ſe, vt ſupra vel emendat.

l Cauſæ feudi amittendi.
m 1. *feud.* 5. 3. *&* 2. *feud.* 38. 57.
n 2. *feud.* 27. *in pr. &* §. 3. *& tit.* 39. §. 2.
o quod minimum eſt, *vt* 3 *eo.*

### ALIA CONSTITVTIO HENRICI de vaſallo qui vnum ex dominis refutauit.

TIT. III.

IMperator Henricus: ſi contigerit feudum incuria, aut neglectu fidelis conſortibus[p] applicari, nullum ex eo leuamen detruſus excipiat, ne ſenioris ſui contẽptus illuſus fiat, ob quem feudum iure dimiſerat. Sanè qui aliter fecerint, quàm quòd mens ſaluberrimæ noſtræ conſtitutionis expoſcit, beneficio ſe carituros eſſe cognoſcant, ita vt eis amplius ſperare non liceat, ſeniori danda licentia tam ab ipſis eorúmque poſteris, quàm cæteris detentatoribus prædictum beneficium vindicandi.

p i. vni dominorum, *vt* 2. *feud.* 38.

### ALIA CONSTITVTIO HENRICI eiuſdem, vt ingratitudo vaſalli probetur teſtibus quinque.

TIT. IIII.

Imp. Henricus Aug. vniuerſo populo.

SI[q] vaſallus inhoneſtis factis atque indecentibus machinationibus dominum ſuum offenderit, &c.

q *v.* 2. *feud.* 57.

### CONSTITVTIO LOTHARII DE feudis non alienandis.

TIT. V.

Lotharius diuina fauente clementia tertius Imperator Romanorum, pius, felix, inclytus ac triumphator ſemper Auguſtus vniuerſo populo.

IMperialis[r] beneuolentiæ proprium eſſe iudicamus, commoda ſubiectorum inueſtigare, &c.

r *v.* 2. *feud.* 52. *in pr.*

### ALIA EIVSDEM LOTHARII CONſtitutio de inueſtitura non petita intra annum.

TIT. VI.

Imp. Lothar. Eugenio papæ, & vniuerſo populo.

QVoniam[ſ] inter dominum & vaſallum nulla fraus, nec vllum malum ingenium debet interuenire, &c.

ſ *v.* 2. *feud.* 52. §. 3.

### CONSTITVTIO FRIDERICI DE feudis non alienandis & aliis capitulis.

TIT. VII.

Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus vniuerſo populo.

IMperialem[t] decet ſolertiam ita Reipublicæ curam gerere, & ſubiectorum commoda inueſtigare, &c.

t *v.* 2. *feud.* 55.

### ALIA DE IVRE FISCI.

TIT. VIII.

Imp. Fridericus.

REgalia[u] ſunt armanniæ, viæ publicæ, flumina nauigabilia, & ex quibus fiunt nauigabilia, &c.

u *v.* 2. *feud.* 56.

ALIA

## ALIA CONSTITVTIO EIVSDEM Friderici de pace tenenda.

### TIT. IX.

a v.1.feud.27.

FRidericus [a] Dei gratia Romanus Imperator, ſemper Auguſtus, Epiſcopis, Ducibus, Comitibus, Marchionibus, & Rectoribus, &c.

## Alia conſtitutio Friderici Imperatoris De incendiariis & pacis violatoribus.

### TIT. X.

FRidericus Dei gratia Romanorum Imperator, & ſemper Auguſtus. Decet fidelitatis noſtræ tempora, generali populum prouinciarũ tranquillitati circunſpectionis noſtræ ſtudio prouideri, vt dum in ſubiectis dominationis virtute pollemus reprobos quoſlibet ac ſceleroſos a ſubditorum iniuriis arceamus æquitatis noſtræ correctione. Conſiderantes quippe quæ damna, quantæque deſolationes hominum & prouinciarum, per ſeditiones & incendia prouenerint, quantos preterea futurorũ timores reportent, ea quæ de conſcientia & conſilio principum, & aliorum fidelium noſtrorum, tam liberorum, quam miniſterialiũ, ad reprimendos incendiariorum inſolentias, imperialis noſtra ſanxit auctoritas, vniuerſalis imperij fidelibus nota fieri volumus, & ſicut in caſtro noſtro Nurimbere, hęc ordinata & cõfirmata ſunt, firmiter indicimus obſeruanda. Primùm igitur de incendiariis [b] demandamus generaliter, vt ſi liber homo, ingenuus, miniſterialis, vel cuiuſcúmque conditionis fuerit, incendium commiſerit pro vuerra propria, pro amico, pro parente, vel cauſæ cuiuſquam alterius occaſione, de ſententia & iudicio imperiali, proſcriptioni ſtatim ſubiectus habeatur. Hic excipiũtur: ſi qui fortè manifeſtâ vuerrâ caſtra manifeſtè capiũt: & ſi qua ibi ſuburbia, aut ſtabula aliáve tuguria præiacẽt, igne ſuccendũt. Excipiuntur & iudices quos in malefactores pœnã iuſtitia exigente exercere contingit. Quod ſi aliquis in Ducatu alicuius incendium fecerit, ipſe proſcriptum pronuntiet, ac deinde iuſtitiæ ſuæ auctoritate eum proſcribat. Idipſum faciãt Marciones, Palatini Comites, Lamdgrauij, & Comites alij, nec alicui eorum liceat talem abſoluere, niſi domino imperatori.

b De incendiariis.

Quicunque etiam incendiarium in domo ſua ſcienter receperit, & conſilium auxiliúmve ei impenderit, damnũ & iniuriam paſſo pro facultate ſua reſtituat. Iudici verò x. libras monetæ de illa diœceſi in qua commiſſum eſt, perſoluat, ac domino Imperatori pro voluntate & gratia ſua diſponat. Si quis autem ſuper hac culpa innocentiam ſuam probare vel oſtendere voluerit, cum duobus viris veracibus culpa in præſentia iudicis ſe expurget.

Si quis autem cuiquam impoſuerit, quòd incendiariũ receperit, & de hoc ipſum iure voluerit conuenire, hoc nequaquam ei fieri liceat, niſi præſtito primò calumniæ ſacramento. Dominus etiam Imperator proſcriptorum nemine à ſentẽtia proſcriptionis abſoluat, niſi de illicitis primò damnis cum iniuriato componat, & niſi conſciente iudice hoc faciat.

Proſcriptum verò, quem pro incẽdio ſententiam proſcriptionis incurriſſe omnibus notum fuerit, diœceſianus Epiſcopus, ſi ad ſatisfactionem inobediens extiterit, a cõmunione Eccleſiæ Dei & fideliũ Chriſti abiiciat, & extraneum eum reddat, nec eum abſoluat, quoadúſque læſo damnum reſtituat: & econuerſo, quem Epiſcopus legitimis induciis citatum iuſtitia dictante excommunicauerit, & hoc iudici inſinuauerit, iudex eum banno proſcriptionis condemnet, & nec prius eum abſoluat, quàm coram Epiſcopo de his pro quibus condemnatus eſt, ſatisfaciat. Quòd ſi à proſcriptione illa prædicto modo fuerit abſolutus, & Epiſcopo ſuo voluerit obedire, incendium primò abiuret, deinde ſit in arbitrio Epiſcopi, qualem ei pœnam iniungat, ad viſitandum ſepulchrum Domini, aut limina Iacobi Apoſtoli. Si autem proſcriptus eo, vt dictum eſt, modo abſolui deſiderauerit, domino Imperatori fines imperij per annum & diem abiuret. Si quis autem à proſcriptione & excommunicatione ſimiliter non fuerit abſolutus intra annum & diem, vniuerſo iure, honore, & legalitate priuatus habeatur, ita vt ferendo teſtimonio, vel ad iudicandum, de cetero nequaquam ſit admittendus. Omni quoque feudali iure carebit, perpetuò.

Item ſi in reiſa [c] alicuius domini, cum ipſo domino cuius eſt reiſa, aliquis fuerit, qui incendium (vt ſæpius contingit) faciat, dominus ipſe, cuius eſt ipſa reiſa, iurabit ſuper reliquias, quòd non fecerit conſciẽntia, vel mandato, vel voluntate ſua. Reum autem abiiciet à ſe & nunquam recipiet. Quòd ſi illum poſt ſatisfactionem receperit, tenetur vniuerſum damnum quod ille commiſit, reſtituere.

c Reiſa militaris excurſio. hinc Raiſogneldum apud Auentinũ multa non reſpondentis ad delectum.

Item ſi contingat dominum aliquem in villa aliqua hoſpitari violenter, & fortuitu euenerit, domum aliquã incendi, & ille cui fit damnum, dominum impetierit, quod mandato ſuo, vel voluntate, vel conſcientia ſua factum ſit, damnum damnificato reſtituat.

Item ſi incendiarius captus fuerit, & coram iudice negare voluerit incendium ſe commiſiſſe, ſi fortè notorium non fuerit, per prouinciam iudex ſi poſſet eum cum ſeptẽ idoneis teſtibus conuincere, capite plectatur. Sed ſi notorium fuerit, nullius requirendum eſt teſtimonium, ſed ſtatim decollandus. Item ſi Caſtellani cuiuſquam domini deſcendentes à caſtro domini ſui, incendium fecerint domino abſente à prouincia, caſtrum domini propter hoc non erit comburendum, ſed bona incendiariorum, quæcunque extra caſtrum fuerint reperta, comburantur. Poſt reuerſionem verò domini, ſi dominus incendiarium retinere voluerit, & à ſe non repulerit, caſtrum eius ſimiliter erit comburendum. Item ſi proſcriptus propter incendium in aliquam domum confugerit, de qua non poſſit haberi, niſi domus incendatur, propter hoc incendiũ non erit qui incendiarius, ſed damnum pro incendio reſtituere debet. Item ſi incendiarius ſuper caſtrum aliquod agitatus confugerit, & dominus, cuius eſt caſtrum, forçaſſis dominus, vel vaſallus, vel conſanguineus fuerit, dominus ille non debet eum perſequentibus repræſentare, ſed iuuabit eum à caſtro in ſyluam vel aliàs, vbi ſecurus ſibi videatur. Quòd ſi nec dominus vel vaſallus, nec cognatus fuerit, perſequentibus eum ſtatim repræſentet, vel cum eo in eadem culpa ſit.

Statuimus etiam, & eodem firmiter edicto ſancimus, vt quicumque alij damnum facere, aut lædere ipſum intendat, tribus ad minus antè diebus per certum nuntium ſuum diffiduciet eum. Quòd ſi læſus diffiduciatũ ſe fuiſſe negare voluerit, nuncius idem ſi viuus eſt, iuret quòd contradixerit ei ex parte domini ſui, loco & tempore deſignato. Si mortuus eſt nuncius, iuret dominus iunctis ſibi duobus viris veracibus, quòd contradixerit ei, ne dolo mediante de fide violata quis valeat inculpari. His ſancientes adiicimus, vt quicumque treugas alicui dederit, niſi ibi determinatum & exceptum fuerit, quo tenore ſeruet vel non ſeruet eas, contradicere eis ante terminũ ſtatutum nequaquam poſſit. Quod ſi fecerit, vt violator fidei iudicetur.

Item qui nuncium aliquem, pro eo quod contra dicturus mittitur, læſerit, fidem ſuam violauit, & decetero omni honore ſuo carebit, & in poſterũ nullus ei contradicet. De filiis [d] quoque ſacerdotum, diaconorum, ruſticorum, ſtatuimus, ne cingulum militare aliquatenus aſſumant: & qui iam aſſumpſerunt, per iudicem prouinciæ à militia pellantur. Quòd ſi dominus alicuius eorum eum in militia contra iudicis interdictum retinere contenderit, dominus ipſe iudici in x. libras condemnetur, ſeruus autem omni iure militiæ priuetur. Statuimus etiam, vt ſi quis vineas [e] aut pomaria exciderit, proſcriptioni & excommunicationi incendiariorum ſubiiciatur. Vt autem hæc tam vtilis ordinatio omni tempore rata permaneat, & eo quo dicta eſt tenore inconuulſa conſiſtat, eam legibus prædeceſſorum noſtrorum Imperatorum atque regum iuſſimus interſeri, & perpetuo iure ſeruari. Cui ſi quis auſu temeritatis contraire præſumpſerit, Dei omni potentis & noſtræ perpetuò indignationis ſit reus. Fiat, fiat. Actum Nurembere in præſentia Principum, Conſilio, & conſenſu eorum. Anno incarnationis M.CLXXXVII. III. kal. Ian.

d Filij ſacerdotum remoti à ſingulo militari.
e *l.2.l.3.ff. arborum furtim.* 60. *Eclog.* 16.c.2. 6. *Harm. nop.* 7.
f *v.2 feud.* 53.
g *v.j.tit.* 18.
h Paucis de iure προτιμήσεως (Cuius originẽ ad ius diuinum quidam referũt. *Leuit.* 25.) dicendum. Iure Romano, ſi teſtator vetuiſſet fundũ alienari extra familiam, fundo extero alienato, proximiori agnato fideicommiſſi petitio cõpetebat, *l.* 32 §. *vlt ff de leg.* 2. fũdo vlteriori agnato vendito non competebat *arg. l.* 114. §. 15.16 *ff. de legat.* 1. *l.* 32. *in fi. l.* 67. §. 5 *ff. de leg.* 2. *l.* 54. *ff. ad l. Falcidiã.* Apud eoſdem, etiam proximis conſortibúſque conceſſum erat, vt extraneos ab emptione remouerẽt, quod poſtea licet vetitũ. *l.* 14. *C. de contr. empt. l.* 16. *ff. de reb. auctor. ind.* reductũ eſt genearchici atque paterni feudi retractu proximioribus agnatis cõceſſo, *vt hic*, & 12. *feud.* 26. §. 5. *verſ. Titius* iure ciuili dominus præfertur extraneo in emendis meliorationib⁹ coloni. *l.* 2 *C. de iure emphyteutic.* Iure conſuetudinario apud quaſdam gentes alodialium fundorum & cenſibus obnoxiorũ retractus proximis permiſſus eſt, his concurrẽtibus. Qui retrahit ſibi, ac in vſum ſuum non alteri, intra tempus retractui definitum, expenſas, *l.* 30 *ff de minor.* iuſtúmque pretium emptori offerre debet, *arg.* 2. *feud.* 3. §. 1. *l.* 3. §. 8. *ff. de act. emp.* aut id quod apparet deponere, ac de eo qđ obſcuriuserit ſatiſdationem offerre, *l.* 5. *l.* 34. §. 1. *ff. de ſtatu liber.*
i i. cognatione, aut agnatione potius.
k In rebus mobilibus, ius retractus locum non habet.

## ALIA CONSTITVTIO EIVSDEM DE pace componenda & retinenda inter ſubiectos, & aliis capitulis.

### TIT. XI.

Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus vniuerſis ſubiectis ſuo imperio, Salutem.

HAc [f] edictali lege in perpetuum valitura iubemus, vt omnes noſtro ſubiecti imperio, &c.

## ALIA CONSTITVTIO EIVSdem Friderici de pace conſtantiæ.

### TIT. XII.

IN [g] nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Fridericus diuina fauente clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, &c.

## ALIA CONSTITVTIO FRIderici de iure προτιμήσεως [h].

### TIT. XIII.

SAncimus à modo in omni prouincia & in omni ciuitate, ſi quis ex parentela [i] habeat cõmunem agrum, [k] domum, vel vineam, vel rem immobilem diuiſam, vel

indiuiſam, aut ex communi emptione, vel aliquo huiuſmodi titulo, vel alio modo aliquo coniunctim, & voluerit alienare ſupradictas res per vẽditionem, vel emphyteuſim, [a] vel locationem, non antè liceat ei alienare, quàm denuntiauerit illis quos vocauimus per ordinem in ius προτιμήσεως. In primis [b] vocentur parentes, qui ſunt coniuncti, poſt hos ſocij, poſt hos illi qui ſunt coniuncti, etiã ſi extranei ſint, poſt hos vocentur omnes qui ſunt ſub vno ſeruitio, & qui ſunt coniuncti ex aliqua parte. Sin autem plures ſint in iure προτιμήσεως, omnibus denuntietur, vt intra [c] triginta dies ſoluendo iuſtum [d] precium ſine mora aut quantum quiuis emptor ſine fraude dederit, vnuſquiſque portionem ſuam accipiat. Verùm ſi intra ſtatutum terminum iuſtum pretium non ſoluerit, de cætero non habebit ius προτιμήσεως, niſi ſi quis eorum erat in captiuitate, vel deportatus, vel in exilium miſſus, vel abſens reipublicæ cauſa, aut ex propria ſua cauſa, vel minor viginti quinque annis: & licet iſti fuerũt abſentes ex iuſta cauſa, tamen tutores eorum, vel curatores, vel procuratores, vel defenſores intra quatuor menſes debent venire & ſoluere iuſtum pretium cum legitimis vſuris [e] & expenſis neceſſariis, & accipere ius προτιμήσεως, & extraneos emptores omnimodo expellere, & ſi neglexerint hoc facere, ſarcient de propriis ſuis quidquid incommodi illi habuerint. Licet autem ſupra diximus omnes vocari ad ius προτιμήσεως, tamen ſi [f] probatum fuerit quod atroces iniurias vel manus impias venditori vel eius familiæ intulerint, vel ipſius ſubſtantiæ grauem iacturam moliti ſunt, vel contra eius vitam niſi ſunt, omnes iſti nullo modo ſine voluntate venditoris ad ius προτιμήσεως veniunt. Ex [g] cauſa tamen dotis vel donationis propter nuptias vel ſimplicis donationis vel donationis cauſa mortis vel ex teſtamento, permutatione, tranſactione, & parẽtes & extranei omnes poſſunt alienare, niſi quis vendendo vel locando ei qui non habuit ius προτιμήσεως ſimulatè donauerit vel legatum dederit. Ideóque illi qui habent ius προτιμήσεως, poſſunt exigere iuramentum [h] à venditore & emptore, & poſt iuramentum ſi probatum fuerit contra Conſtitutionem noſtram ſimulatè hoc feciſſe venditorem & emptorem, rem & pretium [i] perdẽt, & fiſco applicabitur, fiſcus autem vendet rem illam illis qui habent ius προτιμήσεως. Sed ſi ante iuramentum probatum fuerit hoc eos feciſſe, venditio erit irrita, & venditor cogetur [k] inuitus vendere illis qui habent ius προτιμήσεως. Prohibemus autem potentiores [l] perſonas aliquid accipere prætextu adoptionis, vel donationis ſimplicis aut cauſa mortis, ex teſtamento, vel ex vſucapione, aut ſub prætextu defenſionis, niſi fortè parentes fuerint. Potentiores [m] autem dicimus, qui non tantùm per ſe, ſed etiam per propinquos poſſint inferre timorem alienatoribus, aut promiſſionem beneficij. Quòd ſi aliquis ex potentioribus hoc præſumpſerit facere, ſit alienus ab illa re, & æſtimationem illius rei præſtet fiſco. Trãſcurſo tamen decennio [n] ſine denunciatione nulla de cætero moueatur controuerſia illis qui poſſident ex aliquo contractu vel ex donatione vel ex teſtamento, ab illis qui habent ius προτιμήσεως vel etiam fiſco.

a In quibus cõtractibus ius retractus locum habeat, *vt hic*: in quibus non habeat, *verſ. ex cauſa. ĩ. eod.*
b Qui potiores in iure retractus.
c Intra quod tempus ius retractus competat, *vt hic*, adde & aliud tempus 4. menſium. ĩ. *eo. ibi intra quatuor menſes.*
d de iuſto pretio emptori à retrahente offerẽdo.
e De vſuris & expenſis neceſſariis à retrahẽte emptori offerendis.
f Qui ex agnatis remoueãtur à iure προτιμήσεως.
g In quibus cõtractibus ius προτιμήσεως locum non habet.
h De iuramento ab emptore ſimulato præſtando.
i Pœna committentis in ius retractus.
k Inuitus interdum vẽdere cogitur.
l In fraudem cognatorum nõ licet fundum alienare in potẽtiores perſonas.
m Potentiores perſonæ quæ.
n Quo tempore emptores prę̨ſcribunt aduerſus proximiores venditores agnatos.

## ALIA EIVSDEM DE IVRE προτιμήσεως.

### TIT. XIIII.

QVum omnibus hominibus qui legibus reguntur & moribus, præceptum eſſe conſtet, ius ſuum cuique tribuere, [o] nec cuiquam ius ſuum detrahere, libertatis [p] procedente gratia qua naturaliter quod cuique facere libet, niſi quid vi aut iure prohibetur, eſt conceſſa facultas, res ſuas vnicuique liberum eſſe aut propter [q] nuptias donationis, aut dotis, aut ſimplicis donationis aut cuiuſlibet alienationis aut vltimæ voluntatis diſpoſitionis cauſa ſiue teſtamẽtario iure in alium transferre, non eſt ambigui iuris. Sed quoniam & iure præcipitur, honeſtè viuere, alterum non lædere, ne hi qui cognitione vel communione, vel aliquo propinquitatis modo eorum qui vendunt vrbanis ruſticíſve prędiis adhærendo ab his qui intromiſceantur, lædantur, vel aliter ipſa venditione impediantur iure προτιμήσεως præferri ſancimus, &c.

o *l. 10. §. 2. ff. de iuſtitia.*
p *§. 1. Inſtit. de iure perſona.*
q *tit. 13. ĩ. eod*

ΝΕΑΡΑ ΡΟΜΑΝΟΥ ΤΟΥ ΓΕΡΟΝΤΟΣ, περὶ ἐκποιήσεως κτημάτων καὶ προτιμήσεως συγγενῶν, καὶ ἀναμεμιγμένων καὶ συμπαρακειμένων ὁμοτελῶν, καὶ συναπτῶς ἠνωμένων καὶ τῶν νεμομένων ὁμοτελῶν χωρίων, καὶ ἀγριδίων, καὶ κωλυμάτων, δυνατῶν, προσώπων, καὶ ἐκποιήσεως στρατιωτικῶν κτήσεως.

r *v. 3. Harmenopul. 3.*

### Tit. XV.

Παλαιὸς νόμος ἐστὶν, ἵνα μηδεὶς, &c.

Vocantur hac conſtitutione in ius προτιμήσεως cognati primum conſortes, veluti fratres, qui paterna prædia pro diuiſo aut pro indiuiſo poſſident, hi ſunt qui dicuntur οἱ ἀναμὶξ συγκείμενοι συγγενεῖς, auctorib. Græcis interpretibus, qui & inde adnotant rectè conſortes extraneos præferri cognatis non conſortibus. Poſt cognatos conſortes vocantur ſocij, deinde qui rem communem habẽt citra ſocietatem, ſiue ſint cognati ſiue exteri, tum ij qui communi cenſus vinculo tenentur, licèt non eodem loco cenſum exſoluant, poſtremò vicini & confines. Hi teſtato denuntiandi ſunt antequam venditio fiat extraneo. Denunciatis datur menſis, procuratoribus eorum menſes quatuor, non denuntiatis decennium, dominis ἐμφυτεύσεων & feudorum longè alia tempora, l. vltima Cod. de iure emphyt. & ſuprà 2. titul. 9. & ij qui prę̨ſentes venditioni adfuerunt, & tacuerunt, vt interpretes Græci adnotant rectiſſimè, nec venditioni conſenſiſſe, nec pro denunciatis habẽtur, l. Titia. §. Lucia. D. de leg. 2. l. Gaius. D. de pign. act. Conſenſu amittitur ius προτιμήσεως & prę̨ſcriptione temporis, & ingratitudine ſiue indignitate. Datur etiam hac Nouel. ius προτιμήσεως conuicanis, ſecundum l. 1. Cod. non lic. habit. metr. Eſt & aliud hac No. caput de locupletioribus & potentioribus, vt ne quid ex bonis tenuiorum adquirant ἐν προχωρίοις ἢ ἀγριδίοις, ἐν οἷς οὐκ ἔχουσιν ἴδια κτήματα, vt explicatius enarrant interpretes. non igitur niſi ἀνακοινώσεως, aut πλησιασμοῦ iure. & ad definitionem potentiorum, Nou. Conſtantini Porphirogennetæ περὶ δυνατῶν τῶν εἰσελθόντων εἰς κτῆσιν πενήτων declarat nihil intereſſe potentior ſit qui emerit, an is qui potentiori domeſticus ſiue προσῳκειωμένος fuerit, Fridericus malè propinquus. Igitur ne potentiores quidem derogare poſſunt iuri προτιμήσεως, quinimo ſeueriùs cũ his agitur. nam neque donationis aut teſtamenti aut tranſactionis aut patrocinij aut adoptionis iure ad bona tenuiorum peruenire poſſunt. Sed eadem & hos quæ ſuperiores tuetur præſcriptione decennij.

Poſtremum caput vetat alienationem prædiorum militarium: quod omnino pertinet ad feuda, & conſentit etiam cum Friderici & Lotharij Cõſtitutionibus, ne milites per inopiam muneribus militaribus reddantur inhabiles, publicóve depereat cenſus qui eo nomine dependi ſolet. qua de re viſum etiam eſt proponere Nouellam Conſtantini Porphyrogennetæ.

ΝΕΑΡΑ ΚΟΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ ΠΟΡφυρογεννήτου περὶ στρατιωτῶν.

### Tit. XVI.

ΩΣΠΕΡ σώματι κεφαλὴ, &c.

Vt Lotharij & Friderici Conſtitutione feudà nullo modo poſſunt à militib. alienari, ita nec ea prædia militaria quę relata ſunt in Codices militares ex hac Conſtitutione, quæ feudis comparamus. Cætera autem quę Codicib. militaribus abſunt, poſſunt alienari vſque ad certũ modum, puta ſecundum eius diſtinctionem, ſi modò retineat ſibi tantũ ex iis miles quantum cõficiendis quatuor vel duabus libris auri ſufficiat, ne ſcilicet omnino redactus ad inopiã, & militiæ reddatur inutilis, quæ eſt etiam ratio Conſtitutionum Lotharij & Friderici. Sed hoc diſtabant illa prędia militaria à feudis, ꝙ illa à nemine recognoſcebant, quippe cũ eorũ eſſent milites pleno iure domini, & conſequẽter ꝙ alienatione aliis non aperirentur, ſed illis ipſis reſtituerentur. Cæterùm vt Fridericus nullã cenſet emptori prę̨ſcriptionem temporis opitulari poſſe, quominus venditio reſcindatur, ita nec Cõſtantinus, niſi 40. annorum, quaſi ſcilicet omnis qui ea prædia emerit in eo pro malæ fidei poſſeſſore habeatur, l. 7. Cod. de agr. & cenſ. licèt in fructuũ & eius quod intereſt ratione diſtinguat inter bonæ & malæ fidei emptorẽ, ſicut Fridericus in pretij repetitione. Et præterea longi tantùm temporis præſcriptionem excludere Fridericus voluit. Militibus hac ſiue nouella ſiue edicto Conſtantinus adnumerat cauſarios, & quid iuris ſit ſi prædia miles à milite emerit, definit, & alia quædam.

*Feudorum finis.*

CON-

# CONSTITVTIONES FRIDERICI SECVNDI IMPERATORIS INCIPIVNT.

a *Hinc ſumpta eſt auth.12. Caſſa c.de ſacroſ. eccleſ.*
b ſtatuta & cõſuetudines aduerſus Eccleſiã & Eccleſiaſticas perſonas, non valent. *adde c.nouerint. de ſent.excomm.*
c ſtatuta aduerſus libertatem eccleſiæ ea dicuntur, quæ Eccleſiis vel Eccleſiaſticis perſonis id cõferũt, quod eis conceſſum eſt iure cõmuni. *DD.in c. Eccleſia de conſtit.*
d Capitularia, acta publica in ſua capita, ſuóſque titulos diſtributa.
e ſtatutis aduerſus Eccleſiã & Eccleſiaſticas perſonas etiam vtentes, etiam puniuntur.
f *adde c.grauem de ſent. excomm.*
g Feudis priuãtur vaſalli aduerſus libertatem Eccleſiæ aliquid ſtatuentes.
h vt eccleſiam eiúſve perſonas nullus magiſtratus poteſtatem exactionis indicenda habeat.
i *Hinc ſumpta eſt aut.2.itẽ nulla, C. de epiſcop. & cler.*
k Eccleſia tamẽ à quibuſdã exactionibus nõ eſt immunis, *l. ad inſtructionem. C. de ſacroſ.eccleſ.*
l vt forum eccleſiaſticũ ſortiantur, qui bona eccleſiæ inuadant.
m vt triplam pœnam patiantur qui extorquent illicitas exactiones ab eccleſiis, & eccleſiaſticis perſonis.
n Bannum cauſa cognita remitti poteſt. vnde notãt, Bannum, eſſe interloquutorum ſententiã: nam definitiua remitti non poteſt, *l.quod iuſſit. ff. de re iudic.*
o *Hinc ſumpta eſt aut.13.itẽ quæcumque. C.epiſco. & cler.*
p Excommunicari etiam collegia poſſunt.
q Banniri etiã poſſunt vniuerſitates & communitates.
r Bannum ante executionem eius remitti poteſt, *vt hic*, poſtea, non, *l.1.ff. de requir.reis.*
ſ *Hinc ſumpta eſt auth.33.Statuimus.C.eod. tit.*

*De ſtatutis & conſuetudinibus contra libertatem eccleſiæ editis, & immunitate locorum religioſorum vbique morantium & fori priuilegio, & Gazaris, & Patarenis, & aliis hæreticis, eorúmque ſucceſſoribus, & nauigiis peregrinis, & aduenis quocumque locorum hoſpitantibus, eorúmque ſucceſſoribus, & de agricolarum ſecuritatibus.*

Tit. I. vel, Tit. XVII.

Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus, Marchionibus, Comitibus, cunctíſque populis quos clementiæ noſtrę regit imperium, Salutem & gratiam.

IN die qua de manu ſacratiſſimi patris noſtri ſummi pontificis recepimus imperij diadema, curauimus ad Dei & eccleſiæ ſuæ honorem, edere quaſdam leges, quas in præſenti pagina iuſſimus annotari, per totum noſtrum imperium publicandas. Per imperialia vobis ſcripta præcipiẽdo mandamus, quatenus eas quiſque literas in ſuo diſtrictu irrefragabiliter & inconcuſſe ſeruet.

*Et ſunt hæ leges:*

Ad decus & honorem imperij, & laudem Romani principis nihil omnino magis videtur accedere, quàm vt expurgatis quibuſdam erroribus, & iniquis quorundam ſtatutis penitus deſtitutis, de cætero eccleſia Dei plena quiete vigeat, & ſecura gaudeat libertate. Sanè adeò infidelium quorundam & iniuſtorum iniquitas abundauit, vt non dubitent contra apoſtolicam diſciplinam, & ſacros canones ſtatuta ſua confingere, contra eccleſiaſticas perſonas, & eccleſiæ libertatem. Cùm ergo diſpoſitione diuina fauẽte nihil velit eccleſia (quæ nihil debet præter bonum appetere) quod nobis eodem concurſu & eadem non placeat voluntate.

1 ¶NOS [a] Fridericus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, hac edictali lege irritamus, & irrita nuntiamus omnia ſtatuta [b] & conſuetudines quæ ciuitates, vel loca, poteſtates, conſules, vel quæcunque aliæ perſonæ contra [c] libertatem eccleſiæ, vel eccleſiaſticas perſonas edere, vel ſeruare aduerſus canonicas vel Imperiales ſanctiones præſumpſerint: & ea de capitularibus [d] ſuis mandamus intra duos menſes poſt huius publicationem edicti penitus aboleri: & [e] ſi de cetero ſimilia attentauerint, ipſo iure decernimus eſſe nulla, & eos ſua iuriſdictione priuatos, ſuperiori protinus applicãda: necnon locum vbi deinceps talia præſumpta fuerint, banno mille marcharum præcipimus ſubiacere: poteſtates [f] verò, conſules, rectores, ſtatutarij, & ſcriptores dictorum ſtatutorum, necnon & conſiliarij locorum ipſorum, qui ſecundum ſtatuta vel conſuetudines memoratas iudicauerint, ſint ex tunc ipſo iure infames: quorum ſententias & actus alios illegitimos præcipimus aliquatenus non tenere. Quòd ſi per annum huius noſtræ conſtitutionis inuenti fuerint contemptores: bona [g] eorum per totum noſtrum imperium mandamus impunè ab omnibus occupari: ſaluis nihilominus aliis pœnis contra tales in generali concilio promulgatis.

2 ¶Item [i] nulla [h] poteſtas, vel perſona publica, vel priuata collectas ſiue exactiones [k] angarias, vel parangarias eccleſiis, vel aliis piis locis, aut eccleſiaſticis perſonis imponere, aut inuadere bona eccleſiaſtica præſumant: quod ſi fecerint, & requiſiti ab [l] eccleſia, vel ab imperio, emendare contempſerint, triplum [m] refundant: & nihilominus banno imperiali ſubiaceant: quod abſque ſatisfactione debita nullatenus remittatur [n].

3 ¶Item [o] quæcunque communitas, vel perſona per annum in excommunicatione [p] facta propter libertatem eccleſiæ perſtiterit, ipſo iure imperiali banno [q] ſubiaceat: à quo nullatenus extrahatur, niſi [r] prius ab eccleſia abſolutus fuetit.

4 ¶ Item [ſ] ſtatuimus, vt nullus eccleſiaſticam perſonam in criminali quæſtione vel ciuili trahere ad [t] iudicium ſeculare præſumat, contra conſtitutiones imperiales, & canonicas ſanctiones. quod ſi fecerit, actor à iure ſuo cadat, & iudicatum non teneat: & iudex ſit extunc iudicandi poteſtate priuatus. Statuimus enim, vt ſi quis clericis vel perſonis eccleſiaſticis iuſtitiam [u] denegare præſumpſerit tertio requiſitus, ſuam iuriſdictionem amittat.

5 ¶Gazaros [x] Patarenos, Lenoniſtas, Speroniſtas, Arnaldiſtas, Circunciſos, & omnes hæreticos vtriuſque ſexus, quocunque nomine cenſeantur, perpetua [y] damnamus infamia, diffidamus atque bannimus [z] præcipientes, vt bona talium confiſcentur, nec ad eos vlterius reuertantur: ita quòd filij ad ſucceſſiones eorum peruenire non poſſint: cùm longè grauius ſit æternam quàm temporalem offendere maieſtatem. Qui autem inuenti fuerint ſola ſuſpicione [a] notabiles, niſi ad mandatum eccleſiæ, iuxta cõſiderationem ſuſpicionis, ac qualitatem perſonæ, propriam innocentiam congrua purgatione monſtrauerint, tãquam infames & bãniti ab omnibus habeantur: ita quòd ſi ſic per annum mãſerint, ex tunc eos ſicut hæreticos condemnamus.

6 ¶ Statuimus [b] etiam hoc edicto in perpetuum valituro, vt poteſtates, conſules, ſeu rectores, quibuſcumque fungantur officiis, pro defenſione fidei præſtent publicè iuramentum, [c] quòd de terris ſuæ iuriſdictioni ſubiectis vniuerſos hæreticos ab eccleſia denotatos, bona fide pro viribus exterminare ſtudebunt, ita quod amodò, quandocunque fuerit quis in poteſtatem, ſiue perpetuam, vel temporalem, aſſumptus, hoc teneatur capitulum iuramento firmare: alioqui nec [d] pro poteſtatibus, nec pro cõſulibus habeantur: & eorum ſententias irritas extunc decernimus & inanes.

7 ¶ Si [e] verò dominus temporalis requiſitus & admonitus ab eccleſia, terram ſuam purgare neglexerit ab hæretica prauitate: poſt annum a tempore admonitionis elapſum, terram illius ipſis exponimus catholicis occupandam: qui eam exterminatis hæreticis, abſque vlla contradictione poſſideant, & in fidei pietate conſeruent: ſaluo iure domini principalis: dummodo ſuper hoc nullum præſtet obſtaculum, nec aliquod aliud impedimentum opponat, eadem nihilominus lege ſeruata contra eos qui non habent dominos principales.

8 ¶ Credentes [f] pręterea, receptatores, [g] defenſores, & fautores hæreticorum bannimus, firmiter ſtatuentes, vt ſi poſtquam quilibet talium fuerit ab eccleſia excommunicatione notatus, ſatisfacere contempſerit intra annum, extunc ipſo iure ſit factus infamis, nec ad publica officia ſeu conſilia, vel ad eligendum aliquos ad huiuſmodi neque ad teſtimonium admittatur, ſit etiam inteſtabilis, vt nec teſtandi liberam habeat facultatem, nec ad hæreditatis ſucceſſionem accedat. Nullus præterea ei ſuper quocunque negotio, ſed ipſe aliis reſpondere cogatur. Quòd ſi fortè iudex extiterit, eius ſententia nullam habeat firmitatem: nec cauſæ aliquæ ad eius audientiam perferantur. Si fuerit aduocatus, eius patrocinium nullatenus admittatur. Si tabellio, inſtrumenta per eum confecta, nullius penitus ſint momenti.

9 ¶ Nauigia [h] quocunque locorũ peruenerint, ſi quo caſu contingenti rupta fuerint, vel aliter ad terram peruenerint, tam nauigia ipſa, quàm nauigantium bona, illis integra [i] reſeruentur ad quos ſpectabant, antequam nauigium illud periculum incurriſſet, ſublata omnium locorũ penitus conſuetudine, quæ huic aduerſatur ſanctioni: niſi talia ſint nauigia, quæ piraticam [k] exerceãt prauitatẽ, aut ſint nobis vel Chriſtiano nomini inimica. Tranſgreſſores verò huius noſtræ conſtitutionis, bonorum ſuorũ publicatione multentur: & ſi res exegerit, eorum audacia iuxta mandatum noſtrum modis aliis compeſcatur.

10 ¶ Omnes [l] peregrini [m] & aduenę liberè hoſpitẽtur [n] vbi voluerint: & hoſpitati, ſi teſtari voluerint, de rebus ſuis ordinandi liberam habeant facultatem: quorum ordinatio incõcuſſa ſeruetur. Si qui verò inteſtati [o] deceſſerint, ad hoſpitem nihil perueniat: ſed bona ipſorum per manus epiſcopi loci tradantur hæredibus, ſi fieri poteſt: vel in pias cauſas erogentur. Hoſpes [p] verò ſi aliquid de bonis talium contra hanc conſtitutionem noſtram ha-

z Bannitos poſſe impunè offendi hinc colligũt.
a vt ſuſpectus hæreſeos ſi mãdatu eccleſię intra annum ſe nõ purgauerit, vt hæreticus damnetur. *adde c.vrgentes de hæreticis. c. cum cõtumacia de hæreticis in 6.*
b *Hinc ſumpta eſt auth.19 ſtatuimus. Cod.de epiſc. aud.*
c vt iudices omnes iurent ſe hæreticos ex territorio ſuo eiecturos.
d Iudicis negligentis & contumacis in eliminandis ſeu extra iuriſdictionem ſuam tenendis hæreticis, bona à quoquo poſſe occupare hic notant interpretes: ea lege vt qui ea bona occupauit, ea à ſuperiore ipſius hæretici, recognoſcat.
e *Hinc ſumpta eſt auth.4.ſi dominus.C.de hære. & Manich.*
f *Hinc ſumpta eſt auth.4.credente.C.eod.tit.*
g Hæreticum recipiens ſimili pœna cum ipſo hæretico puniẽdus. *vt hic: & c. ſicut. c.aduerſus de hæreticis.*
h *Hinc ſumpta eſt auth 18. nauigia.C.de furt.*
i Nauigia caſu in portum reuecta, vectigal non præſtare hic notant. *facit.l. Caſ. ff de public.*
k Piratæ vt hoſtes fidei & Imperatoris, à quouis ſpoliari poſſunt: vt qui ſint ipſo iure diffidati, hoc eſt, banniti.
l *Hinc ſumpta eſt auth.10 omnes Cod. commun. de ſucceſſ.*
m Peregrini & aduenæ liberè hoſpitari & teſtamentũ facere apud nos poſſunt. Quin eorum inteſtatorum bona apud nos induſtria aut quouis alio modo quæſita, per loci magiſtratum, vel epiſcopum, hæredibus ab inteſtato ſeruãda ſunt: qui ſi nulli ſint, in pias cauſas eroganda.
n Peregrinis hoſpitium debemus, *vt l.1. §. 1. ff.nautæ l.1. §.ſeru. ff furti.aduerſus naut.*

t vt ad forum ſeculare eccleſiaſtici non trahãtur: vt qui ſecus fecerit, iure ſuo priuatur. u ius reddere aut in eo reddendo negligens, iure ſuo priuatur. x *Hinc ſumpta eſt auth.19. Gazaros. C. de hæret. & Manich.* y vt hæretici ſint infames & banniti: vt eorum bona publicentur, Item vt ne filij eorum ſuccedant.

o Peregrinorũ vacãtia bona non ſunt fiſci ſed Chriſti: hoc eſt, vbi nulli ſunt peregrino hæredes ab inteſtato vel teſtamento, ea bona in pias cauſas diſpẽſanda. Quod contra ius ciuile eſt. *l.1.C.de bonis vacantibus.* p Peregrini mortui apud nos bona, qui ſine eius voluntate contrectat, neque ea epiſcopo loci indicat, triplum præſtat.

buerit, triplum epiſcopo reſtituat, cui viſum fuerit aſſignandum: non [a] obſtante ſtatuto aliquo, ſeu conſuetudine, ſeu priuilegiis, quæ hactenus contrarium inducebant. Si [b] qui autem contra præſumpſerint, eis de rebus ſues teſtandi interdicimus facultatem: vt in eo puniantur, in quo deliquerint: alias prout culpæ qualitas exegerit, puniendi. [c]

11 ¶ Agricultores [d], & circa ruſticitatem occupati, dum villis incident, dum agros colunt, ſecuri [e] ſint quacumque parte terrarum: ita vt nullus inueniatur tam audax, qui [f] perſonas, vel boues, agrorum inſtrumenta, aut ſi quid aliud ſit quod ad operam ruſticalem pertinet, inuadere, capere, aut violenter auferre præſumat. Si quis autem huiuſmodi ſtatutum auſu temerario violare præſumpſerit, in quadruplum oblata reſtituat, infamiam ipſo iure incurrat, imperiali animaduerſione nihilominus puniendus.

12 ¶ Nos verò Honorius epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, has leges à Friderico Romanorum Imperatore filio noſtro chariſſimo pro vtilitate omnium Chriſtianorum editas laudamus, approbamus & confirmamus, tanquam in æternum valituras, & ſi quis auſu temerario, inimico humani generis ſuadente, quocunque modo has infringere tentauerit: indignationem Dei omnipotentis, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ſe nouerit incurſurum.

a Clauſula hac generali, *Non obſtãte* ſtatuta tollũtur, vt neceſſe nõ ſit integrum tenorem ſtatuti adiicere.
b ſtatutum inualidum nõ excuſat à delicto.
c Peregrinũ teſtari qui prohibet, inteſtabilis. Imò punitur criminaliter pro criminis qualitate.
d *Hinc ſumpta eſt auth. agricultores. Cod. quæ res pign. oblig.*
e Agricolis ſecuritas debetur
f Agricolarum perſonę, animalia & inſtrumenta ruſtica, debiti nomine manu iniecta capi nõ poſſunt: pœna in ſecus facientẽ, quadrupli & infamiæ cõſtituta.

# EXTRAVAGANTES, QVAS NONNVLLI XI. COLlationem appellant.

## QVOMODO IN LAESAE MAIEſtatis crimine procedatur.

Tit. I. vel, Tit. XIX.

Henricus ſeptimus, diuina fauente gratia Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus.

AD reprimendum multorum facinora qui ruptis totius debitæ fidelitatis habenis, aduerſus Romanum imperium, in cuius tranquillitate totius orbis regularitas requieſcit, hoſtili animo armati conantur nedum humana, verum etiam diuina præcepta, quibus iubetur, quòd omnis anima Romanorum principi ſit ſubiecta, ſceleratiſſimis facinoribus & aſſiduis rebellionibus demoliri: ne ex eorum abſentia, in deteſtando læſæ maieſtatis crimine proceſſus & ſententia retardentur, & tanti ſceleris nefanda temeritas remaneat impunita: Hac edictali, Deo propitio, perpetuò valitura lege ſanximus, vt in quocunq; læſæ maieſtatis crimine, & maximè vbi contra Romanorum imperatores vel reges aliquid quod dictum tangat aſſeratur commiſſum, poſſit procedi per accuſationem, inquiſitionem [g], ſeu denuntiationem, ſummariè & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, prout illi qui iuriſdictioni præeſt videtur expedire. Ad hoc, ſi qua communitas, corpus, vel collegium, vel alia quæuis perſona, cuiuſcunque ſtatus, dignitatis, vel conditionis exiſtat, ſuper dicto crimine pernuncium: vel per literas, ſeu etiam per edictum publicè propoſitum citata, vel citatum neglexerit in termino perſonaliter vel legitimè comparere: contra ipſam vel ipſum perinde acſi præſentialiter omnibus intereſſet, vel lis foret legitimè conteſtata, tam ad receptionem teſtium, & eorum publicationem, & ſequentia, quàm ad definitiuam ſententiam, & eius executionem procedatur: legibus & cõſuetudinibus non obſtantibus quibuſcunque. Hanc autem generalem legem noſtram extendi iubemus ad præterita [h], præſentia & futura: quam legem ex nunc abſque alterius temporis expectatione tranſcurſus ſuum integrum vigorem decernimus obtinere.

g Pragmatici vocant ſecretam informationẽ, *qua de v. Clarum 5 ſent. §. vlt. q.* 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 20 21.

h *v. l. 7. Co. de legibus.*

## QVI SINT REBELLES.

Tit. II. vel, XX.

*Idem ad perpetuam rei memoriam.*

QVONIAM nuper eſt ad auditum noſtrum deductũ, quod inter nonnullos fideles & ſubditos noſtros prouinciæ Lombardiæ, aliorúmque locorum Italiæ diſceptationes & dubia ſæpius oriuntur, an infidelis & rebellis imperij quiſquam reputari debeat, niſi prius per noſtræ maieſtatis ſententiam condemnatus appareat: & nos attendentes quòd acta praua malorum potiùs quàm verba ſententiarum ipſos faciunt pœna condignos, & eo ipſo quòd quis peccat, correctionem meretur: & quanto plus differtur punitio, tanto amplius culpa creſcit, & gẽtibus pernicioſius in exẽplum tranſit. Tenore præſentium declaramus, decernimus, & pronuntiamus, quòd illi [i] omnes & ſinguli ſunt rebelles, & infideles noſtri imperij, qui quomodocunque publicè vel occultè [k] contra noſtrum honorẽ & fidelitatem rebellionis opera fatiunt, & contra noſtri imperij proſperitatem aliquid machinantur: contra nos, ſeu officiales [l] noſtros, in iis quæ ad commiſſum eis officium pertinent, rebellando. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam declarationis & pronunciationis infringere, vel auſu temerario contra ire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem noſtram, & pœnam mille librarum noſtræ cameræ ſoluendarum ſe nouerit incurſurum. Data Piſis IIII. Nonas Aprilis: regni noſtri anno quinto, M. CCCXII.

i Rebelles ſunt qui vel publicè vel occultè rebellionis opera faciunt (ita hîc loquitur textus) aduerſus Principis honorem & fidelitatem: Imperij proſperitatem, aut officiales Principis in commiſſo ſibi officio occupatos.
k per inſidias.
l *add e l. 5. C. ad l. Iul. maieſtat. v. Clarum 5 ſent. §. læſæ maieſtat. in verſic. quæro etiã.*

# LIBER DE PACE CONSTANTIÆ [m] COMPOSITA INTER IMperatorem Fridericum & filium eius Henricum, & quoſdam nobiles Alemaniæ ex vna parte, & ciuitates Lombardiæ, Marchiæ, & Romandiolæ, ex altera.

Tit. III. vel, XXI.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis: Fridericus diuina fauente clementia Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus, & filius eius Henricus, ſextus Romanorũ Rex, Auguſtus. ¶ Imperialis clementiæ immenſa ſerenitas manſueta, eam ſemper in ſubditis ſuis diſpenſationem fauoris & gratiæ habere conſueuit, vt quanuis diſtricta ſeueritate exceſſuũ delicta debeat & poſſit corrigere: magis tamen ſtudeat propitia tranquillitate pacis & piis affectibus miſericordiæ Romanum imperium regere, & rebellium inſolentiam ad debitam fidem, & debitæ deuotionis obſequium reuocare. Ea propter cognoſcat vniuerſitas fidelium imperij tam præſentis ætatis, quam ſucceſſiuæ poſteritatis, quòd nos ſolita benignitatis noſtræ gratia, ad fidem & deuotionem Lombardorum, qui aliquando nos & imperium noſtrum offenderant, viſcera nobis innatæ pietatis aperientes, eos & ſocietatem ac fautores eorum in [n] plenitudinem gratiæ noſtræ recipimus, offenſas omnes & culpas quibus nos ad indignationem prouocauerant, clementer eis remittentes: eóſque propter fidelia deuotæ ſinceritatis ſeruitia, quæ nos ab eis credimus [o] certiſſimè recepturos, in numero dilectorum noſtrorum fidelium computandos cenſemus. Pacem itaque noſtram quam eis clementer indultam conceſſimus, præſenti pagina iuſſimus ſubſcribi: & auctoritatis noſtræ ſigillo [p] communiri: cuius eſt hîc tenor & ſeries.

Nos

m hæc cõſtitutio promulgata eſt Cõſtantij in conuentu principum: vt & cõſtitutio poſita, 2. feud 53. Rõcaliæ.
n in gratiæ plenitudinẽ is recipitur, cui non modo crimen ipſum remittitur ſed & q ad honores admittitur. Hęc enim plena gratia eſt.
o Pręſumitur ea mente Princeps eſſe vt gratiam ſubdito conferẽs, ab eo viciſſim gratiã recipiat: vt minimè ſit mirum, ingratos, gratia ſua, ſuiſque beneficiis decidere.
p Sigillo probatur inſtrumentũ, etiamſi deficiat tabellio, *vt hic c. Et de foro competente.* Ita ſigillũ vim habet conſenſus & cõfirmationis ſi modo ſcripturã adiunctam habeat: aliàs ſola ſigilli exhibitione, mandatũ, præſertim ſpeciale nõ probatur, *c. quamuis de pactis.*

Nos Romanorum Imperator Fridericus, & filius noſter Henricus Romanorum Rex, concedimus vobis ciuitatibus, locis & perſonis ſocietatis regalia [a] & conſuetudines noſtras tam in ciuitate quàm extra ciuitatem, videlicet Veronæ & caſtro eius, ſuburbiis etiam, & aliis ciuitatibus & ſuburbiis, locis & perſonis ſocietatis in perpetuum, videlicet vt in ipſa ciuitate omnia habeatis ſicut hactenus habuiſtis, vel habetis. Extra verò omnes conſuetudines [b] ſine contradictione noſtra exerceatis, quas ab antiquo exercuiſtis vel exercetis tam in foro, vel in nemoribus & paſcuis, & pontibus, aquis & molendinis, ſicut ab antiquo habere conſueuiſtis, vel habetis in exercitu, in munitionibus ciuitatum, in iuriſdictione, tam in cauſis criminalibus, [c] quam in cauſis pecuniariis, intus & extra, & in cæteris, quæ ad commoditatem ſpectant ciuitatum.

Volumus vt regalia quæ vobis non conceſſimus, in hunc modum cognoſcantur per epiſcopum loci: & homines tam de epiſcopatu quam de ciuitate eligantur viri bonę opinionis, & qui ad hoc idonei eſſe credantur: tales qui nec contra ciuitatem, nec noſtram maieſtatem priuato vel ſpeciali odio teneantur: qui iurent quod bona fidè & ſine fraude perquirent, & inquiſita conſignabunt ea quæ ſpecialiter ad noſtram excellentiam ſpectant. Si autem huic inquiſitioni ſuperſedendum eſſe putauerint: cenſum duorum millium marcharum argenti per ſingulos annos petimus. Attamen competenti moderatione moderabimur etiam quantitatem iſtam, ſi enormis viſa fuerit. Si [d] quis autem ſuper his quæ vobis conceſſimus vel permiſimus, ſiue in ciuitate, vel extra ciuitatem, querimoniam apud maieſtatem ipſam depoſuerit: eius [e] querimoniam non admittemus, & ſilentium ei imponemus.

Hoc quod nos [f] vel noſter anteceſſor Rex vel imperator epiſcopis, eccleſiis, vel ciuitatibus, vel aliis quibuſcunque perſonis, clericis vel laicis ante [g] tempus guerræ dedit, [h] vel quolibet conceſſionis titulo conceſſit, firmum & ratum habemus: ſaluis ſuperioribus conceſſionibus, vt pro ea ſolita nobis ſeruitia exhibeantur: ſed cenſus non præſtetur.

Commoditates quas pro bono pacis ciuitatibus conceſſimus in ciuitatibus, vel extra, illorum regalium nomine non intelligimus, pro quibus cenſus debeat præſtari.

PRIVILEGIA [i] omnia & data, & conceſſiones, quæ in priuilegium vel damnum ciuitatum, vel locorum, vel perſonarum ciuitatis occaſione guerræ in alicuius iniuriam prædictorum à nobis, vel nunciis noſtris indulta ſunt, caſſentur, [k] & in irritum deducantur. In ciuitate illa in qua epiſcopus per priuilegium Imperatoris vel Regis comitatum habet, ſi conſules per ipſum epiſcopum conſulatum recipere ſolent, ab ipſo recipiant, ſicut conſueuerunt recipere: alioqui vnaquæque ciuitas à nobis conſulatum recipiat. Conſequenter verò in ſingulis ciuitatibus conſules conſtituentur à nuncio noſtro qui ſit in ciuitate vel epiſcopatu: & inueſtituram recipient: & hoc vſque ad quinquennium. finito quinquennio vnaquæque ciuitas à nobis recipiat, & intra quinquennium à nuncio noſtro, ſicut dictum eſt, niſi in Lombardia fuerimus: tunc enim à nobis recipiet. Eadem obſeruentur in ſucceſſore noſtro. Et omnes inueſtituræ gratis fiant. Cùm autem nos Imperator diuina vocatione deceſſerimus, vel regnum filio noſtro conceſſerimus, ſimili modo à filio noſtro, vel eius ſucceſſore inueſtituram recipietis.

IN cauſis [l] appellationum, ſi quantitas vigintiquinque librarum imperialium ſummam exceſſerit, appellatio ad nos fiat: ſaluo iure & moribus Brixienſis eccleſiæ in appellationibus: ita tamen, vt non cogantur in Alemaniam ire: ſed nos habebimus vt proprium [m] nuncium in ciuitatibus, vel epiſcopatu, qui de ipſa appellatione cognoſcat, & iuret quòd bona fide, & ſine fraude cauſas examinabit & definiet ſecundum [n] leges & mores ipſius ciuitatis, intra duos menſes à conteſtatione litis, vel à tempore appellationis receptæ: niſi iuſto impedimento, vel conſenſu [o] vtriuſque partis remanſerit. Conſules qui in ciuitatibus conſtituentur, tales ſint qui fidelitatem fecerint nobis, vel faciant antequam conſulatum recipiant.

*Vaſalli tanquam vaſalli, & cæteri omnes tanquam ſubditi iurare debent fidelitatem principi, niſi ſint tales perſonæ, quibus iuramentum remittatur. Bald.*

1 ¶ Vaſalli noſtri [p] à nobis inueſtituram [q] recipiant, & fidelitatem faciant ſicut [r] vaſalli, cæteri omnes ſicut ciues à ſedecim [s] annis vſque ad ſeptuaginta: niſi [t] tales perſonæ ſint, quibus debeant & poſſint ſine fraude ſacramẽta remitti. ¶ Vaſalli, qui tempore guerræ [u] vel treugæ non poſtulauerint inueſtituram, vel debita ſeruitia nobis non exhibuerint, hac occaſione feudum non amittant.

¶ Libellariæ [x] & precariæ in ſuo ſtatu permaneant, ſecundum conſuetudinem vniuſcuiuſque ciuitatis, non obſtante lege noſtra, quæ dicat, Imperatoris Friderici damna omnia & ablata: etiam iniurias quas nos per nos & per [y] noſtros ab vniuerſitate ſocietatis, vel ab aliquo de ſocietate, vel coadiutoribus ſocietatis ſuſtinuimus, per nos cum noſtra parte remittimus gratis, & plenitudinem noſtræ gratiæ eis damus. ¶ Moram † ſuperfluam [z] in ciuitate vel epiſcopatu pro damno ciuitatis non faciemus. Ciuitates [a] murare, [b] vel extra munitiones facere eis liceat.

¶ Item ſocietatem quam nunc habent, tenere, & quoties voluerint, renouare [c] eis liceat.

¶ Pactiones [d] timore [e] noſtro, vel per impreſſionẽ nũciorum factæ caſſentur, & pro infectis habeantur, nec pro eis aliquid exigatur. ¶ Pacta Placentinorum, ſcilicet pactum pontis Padi, & fictum [f] eiuſdem pontis, & regalium & datium, & pactum quod epiſcopus Hugo fecit de caſtro Arquato, & ſi aliqua facta ſunt ſimilia ab ipſo epiſcopo, vel à communi, vel ab aliis de ſocietate nobiſcũ, vel noſtro nuncio, ipſo ponte remanẽte cum omnibus ſuis vtilitatibus Placentinis: ita tamen quòd teneantur perſoluere fictum abbatiſſæ ſanctæ Iuliæ de Brixia, & ſi quæ ſunt ſimiles.

*Dicit quòd ſententiæ per imperatorem latæ contra rebelles occaſione rebellionis & partialitatis, reſcinduntur facta pace.*

1 ¶ Sententiæ [g] quoque quæ [h] de iure & ſecundũ leges & conſuetudines contra aliquem vel aliquos de ſocietate latæ ſunt, teneant, ſicut de iure contra eos tenerent, ſi gratiam noſtram non habuiſſent. Quæ verò contra aliquem vel aliquos de ſocietate latæ ſunt occaſione guerræ ſeu diſcordiæ, in irritum deducantur. Poſſeſſiones omnes quas quiſque de ſocietate tempore guerræ tenebat iuſtè, ſi per vim ablatæ ſint ab eis qui de ſocietate non ſint, cum fructibus [i] & ſine damno reſtituantur: vel ſi eas recuperauerit, quietè poſſideat: niſi per electos arbitros [k] ad cognitionem regalium nobis aſſignentur. Opizoni [l] marchioni omnem offenſam, quam nobis vel alicui partis noſtræ fecerit, poſtquam in ſocietate fuerit, vel per ſe, vel per aliquam perſonam cum ſocietate, vel defendendo aliquem de ſocietate, imperiali clementia per nos & noſtram partem remittimus, & in plenitudinem noſtræ gratiæ eum recipimus: nec per nos, nec per interpoſitam perſonam pro præteritis offenſis ſibi vel parti ipſius aliquam inferemus iniuriam, læſionem, vel coercitionem.

¶ Amplius eam iuriſdictionem quam Mediolanenſes exercere [m] conſueuerunt in comitatibus Seprij & Martexanæ & Burgariæ, & in aliis comitatibus, exceptis locis quæ Pergamenſes nomine noſtro tenent inter Alduam & Oleum, excepto Romano veteri & Bariano, & eam quam modò exercent, liberè & quietè habeant & poſſideant, ſine contradictione noſtra, & ſucceſſorum noſtrorum, ſaluis pactis & datis, & conceſſionibus in ſuo robore durantibus, quæ Mediolanenſes per commune fecerunt ciuitatibus Pergamo, Nouariæ, & Laudo: nec per hanc conceſſionem lædendis: [n] nec vllum præiudicium fiat iuri aut conſuetudini alicuius ciuitatis & ſocietatis præter dictas conceſſiones. ¶ Pacta inter ciuitates & ſocietates quondam facta nihilominus firma & illibata permaneant: nec aliquid intelligatur acquiſitum Mediolanenſibus in epiſcopatu Laudenſi præter dictas conceſſiones: ſaluo iure aquæ Lambri Mediolanenſibus, ſi quod habent, vel in pedagio. Omnes de ſocietate qui fidelitatem nobis iurabunt, in ſacramento fidelitatis adiicient, quòd poſſeſſiones & iura quæ nos habemus in Lombardia, & poſſidemus extra ſocietatem iurabunt bona fide nos manutenere, ſi opus fuerit, & cùm ſuper hoc per nos, vel per certum nuncium noſtrum fuerint requiſiti: & ſi amiſerimus, recuperare: ita videlicet quòd finitimæ ciuitates obnoxiæ ſint principaliter ad hoc faciendum: & ſi opus fuerit, aliæ teneantur ad competens auxilium præſtandum.

a Regalia ſua vrbana & extraurbana iura ciuitatibus concedere Princeps poteſt ſiue ea ſint in terra ſiue in aquis & ſiluis, ſiue in pace, ſiue in bello, ſiue in pecuniariis, ſiue in criminalibus cauſis. *2. feud. 56.*

b Rebellione conſuetudines amittuntur vt & priuilegia.

c Imperiũ merum hodie ciuitates exercent cõſuetudinario iure.

d Princeps quod ex certa ſcientia facit retractare id nemo debet, *adde l. vlt. Cod. de legib. l. 2. Cod. de nomine ſacrilegij.*

e ſententia pro eo dicta, quem audiri velat lex, non valet.

f Regem romanorum, viuo ac ſuperſtite Imperatore priuilegium concedere poſſe hic notatur.

g Pace inita, hoſtes in ſua bona reſtituuntur: adeo vt ſi belli tẽpore ea aliis fuerint donata, auferri debeãt. Rex. n. indulgentiæ nudæ vim non habet, ſed & reſtitutionis in integrum.

h De rebus à principe donatis.

i De priuilegiis.

k Vox caſſentur ipſo iure actu irritum eſſe innuit.

l De cauſis appellationum.

m Nuntio qui vtitur, per ſe nõ per alium obligari vult: qui procuratore, per alium, non per ſeipſum.

n Appellationis cauſę ſecundũ leges & mores ipſius ciuitatis, in qua appellatio eſt, finiendæ. Vnde notant, in cauſis appellationum iuriſdictionis prorogatione locum non eſſe.

o Appellationis tempus poteſt mutuo conſenſu prorogari, etiamſi appellationis cauſa priuilegio vel ſpeciali principis ſtatuto decidetur.

p Forum ſortiri ſeculare periuros hinc colligunt. *vide c. licet de iureiur.*

q De inueſtitura.

r Iuramentum aliud eſt vaſalli, aliud ciuis.

ſ XVIII. *vt 2. feud. 53.*

t Iuriſiurandi præſtandi neceſſitas poteſt ex circunſtantiis perſonarum remitti.

u Bellum excuſat à non poſtulata inueſtitura, aut non præſtitis ſeruitiis. *vt hic,* Quid: bellum éſtne caſus fortuitus: vt ad inſtar caſuum fortuitorum excuſet? Quidam putant, Caſibus fortuitis adnumerari, niſi eo tempore, quo contractum negotium propo[ni]tur, bellum præuiſum eſſe dicatur. *adde l. habitatores in fi. ff locati.*

x De libellariis & precariis.

y Principi ipſi iniuria fit mediante & immediante. mediante, cùm eius fit conſiliariis aut officialibus *facit l. eſſa. ff. de religioſis.*

† De mora ſuperflua ab Imperatore in vrbibus non facienda.

z Moram ſuperfluam Imperatoris in aliqua vrbe Gloſſatores hic interpretãtur ſex menſium: vel arbitrariam, hoc eſt eam, quam iudex æquus & bonus arbitraretur. *l. continuus. §. cum ita. ff. de verborum obligat.*

a De muris & munitionibus ciuitatum.

b alias, ciuitati ſine iuſſu principis id non licet, *l. 8. in fi. l. 8. §. 4 ff. de rer. diuiſ. l. 3. ff. ne quid in loco ſacro.*

c Renouari fœdera expreſſè debent: ideoque ſi poſt inducias cõuentas, ciuitates mutuò ſe iuuerint, non intelligitur tacitè fœdus redintegratum. *arg. l. ſi cum Hermes C. locati.*

d De conuentionibus per vim factis.

e Metum etiã infert Princeps, hoc eſt temerè actione quod metus cauſa. Cuiuſmodi negotia ita inita, reſcindũtur & pro infectis habentur, *vt hic.*

f id eſt, merces, vectigal, penſitatio.

g De ſententiis belli tempore latis.

h ſententiæ aduerſus rebelles vt aduerſus rebelles latæ tempore rebellionis, facta pace, reſcindũtur: latæ ex iure communi puta ex cauſa mutui vel depoſiti, non reſcinduntur, *vt hic.*

i Fructus & damna hic diſtinguntur; vnde notant percipiẽtem fructus ex re aliena inuito domino, nõ intelligi damnum dare: qua ſentẽtia nihil ſtultius eſt.

k Arbiter citare poteſt, *vt hic,* etſi territorium non habeat. *c. 1. de foro caup.*

l Is eſt Marchio Opitius cognomento Malaſpina, de quo *v. 2. Othonis Friſingenſ. 16.*

m Probatur iuriſdictionis poſſeſſio per exercitia iuriſdictionis, qua quis liberè ac quietè vſus ſit.

n Princeps regalia concedere nõ poteſt in præiudicium ſucceſſorum: aut eorum, quibus prioribus ea regalia conceſſit. Ita in priuilegiis, beneficiis & conceſſionibus principum qui prior eſt tempore potior eſt iure.

¶Ciuitates quæ ſunt extra Lombardiam in ſuo cõfinio, ſimiliter teneantur facere. Si qua verò ciuitatum ea quæ in conuẽtione pacis ex parte noſtra ſtatuta ſunt, non obſeruauerit: cæteræ ciuitates eam ad id obſeruandum bona fide compellant: pace nihilominus in ſuo robore permanente. ¶ Nobis autem intrantibus Lombardiam, fodrium [a] conſuetum & regale, quæ ſolent & debent, præſtabunt: & vias & pontes bona fide & ſine fraude & ſufficienter reficient: in eundo & redeundo mercatum [b] ſufficiens nobis & noſtris euntibus & redeuntibus bona fide, & ſine fraude præſtabunt: in omni decimo anno fidelitates renouabũt in iis qui eas nobis nõ fecerũt, cùm nos petierimus vel per nos vel per noſtrum nuncium. Si qui ex parte noſtra de ſuis iuſtis poſſeſſionibus expulſi ſunt, reſtituantur ſine fructibus & damno: niſi in cauſa principali ſuæ proprietatis iure poſſit ſe tueri poſſeſſor: ſaluis prioribus conceſſionibus: & omnes offenſæ eis remittantur: eodem iure ſeruando iis qui ſunt ex parte noſtra circa reſtitutionem: niſi ciuitas adſtringatur iuramento, vt non reſtituat: quo caſu arbitrium boni viri volumus pro reſtitutione ſuccedere. & ſi qua controuerſia fuerit orta de feudo inter nos & alium qui ſit de ſocietate, per pares illius ciuitatis, vel epiſcopatus in quo deſcendit, agetur: & ſecundum [c] conſuetudinem illius ciuitatis in eodem epiſcopatu terminetur, niſi nos in Lombardia fuerimus. tunc enim in audientia noſtra, ſi nobis placuerit, agitabitur. ¶ Item volentibus venire contra pacta non per violentiam facta, & iuramento firmata inter ciuitates & ciuitates, ſocietates & ſocietates, vel ciuitatem & alias perſonas, nos audientiam denegabimus. ¶ Item nos reſtituimus ſtratam Veronenſibus: & nominatim recipimus Ozolinum in plenitudinem gratiæ noſtræ, & omnem offenſam ei remittimus. Datum apud Conſtantiam ſolenni curia VII. Kalendas Iulij.

*Sequentia deſunt in editione. Cuiac.*

HAnc igitur ſecundum formam præſcriptam, & vt per mediatores pacis, videlicet Gulielmum epiſcopum Diſcenſem, Henricum Marchioneæ Sarnenſem, fratrem Fridericum de ſylua benedicta, & Rodulphum camerarium noſtrum, vnà cum his bona [d] fide intelleximus, & ſecundum tenorem, quo eandem pacem & concordiam iurari fecimus, & ſecundum quod Lombardi eam bona fide intellexerunt, in perpetuum ratam haberi, & conſeruari ſtatuimus: & vt firma permaneat & inconcuſſa, præſentem paginam noſtri impreſſione ſigilli fecimus communiri.

Nomina verò ciuitatum quibus ſic gratiam noſtram reddidimus, & præſcriptam fecimus conceſſionem ſeu promiſſionem, hæc ſunt: Vercellæ, Nouaria, Mediolanum, Laude, Pergamum, Brixia, Mantua, Verona, Vincentia, Padua, Teruiſium, Bononia, Fauentia, Mutina, Rhegium, Parma, Placentia. Iſtis autem ciuitatibus & locis pacem ſeruari volumus, & gratiam noſtram reddimus. Præſcriptam autem conceſſionem ſeu promiſſionem his non facimus, videlicet Imolæ, Caſtro ſancti Caſſiani, Bobio, Pleti de Guarbadona, Ferotræ, Belutiæ, Tenetæ. Ferrariæ autem gratiam noſtram reddimus, & præſcriptam conceſſionem facimus ſeu promiſſionem, ſi intra duos menſes poſt reditum Lombardorum à curia noſtra de pace præſcripta fuerint.

Hanc itaque pacem & concordiam, ſicut præſcriptum eſt, tam nos, quàm filius noſter Henricus Romanorum Rex, per camerarium noſtrum Rodulphum iurari fecimus in animam noſtram.

Hi autem ſunt principes & nobiles curiæ, qui præſcriptam pacem & concordiam per ſe firmam tenere iurauerunt: Hermannus Monaſter. epiſcopus, Henricus Cirnenſis electus, Citalinus Curienſis, Abbas Gotifredus imperialis aulæ cancellarius, Otto dux Bauariæ, Fridericus dux Sunormæ, filius noſter Bertoldus dux Zaermoez, Bertoldus Marchio Hiſtriæ, Hermannus marchio Veron. Comes Henricus dux Spleten. Comes Theopobus de Lexchomiendæ, Comes Ludouicus, frater cancellarij de Olfeſtre, Rodulphus camerarius, Guarnerius de Lombardia. Cano de Minabere, Corradus Pincerna.

Hi ſunt nuncij qui ex parte Longobardorum pacem præſcriptam & concordiam receperunt, & in præſentia noſtra iuramento confirmauerunt. ¶ De Mediolano, Guido de Landriano, Pinamonte de vicomercato, Adobatus Bultraſſus, Gulielmus Burrus, Guercius de Buxolla, Aldericus de Bonate, Rogerius Marcellinus, Loterius Medicus. ¶ De Brixia, Obrandus de Martinengo, Gozed de Turbiado, Deſiderius iudex, Rodulphus de Concipio, Boccatius de Manerbio, Albericus de Caprino. ¶ De Placentia, Girardus [e] de Artizone, Iacobus Strictus, Hermannus de Carnocampo iudex.

¶ De Pergamo, Albertus. De Mapello, Attoficianus [f], Ioannes de Piterigo, Lanfranchus de Monacha, Albertus Attonis, Albertus Albertonis. ¶ De Verona, Corus iudex, Vbertinus de Carcere, Valerianus de Caſtello, Martius de Caſtello, Theobaldinus de Nicaudo, Theobaldinus de Naſcenguerra. ¶ De Vincentia, Pileus iudex, Vbertinus de Fonte viuo, Cardenarius Marchus de Pauliana. ¶ De Padua, Ianſuxellinus [g] iudex, Bugeleſcus de Fonte Glina. ¶ De Teruiſio, Florius iudex, Gumbertinus. ¶ De Mantua, Alexandrinus, Iacobus de Amica, Angelus iudex, Henricus de Angelo.

¶ De Fauentia, Bernardus iudex, Hugolinus de Azo.

¶ De Bononia, Antonius poteſtas, Rolandus Guarini, Matthæus Rodulphi. ¶ De Mutina, Arlotus iudex, Reinerius de Bucacabata. ¶De Rhegio, Albertus cambiator, Rolandus de Charitate. ¶ De Parma, Iacobus Petri Braui, Mallobatus iudex, Vetulus iudex, Corradus Banzoni. ¶ De Laude, Vincentius [h] de Siſiraga, Anſelmus de ſumma ripa. ¶ De Nouaria, Opizo de Briona, Tedixius Cabalacius, Gerardus de Bomprando. ¶ De Vercellis, Meardus & Vercellinus.

¶ HÆ autem ſunt ciuitates & loca, quæ pacem præſcriptam ſub iuramento Lombardorum nobiſcum receperunt, & eandem per ſe iurauerunt: Papia Cremona, Communiterdona, Aſta, Cæſarea, Ianua, Alba, & aliæ ciuitates & loca, & perſonæ quæ ſunt, & quæ fuerunt in pace noſtra.

¶ HÆC autem ſunt nomina nuntiorum, qui inueſtituram conſulatus à nobis nomine ciuitatum receperunt. De Mediolano, Adobatus. De Placentia, Gaardus Attizonus. De Laude, Vincentius Corno. De Vincentia, Pileus. De Padua, Ianſus. De Teruiſio, Florius, De Mantua, Alexandrinus. De Fauentia, Bernardus. De Bononia, Antonius De Mutina, Arlotus. De Rhegio, Rolandus. De Parma, Iacobus Petri Braui. De Nouaria, Opizo. De Vercellis, Meardus. De Pergamo, Atoficiarius.

¶ SIGNVM domini Friderici Romanorum inclytiſſ. Imperatoris. Ego Gotifredus imperialis aulæ cancellarius vice Chriſtiani Maguntinæ ſedis archiepiſcopi, & Germaniæ archicancellarij recognoui.

¶ACTA ſunt hæc anno incarnationis milleſimo centeſimo octogeſimotertio: indictione prima: regnante domino Friderico Romano imperatore glorioſiſſimo, anno regni eius octogeſimoſecundo, imperij verò triceſimonono. Datum apud Conſtantiam in ſolenni curia 7. Kalend. Iulij.

¶IN Chriſti nomine iuro ego quòd amodo ero fidelis domino imperatori Friderico, & eius filio regi Henrico, non ero in conſilio vel facto, quòd ipſi perdant vitam, [i] vel membrum, aut mentem, ſeu coronam imperij vel regni, vel caput, & ſi ſciuero aliquem feciſſe, vel facere volentem: per me vel per alium domino imperatori, vel regi, vel nuntio eius, ſine fraude manifeſtabo eis & adiuuabo honorem coronæ tenere: & ſi perdiderit, recuperare bona fide in exercitu & comitatu adiuuabo. Inſuper pacem domini imperatoris Friderici, & filij eius regis Henrici, & ſuæ partis factam cum ſocietate Lombardiæ, & eius ſocietatis, ſicut ſcriptum eſt inde, ſine fraude intra quindecim dies poſt iurata bono [k] intellectu, & ſigillo imperatoris ſigillata obſeruabo bona fide, & ſine fraude, & hoc iurare faciam omnes maſculos mecum habitantes à decimoſexto anno ſupra vſque ad ſeptuageſimum, intra quindecim dies poſtquam iuratum habuero: exceptis ſeruis: & qui per me iurare noluerint, intra tertiam diem imperatori, vel regi, vel ſuis nuntiis manifeſtabo per breue. Milleſimo centeſimo octogeſimo tertio, indictione prima. Ego iuro omnibus ciuitatibus ſocietatis Lombardiæ, Marchiæ, & Romaniæ, & locis, & domino Opizoni Marchioni Malaſpinæ, & omnibus perſonis prædictæ ſocietatis, conceſſiones & permiſſiones atque pacta, ſicut in ſcripto pacis inter nuntios domini imperatoris, & rectores & nuntios ciuitatum ſocietatis Lombardiæ facto continetur, firmas tenere: nec ero in conſilio vel facto vbi aliquid prædictorum minuatur alicui de ſocietate: & ſi qua perſona, aut ciuitas, vel locus alicui ciuitati, vel loco, aut perſonæ prædictæ ſocietatis, aut iam dicto Marchioni auferre, vel deminuere voluerit, eos vel eas manutenere, & defẽdere bona fide ſine fraude cõtra omnes adiuuabo: & omnia præcepta quæ rectores concorditer omnes, vel maior pars mihi fecerint, ſine fraude obſeruabo: & omnia ſupradicta, attendam à kalendis Maiis vſque ad triginta annos: & in capite vniuſcuiúſque quinquennij, ſcilicet ſi per maiorem partem rectorum requiſitus fuero, renouabo: & hoc totum ſine fraude iurare omnes homines meæ ciuitatis à decimo octauo anno vſque ad ſeptuageſimum faciam. & hæc omnia faciam iurare conſules vel poteſtates meæ ciuitatis, & credentias [l] vſque ad illum terminum, qui mihi conſtitutus fuerit per rectores

Lom-

a Fodrum hic in *tit.*1.3. *eod.* & 2. *Feud.* 56. Anonius 5. c. 3. annonam militaẽ. interpretatur Lotharius & Carolus in ſuis legibus, Mareicalos illorum ad fodrum dirigãt. Gunterus, id quoq; quod fodrum vulgari nomine dicunt. Lucius 3. in cap. præterea. *de iure patronatus.* fodrũ Albergarias, regium & ſimilia: tanquam à propriis ruſticis ab Eccleſiis extorquent, *adde* 2. *Othon.* 12. 23. 4. *Radeui.* 10. 15. 34.

b Princeps res ſubditorũ emere debet nõ iniuria auferre, *vt hic.* Quid ſi pecunia deſtituatur: aut ruſtici in vẽdendo nimium tenaces? aliud putat Rauennas.

c Conſuetudo loci vbi res eſt feudalis ſit, ad tendi debet.

d Cõtractus ex bona fide interpretationem capere hinc colligunt.

e infra, Gerardus Artizonus.

f infra Atoficianus.

g intra Ianſus.

h infrà Vincentius Corno.

i Principis ſuã vitã, membrũ, mentem, coronam eius ac regni, caput, honorem adiuuare vaſalli tenentur.

k Contractus ad bonum & ſanum intellectũ reuocandos eſſe hinc colligunt.

l Credentiam aduerſus iuramentum reuelans officialis, officio ſuo priuandus eſt.

Lombardiæ & Marchiæ, & Romaniæ, in hoc eloquio:

DIE Lunæ vndecimo Kalendas Ianuarij in Placentia, in eccleſia ſanctæ Brigidæ, in præſentia Mirabelli, Gulielmi, Garonij notarij, ibíque in eorum præſentia rectores Lombardiæ, Marchiæ, & Romaniæ fecerunt prædictum ſacramentum: nomina quorum ſunt hæc: De Brixia Aldericus de Salla. De Verona Vozo iudex. De Bononia Prendeparte poteſtas. De Padua Bazotus. De Nouaria Rogerius Marcellinus poteſtas. De Teruiſio Oldericus de Montelio. De Mantua Gulielmus de Azo. De Placentia Bonizo iudex. De Pergamo Albertus de Oſſa poteſtas. De plebe de Granatina Petrus Collus iudex. De Fauentia Gulielmus Butinus poteſtas. De Mediolano Petrus vicecomes.

HÆC ſunt nomina eorum qui iurauerunt, vt [a] ſuperius legitur, vt dicti rectores iurauerunt, eo excepto, quòd non fuerunt diſtricti facere iurare homines ſuæ ciuitatis. De Brixia, Deſiderius iudex, Martinus de Potenalupis, Pax Conſalonerius. De Padua, Ganiphus Achalaone. De Verona cancellarius Greſcenonum, & Viuianus aduocatorũ. De Teruiſio, Trauiſius de Gualperto. De Pergamo, Lanfrancus. De Monancha, Oprandus iudex, Ioannes de Petengo. De Nouaria, Fridericus de Bon. Michael Capra. De Mutina, Rolandus de Baimonte. De Garino, Bunalellus de Garbonenſibus. De plebe de Granatoria Gregorius conſul ita iurauit, ſuus rector. De Fauẽtia, Anteus iudex: anno à natiuitate Domini milleſimo cẽteſimo octuageſimo, indictione prima: & poſtea ſequenti die Martis XII. Kal. Ianuarij Armanus de Parma rector idem ſacramẽtum fecit, vt pridem rectores: & Albertus de Theobaldo ſimiliter.

FINIS.

a Tabellio ſi perſcriptis quorũdam teſtium nominibus, ſequẽtes eodem modo teſtimoniũ dixiſſe perſcripſerit, nõ perit authoritas eius teſtimonij: quaſi dictum ac perlatum ſit ab his qui præmeditatum inter ſe ſermonem habuerãt. Quippe quod de præmeditato teſtiũ ſermone dicitur, ad eos qui ſuſpecti ſunt pertinet, non ad eos qui laudatæ vitæ.

# EPITOME FEVDORVM, DIONYSIO GOTHOFREDO IVRISCONſulto Authore.

## De iure feudorum.

*Feudi Etymon.*

FEvdis operam daturum prius noſſe oportet, vnde nomen Feudi deſcendat. ¶ Eſt autem Feudum à fidelitate & fide. ¶ Poteſt tamen conueniri vt ſine iuramento fidelitatis feudum habeatur, libro Feudor.2.tit.3. in f.lib.2.tit.24.§.1.tit.40.76.

*Beneficij ſeu Feudi definitio.*

¶Beneficiũ in genere dicitur beneuola actio &c.lib.2.tit.23. Senec.1.de beneficiis, cap. 6. ¶ In ſpecie verò & quod attinet ad hunc Feudorum tractatum, Beneficium ſeu Feudum id dicitur quod ex beneuolentia ita datur vt proprietas rei immobilis beneficiatæ, id eſt beneficio datæ & acceptæ, penes dantem remaneat vſusfructus verò illius rei ita ad accipientem tranſeat, vt ad eum hæredéſque eius maſculos & fœminas (ſi de his nominatim dictum ſit) perpetuo pertineat: ad hoc vt ille, ac ſui hæredes, fideliter domino ſeruiant, ita vti expreſſum eſt.

*De iuris præceptis.*

Legibus & moribus præceptum eſt ius ſuum cuique tribuere, honeſtè viuere, alterum non lædere 5.14.

## De origine iuris feudorum & authoritate Prudentum.

AB initio feuda ita fuerunt in dominorum poteſtate, vt quãdo vellet, ea auferrent: dein annalia tũ ad eũ qué ex liberis vaſalli dominus elegiſſet: poſtremò ad omnes filios æqualiter deferri cœpta lib.1.tit.1.§.1.& ad nepotes ex filio 1.1.2. ¶ Quinetiam feudum à patre acceptum ſeu paternum ad fratres defuncti ſine legitimo herede, id eſt maſculo, deferri cœptum: at nõ adquiſitũ à fratre, vel ſeparatim vel cõmuniter: niſi nominatim ita conuentũ eſſet 1.2.2. ¶Quemadmodũ nec ad filias defertur niſi eo iure ita adquiſitum 1.2.3, vel niſi à domino redemerint, aut gratioſè propter ſeruitium & amorem patris obtinuerint 1.24. ¶ Ad venientes ex latere ad ſeptimum geniculum ſeu gradum, olim non vltra fratres patruales 1.1.4. hodie in infinitum derfertur, 2.50.

¶ Hoc ius duobus libris in editionibus vulgaribus comprehenſum: quinque verò in Cuiacij editione. Prioris author Gerardus Niger Conſul Mediolanenſis, *teſte Othone Friſingenſi 2. de rebus geſtis Friderici* 12. Secundi ac tertij, Obertus de orto. 2. *Feudor.*1.2. *Feudor.*24.§.2. Quartus ex variis & incertis authoribus eſt. Quinto continentur conſtitutiones quædam imperatoriæ, his libris ab Hugolino (Odofredo teſte) inſertæ. ¶ Quod ad prudentes iuris feudalis attinet: citatur Obertus de orto 2.1.2.23, 2.25.2.28, 2.30.2.32, 2.34.1, 2.34.2.2.36.2.42. in Mediolanenſi curia verſatus 2.*Feudor.dicitur.*24, 2.25, 2.51.1, *& inibi paßim* Mediolanenſis conſul fuit *teſte Othone Friſingenſi.*

¶ Ex peritis iuris feudalis citatur etiam Gerardus Capagiſti.2.25, 2.28, 2.30, 2.32.34, 1, 2.36.2.51.1. & inibi paſſim.

## De Legibus.

CAuſarum aliæ dirimuntur iure Romano, aliæ Longobardorum legibus, aliæ ſecundum regni conſuetudinem, quæ pro diuerſorum locorum & curiarum moribus varia ac diuerſa eſſe ſolet. lib.2.tit.1.

¶ In iudicio quod de feudis agitur, illud dici ſolet, Legum Romanarum non eſſe vilem authoritatem, ſed nõ adeò vim ſuam extendere, vt vſum vincant aut mores.2.1.

¶ Strenuus legiſperitus, ſicubi caſus emerſerit, qui conſuetudine feudi non ſit comprehenſus, abſque calumnia vti poterit lege ſcripta 2.1.

## De conſtitutionibus Principum.

PRincipum conſtitutiones his libris variæ extant Cõradi 1.1, 2.2.34.40. Lotharij 1.9.13.19.2.3.1.9.2.24.3.2.38.2.44, 2.55, 2.76.55, 5.6.
Friderici 2.3.1, 2.27, 2.33.1, 2.55.2.100, 5.7.8.9, 10.11.12.13.14.17.
Henrici 5.2.3.4.
Romani 5.15.16.
De conſuetudine regni. Vide 2.1.2.28.
Leges plerunque ad caſus præteritos trahi 2.55.
De iure Romano & legibus Romanorum 2.1.
De lege Salica, vide lib.2.tit.29.
De legibus Longobardorum 2.1.2.8. in f.2.39.
De Lombarda 1.10, 2.58.1, 2.58.3, 2.53.4.
De Canonum ſtatutis 2.27.1.
De Decretis 2.6.
De conſtitutionibus principum. v. Titulum proximè ſequentem.
De moribus curiarum 2.23. hinc illa, Mediolani non tenetur. Mediolani nõ obtinet 2.54.1, Mediolani conſuetudo 2.39.2, 2.40, Mediolanenſes 1.27. in f. viri prudentes Mediolanenſes 1.28. Sapientes Mediolanenſes 2.49. Mediolanenſium Curia 2.20, 22.4, mos 26.1. vſus 2.28.1, 2.29, 2.32, 2.37.1. Archiepiſcopus Mediolanenſis 2.35. Modiolanenſes irrationabiliter conſiderant 1.14. ¶ Citarunt quoque viri Placentini 2.27.1. Cremonenſ.2.27.11: ¶ Et vſus qui in Lombardia 46. ſed & in Theutonia 2.40.
Reſponſa citantur 2.40.
Pronuntiata & iudicata 2.

## De ſtatu hominum ſeu iure perſonarum & earum diuiſione.

*De Duce, Marchione, Comite, Capitaneis, Valuaſoribus maioribus & minoribus vel Valuaſinis.*

QVi à principe de ducatu, Duces: qui de Marchia, Marchiones, qui de Comitatu, Comites: qui de plebe aliqua eiúſve parte, Capitanei (olim propriè maiores Valuaſores) qui à Capitaneis, Valuaſores minores: qui à minoribus Valuaſoribus inueſtiti, minimi Valuaſores & Valuaſini appellantur lib.2.tit.10.

*De his qui in Feudum dare poſſunt vel non.*

¶ Feudum dare poſsũt Archiepiſcopus, Epiſcopus Abbas Abatiſſa præpoſitus (ſi antiquitus conſuetudo eorũ fuerit) Dux Marchio. Comes (qui & regni & regis capitanei) regni vel regis Valuaſores (qui & Capitanei) Ab his minores Valuaſores feudũ accipiũt 2.1. ¶ Eccleſiaſticæ perſonæ, (aliud in laicis) ad ſuam tantum vitam, feudum dare poſſunt: ac proinde eorũ ſucceſſores non tenentur feudi inueſtituram ratam habere 1.3.1.9. ¶Si qui in feudum dare non poteſt in feudum dederit, nullum habebit vigorem infeudatio 1.6. in fine.

*De plebeis.*

¶ Qui ab antiquis temporibus beneficium non habent, plebei, id eſt ius parium (aut vt quidam volunt, nobilitatis) non habent 2.tit.10.

*De liberis.*

¶ Libertas eſt facultas qua naturaliter quid cuique facere libet, niſi vi aut iure prohibetur 5.13.

*De ſeruis.*

¶ Serui poſt delatam ſucceſſionem feudi, etiam manumiſſi in feudo non ſuccedunt. 2. 106. ¶ Seruus communi iure militia priuatur, adeò vt ſi dominus ſeruum in militia retineat, in x. libras condemnetur. 5.10. in f.

## NOMENCLATVRA GENERALIS perſonarum de quibus his libris tractatur.

DE Abbate.v.1.1,in pr.1. 3, 1.6, 2.40.in f.2.89, Abbatiſſa v. 1.1.in prin.1.3, 1.6, 2.89, Abſente 2.43, Acceptabili 2.55. 2.99, Actore 1.26.1, Actore domini 1.10. Actore regis 1.10.inf. Adoptiuo 2.26.4.Aduena.5.17.10, Aduocato 2.27.7.Adgnatis 2.3.1, 2.11,2.21, 2.26.1.26.5, 2.26.6, 2.45, 2.49, 2.98.Agriculto ribus.5.17.11.Anteceſſore 2.92. Anteceſſoribus vaſalli.2 25, An tiquiore domino 2.28.4.Arbitro 2.46, 2.34.Archiepiſcopo 1. 1.in pr.1.1.3,2.52,2.89.ArchiepiſcopoMediolanẽſi 2.35.Aſcẽdẽti bus 2.50.Auctore 2.25.Auo.1.14.1, 1.19, 2 11.Bãnito 2.28.Bono iudice 2.11.Capitaneis.1.14.1,1.15,1.17,1.18,1.18.1.19. ¶ Capitaneis im ꝓpriè dictis. 1.17.Capitaneis principis 1.17,Capitaneis propriè appellatis 1.17.Capitaneis Regis vel Regni.1.1,1.1.15,quis Capitaneus. 2.10,2.51, 2. 53,2.89.Claudo 2.36.Clericis 1.25.1, 1. 26,2.26.4,2.27.1.2.30,2.32,2.35,2.36,2.40.in f.2.109.Clientulis 1. 10,1.13.Cognatis patrui magni 2.11.Cohærede.2.58.2.78.Comite 1.1.inpr.1.13.1.26.2.10.2.52,2.53,2.54,2.89.Comite iudice 2.27. 1,2.27.5.Cõparibus 2.54.Cõrado 2.34,2.40, 5. 1.Cõiuge vel amico 2.58.Cõſobrinis 1.14.1. Conſortibus 2.55.1. Contumace 2.22.Conuerſis 2.21, 2.30.Creditore 2.86, Cremonenſibus 1. 27.Curia 2.9, 2.10, 2.22, 2.23. 2.34, 2.46, 2.51, 2.76, 2.89. Curia Mediolanenſi 2.10, 2.24.Curiæ maioribus 2.89.Curte 1.4.5,1.82, 2.51, Curtis paribus 2.46, Damnatis 2. 56, Defenſoribus locorum 2.53.Delatores 2.24, 2.Deſcẽdentibus 2.50, 1. 1.14.2, 2.26.6.Diſſipatore 2.91.Doli capace 2.26.4.in f. Domeſtico 2.5, 2.55.2.Domina 1.5.Dominæ filia 2.24.2. Domino 1.4, 1.5.Domino antiquiore 2.28.4.Domino ęquali,maiori,inferiore 2.34.1.Domino plebis ſeu œconomo 1.6.Domus paribus 1.11,Duce & Ducibus 1.1.in pr.1.19.2.10, 2.52, 2.53, 2.54, 2. 89, 2.100.Eccleſia 1.13.2.103. ¶ Eccleſiaſticis perſonis 2.26.2.2. 91.Egente 2.58.Emptore 2.26.6, 2.41, 2.42,2.51.5, 2.55.Epiſcopo 1.1.in pr.1.3, 1.3, 1.6.2.20, 2.35, 2.40.in f.2.52, 2.54, 2. 55.Excommunicato 2.28. Extranei teſtibus 2.32. ¶ Fideli ſeu vaſallo 1.1,2, 1.4, 1.4.5, 1.5.in princ.& fine.1.10, 2.26, 2.19, 2.57.Filiabus.1.1, 1.1.3, 1.8, 1.8.11.1.8.2, 1.14.2. 1.4.2.11, 2.17, 2.24.2, 2.126.1, 2.50, 2.51.Filia domini 1.5.Filio 1.1.1, 1.8, 1. 8.2, 1.14.1, 1.15, 2.46, 2.50, 2.51, 2 28.4, Filio domini 1. 28, Filio feudum adquirente 2.27.4, Filio fratris 1.19.1. Filio impubere 2.26.5, Filio maſculo 2.26.5, 2.28.2.Filio militis. 1.28. Filio prioris matrimonij 2.26.4.Filio ſecundi matrimonij 2.26.4, 2.103, Filio & ſucceſſore domini 1.22, Filio vaſalli 2.55.2, Fœmina 1.6.1, 1.15, 2.3.1, 2 32.36, 2.41, 2.104, Fratre 1.1.2.1.5, 1.8.1, 1.8.2.in f.1.13, 1.14.1, 1.14.2, 1.19.1, 1. 20, 2.11.2.12, 2.18.2.24.31.2.26, in f.2.28.4, 2.29, 2.37, 2.52. 2, 90, 2.93, Fratre patris 1.19.1, Fratre patrueli 1.4, Fratris filio.1.5,2.11, Friderico,eiúſque conſtitutionibus 2.3.1.2.27, 2. 33.1, 2.55, 2.100.5.7.8.9.10.11.12.13.14 15. ¶ Gaſtaldio 1.2.1, 1.10, 12, 1.11, 2.94.Gerardo Capagiſto 2.25.28.30.32, 2.34.1, 2.34.2, 2.36.2 51.paſſim. ¶ Hereticis 5.17, 5.7.8.9.Henrico eiúſque conſtitutionibus 5.2.3.4.Hærede 1.9, 1.14, 1.25, 2.28. 3, 2.58.2.Hærede legitimo 1.15.Hærede maſculo 2.34.2.Hoſte regis 1.20, 2.7. ¶ Idoneis teſtibus.v.Teſtibus. Ignorante 2.9.1, 2.42, 2.26.6.Imperatore 1.14, 1.18, 1.26, 2.55.2, 2. 100.Imperfecto 2.36.Impubere 2.26.5.Incendiariis 5.10.Inculpato ſeu accuſato 1.19.Indigno 2.24.2.Infami 2.52.2. Infante 1. 22.Inferiori domino 2.34.1.Infeudato 2.55.Ingrato 2.24.in pr. & §.1.Inimico 2.57.Inueſtitore 2.27.2, 2.34, 2 35.Inueſtito 1. 9.Inuito 2.12.Iudice 2.46.Iudice agnati 1.15.Iudice Curtis 1 18. Iudice ordinario 1.15. ¶ Laicis 1.3, 2.32.2 35.Legitimatis 2.26. 4.Legitimo hærede 1.1.2, 1.13, 2.11, Legitimis liberis 2.29. Longobardis 2.2, 2 8.in f.2.39.Lothario eiúſque conſtitutionib.1.9, 1.13, 1.19, 2 3.1, 2.9, 2.24.3, 2.38, 2.44.2.55, 5.5.5. 6. ¶ Magiſtratu 2.53.1.Maiore 2.3, 2.53,2.55. Maiore Curiæ 2.89.Maiore domino 2.34.1.Maiore iudice 2.53.1.Maiore poteſtate 2.22.Manumiſſo 2.106.Marchionibus 1.1.in pr.2.10.2. 13. 2.19, 2.52,2.53, 2.54,2.55.1, 2.89.Marito 1.15.1.17, 2.85. Maſculis 1.1 3 1.6.1, 1.8.1, 1.13, 1.19.1, 1.20, 1.24, 2.41.2.95. Maſculini ſexus hæredibus 1.14.1.Deſcendentibus 1.14.2.Matre 2. 50, 2.103.Mediolano & Mediolanenſibus 1.1.5, 1.13, 1.26.1, 1. 27.1,2.10, 2.24, 2.29, 2.32, 2.34, 2.37 1, 2.39.2.40, 2.49. Mercatoribus peregrinantibus 2.27.5. Militib. 1.Vaſallis 1.19. 1, 1.21, 1.21.1.1.22, 1.22.1.1.23, 1.27, 2.17, 2.21, 2.26.1, 2.26. 6,2.27.1, 2.27.3, 2.34.2, 2.52, 2.76, 2.88.Minorib.2 3, 2.26. 4, 2.27, 2.91, Mortuo 1.5, 1.24.Muliere 2.26 4.Muto 1.6.2. Muto & ſurdo 2.36, ¶ Naturalibus filiis legitimatis 2. 26.4. Nepotibus 1.1.2, 1.14.1. Nepotibus ex filio 1.8, 1.19.1, 2.11, 2.50.Nepotibus ex filia 2.11. Nepote ſeu filio fratris 1.5, 1.13. Nepte 1.5, 2.11, 2.90.Nobilibus 2.52. Nobili coniuge 2.29. Notario 2.52.2. Nuncio 1.26, 2.58.2. Nupta filio domini 1.5. Nuru domini 2.24.2. ¶ Oberto de orto 2.2, 2 23.Palatinis 2. 52, 2.54. ¶ Papa Eugenio 1.19.Papa Vrbano 1.6.Paribus 2. 24.1.2.39, 2.58.3, 2.73, 2.78, 2.79, 2.82.Paribus Curiæ 1.10, 2.20, 2.32, 2.34.55.2.Paribus Curtis 1.2.1, 1.3, 1 4, 1.4.3, 1. 4.5, 2.2, 2.25, 246.2.51.5.Paribus domus vel curiæ 1.11. Paribus teſtibus 2.58 2.Parium iudicio 1.18, 2.12.1.Pariũ laudatione 2. 76. Pariũ laudamento 1.21.Parentibus 2.58.1. Parẽte adgnationis alicuius cõmuni 2.11.Parẽte domini vel vaſalli 2.33. Parẽtibus id eſt cognatis 1.24.Patre 1.1.2, 1.1.3, 1.14.1, 1.19.1. 21.24.1.26.1, 2.50.2.84.Patriarcha 2.89.Peregrinis 5.17.10.Perſona coniuncta 2.91.Perſona Eccleſiaſtica & ſeculari 2.91.Perſona tertia,quarta 2.34.2.Perſonali ſeruitio 2.26.5. Placẽtinis 1. 26.1, 21.27.Primatib.locorũ 2.53.Principe 1.7.Priuato 1.13.Proclamatore ſeu actore.2.27.Proceribus 2.54.Procuratore 2.3.1. Progenie 2.90.Prole fœminei ſexus 2.11.Pronepotibus ex filia 2.1. Plebe & plebis parte 2.10.Plebeis 2.10.in f.2.53. Pluribus dominis 2.77.Poſſeſſore 1.26, 2.27.2.in f.Poſterioribus patruĩ 2.95.Prælatis Eccleſiarum 2.91.Præpoſito 1.1, 1.6, 1.26, Pronepte 2 11.Proſcriptis 2.56.Proximis & proximioribus agnatis 2.9.1, 2.3.1, 2.50.in f.2.24.3, 2.37. 8.36.5. Publicis latronibus 2.75.5. ¶ Rebellibus 5.20.Receptatoribus 2.33.2.Rectoribus locorũ 2.53.Rege 1.26.2.28.Reo 1.26.1.Roma 1.1.1. 1.1.5, 2.54. Ronchalia 2.52.Ruſtico 2.27.3, 2.34.1. ¶ Sacramẽtalibus xii. 1.4.2, 1.10, 1.26.1, 1.28, 2.41.Sciẽte 1.26.1, 2.9.1, 2.24 2. Scriba 2.56.Scutiferorũ feudis 2.74.Seculari perſona 2.91. Secundi matrimonij filiis 2.103, Senioribus ſeu dominis 1.17, 1.18.1,2. 51.5.2.52.Seruis 2.3.1, 2.10.6. Sorore domini 1.5.2.24.2.Subſtituto acceptabili.2.99.Succeſſorib.1.9, 1.22, 2.40.1.295.Surdo & muto.2.36. ¶ Teſtib.1.26.1.2.81, 2.88, 2.92.Teſtib. corruptis odio,gratia,pretio.2.2, 2.58.2.Teſtib. duob. tribus,pluribus,2.58.1.Teſtibus extraneis 1.26. Teſtibus idoneis 1.10, 1.11, 2.2.1. 2.19, 2.25.Teſtibus quinque 2.57.Teſtibus ſeptẽ 2.27.3. Teſtibus liberis 2.58.1.Teſtibus teſtimonij boni 2.27.2. ¶ Valuaſoribus 2.10, 2.53.Valuaſoribus maioribus 1.7, 1.14.1.15, 1. 1.17, 1.18.1, 1.19, 2.10,2.89.Valuaſoribus minoribus 1.7. 1.1. 15, 1.16, 1.18.1.18.1.Valuaſoribus minimis 1, 7, 1.15, 1.16.valuaſoribus regis vel regni 1.1. in pr.1.1.5. Valuaſoris filio 2.10. Valuaſinis 2.10.Vaſallo 1.9, 1.12, 1.25.21.26, 2.26.3, 2.47, 2. 79.Venientibus ex latere 1.1.4.Vrbano Papa.1.6, Vxore 1.17, 1.21.1, 2.8, 2.29.

### De Adoptionibus.

ADoptiuus filius in feudo non ſuccedit 2.26.4.verſ. *Adoptiuus.*

### De Rebus & earum diuiſione.

*De rebus immobilibus & quaſi.*

BEneficium ſeu feudum in immobilibus ſeu rebus ſoli aut ſolo cohærentibus tantùm conſiſtit, aut his quæ inter immobilia connumerantur, veluti cùm de Camera aut de Cauena feudum datur.2.1.in f.2 23.

*De ſoldata.*

¶ Qui ſoldatam(præſtatio eſt annua quorundam ſolidorum,vini vel annonæ,quæ morte dantis vel accipientis finitur, nec tranſit in hæredem)habuit vel etiam habet, nullum paradogium aut vſum obtinet.2.10.

*Nomenclatura generalis rerum quarum his libris ſit mentio.*

¶ DE Allodio 2.26.1.in prin.& in fin.infeudato 2.54.Paterno 2.17.in f.eius vẽditione 2.54.Angariis 2.56.2.81. Annona eiúſque pretio 2.27.4.Annua præſtatione 21.2.20.Argẽtariis 2. 56.Armis bellicis 2.21,Armandiis 2.56. ¶ Beneficio ſeu feudo 1.1, 4.1.16, 2.26.6.2.1.1.quid ſit 2.23.Beneficio aui 1.9.1.cõmunibus bonis empto 1.20.eccleſiaſtico 2.27.1, 2.40.1.hæreditario 2 83.cuius nomine iuſiurandum fidelitatis fieri debet aut non debet 2 24.1.materno 1.15.nouo 1.14.2, 2.3, 2.11. 2.12, 2. 49, 2.91.paterno 1.14.2.1.24, 1.19.1, 1. 24.3.2.83.regali 2. 34, 2.40 1.veteri 2.3, 2.91.Bonis vacantibus 2.56 Breui teſtato 1. 2, in f.1.3, 1.4, 1.4.3.1.4.5, 2.32, 2.88.2.92. ¶ Cameræ,ſeu de Camera feudo 2.1.1, 2.2.1, 2.58.Caſa communi 2. 12. Caſtro 1.4.3.Cauenæ ſeu de Cauena feudo 2.1.1, 2.2.1, 2.58.Ciuitate 2.53.2.Conſciẽtia 2.58.Criminali cauſa 2.33.1.Culpa 1.17, 1. 21, 2.26, 2.78.Contractu 2.53.3.Curia & curte, dixi ſupra de perſonis.Debito ſeruitio 2.55.Debito hæreditario 2.45.Dignitatis feudo 1.13.Dignitate legali 1.14.Dimidio reditus feudi 2. 55.Diſtrictu 2.54.Dominico 2.35.Dominicaria vice 2.81. Domus paribus 1.11.Domus deſtructione 2.53.2.Donationibus 5. 13.Ducatu 2.55.1, 2.100.Duello.2.27, 2.27.3.Duplo 2.53.2. Eccleſia 1.13.Equis & armis communibus 2.12. ¶ Feudo alieno. 1.9.armis & æquis communibus adquiſito 2.12.Cameræ 2.1.1, 2.2.1, 2.58 Cauenæ 2.1.1, 2.2.1, 2.58.Comitatus 1.13, 1.14.Cõmuniter à fratribus adquiſito 1.1.2.Conditionali & non conditionali 2.75.ex diuiſione veniente 2.50. diuiſo diuidendo 2. 55.1, dignitatũ 1.13.ducatus 1.14.fœmineo 2.30.filij 2.84.cuius nomine fidelitas nõ præſtatur 2.24.1.Guardiæ & Gaſtaldiæ 2.2. Habitationis 2.105.Hæredibus aperto 2.26.2. Improprio 2.81. Indiuiſo 2.26.4, initiũ habẽte à fratribus 1.8.2. lege cõmiſſoria dato 1.27, 2.51.6. ligio 2.99. Marchiæ 1.13, 1.14.Militis 2 26.2.Nouo 2.26, 2.49.partito 2.77.paterno 1.4.2, 1.8.1, 1.8. 2, 1.12, 2.11.12, 2.26.6, 29.1, 2.11, 2.17, 2.26, 2.49, 2.36, 2.37, 2.39, 2.45, 2.46, 2.50, 2.93.Proprio 2 34, 1.2.1. Propriã feudi naturã nõ habente 2.48.recto ſeu cuius poſſeſſio iuſta 2.2 1, 2.20, 2.35, 2.39, reuerſo ad eum qui dedit 1.4.6, 1. 6.2.quod reuerti ſperatur 2.26.2.ad ſeruitiũ certũ dato.2.51.7. ſcutiferorũ 2.74.vero 2.48.veteri v.beneficiũ vxoris 2.85.Feudi alienatione 2.9.Cõditione 1.9, 2.2.2, 2.26.3, 2.26.6, 2.76, 2.89.Cauſa 2.44.cõſuetudine 2 10.Honore 2.81.Iure 1.1.5, 2. 44, 2.86.Natura 1.7.Notis 2.58. Origine 1.1.1. Portione 1.12.

pro-

proprietate 2.26.6.ſucceſſione 1.8, 1.9.vſu 2.10.Feudo ¶ Feudum à fidelitate vel ſide 2.3.1, opponitur hæreditati 2.51.5, allodio 2.26.1, adquiritur, retinetur,amittitur 1.5, aperitur domino 2.42.in f.2.43.in fin 2.44.exinanitur 1.25.1. remanet vel iure proprio vel iure libelli 2 44, reuertitur ad dominum 1. 5. Feudum accipere ad proprium vel libellum 2.48. accipere pro vice dominicaria,villicaria,decania vel aliis angariis 2.81. in dotem dare 2.9.1 , 2.13 , 2 17.per fœminã recognoſcere 2. 17.vt feudũ poſſidere 2 26.4.pro feudo accipere 1.4.3 , 1.4.4. tenere 1.4.3. habere 2.48. quaſi feudi nomine retinere 1.25. ¶ Fidelitate 2.3.1, 2.4.in f.2.76.Fidelitatis forma 2.6.7.Fidelitatem facere 1 21, 2 26.4, 2.52.2, 2.92, 2.93, 2 100.2.101. iurare 2.5.Fidelitates duæ 2.12. ¶ Fluminibus nauigabilib.2. 56.Fodro 5.21.1.Fraude 2 24.2, 2.26.6, 2.34.3, 2.43, 2.52 3,2. 97 Fructibus 2.12, 2.28.3, 2.86.Frugibus extantibus 2.86.Furto 2 53.1.Fuſtibus 2.27. ¶ Gaſtaldiæ feudo 1.2, 1.11, 2.94.Generatione ſecunda & tertia 2.52.2 , 2.93. Generali alienatione 2.26.6Geniculo ſeptimo 1.1.4.Gradibus ſuccedentium 2.11, 1. 81, 2 26.6, 2.3, 2.37.Guardia 1 2, 1.4.3 1.10.in f.Guerra 2.27. 8, 2.28.Habitationum feudis 2.105. ¶ Hæreditate & feudo oppoſitis 2 51.5.repudiata 2.45.recuſata 2 51.4. Hæreditario beneficio 2.83.debito 2.45.onere 2.45. ſacramento ac principali 2.58.3.Homicidio 2.53 1.Hoſtenditiis 2.40. ¶ Immobilibus 2.1.1.Impropriè feudis 2 81.Incendio 5.10.Inceſtis nuptiis 2.56. Incremento manſi 1.4.5, & feudi 1.4.6.Incuria 2.55. Infamia 2.52, 2.55.Infantia 1.22 Infeudato allodio 2.54 , infinito 2.52. 2, 2 93, ingratitudine 2.23, 2.24.2, Ingreſſu curiæ ſeu qualitate paris & vaſalli 2.88.Initio 2.55 Iniuria 2 24, 3.55. 1. Innocentia 2.27.2, 2.27.3.Inſidiis 2.57.Inſtrumento publicè confecto 2.25, falſo 2.58.3, publico 2.2, 2.2.1, intereſſe 2.26. Inueſtitione 1. 26. 128, Inueſtitura 1.25, 1.25, propria & abuſiua 2.2, noua 2.32, 2.49, vaſallo licito 2.55, veteris beneficij 2.32, Inueſtituræ dono 3 27.2.Inueſtituram accipere 1.2, 1. 3, 1.4.5, adimplere 1.4.5.confirmare 1.3 , dare 1.3, facere 1.3, 2.3, 2.3, 2.35,negare 1.23,ratam habere 1.3.Iudicato 2.43, Iudicio pariũ 1.18, 1.22 1, Iuramento 1.11, 2.33 , Iuriſdictione 2.5,2.54, 2.79.Iure 2.43.beneficij,proprio libelli 2.44 feudi 2. 483.eius rigore 2.27.Iureiurando 1.13, 22 , 2.2.1, 2.15 , 2.26, 2.81.iuſſu 1.1.21,Iuſta abſentia 1.22, cauſa 1. 22, 2.52.3 , ignorantia 1.26.1.Iuſto errore 2.92.metu 2.53.3, vſu 4.13. ¶ Laqueis venatorum 2.27.5.Laquei pœna 2.87.8 Latere agnatis 2.31 , 2. 50.Laudamento 2.22 1:parium 1 21.ſapientum 1.19 , Laudatione pariũ 2.76, Lege arctiori 2.108, eadẽ 2.58.2.Cõmiſſoria 1. 27, 2.51.6.Cõradi 2.9.1,2.34.Friderici 2.3.1. Lõgobardorũ 2.1, 2.39.Lotharij 1.13 2 3.1.Regis 1.10, Salica 2.29.Leuiſſima re 2. 73.Libello,libellariis & precariis 1.5, 1.13,1.9.1. 2.39, 2.44,2. 48, 2.53. 5.21.1.Libris centũ,triginta,quinquaginta, viginti, tribus 2.53, decẽ & tribus 2.53.1, decem 2.29,viginti quinque 2.27.1, 2.27.4.Centũ 5.1.in f.Libro 2.76.Linea eadẽ 2.50. Lõbarda 1.10, 2.58.1, 2 58.3.Lõga poſſeſſione 2.33.2. Locatione per libellũ 2.9.1, fraudulenta 2 9.1.Loco Cæſaris 2.56, domini 2.82 Maieſtatis crimine 2.56.5.19. ¶ Mala fide 2.87.2.80,Mãſione 2 27 2.Manſo 1.4.5, Manus amputatione 2 27, 2 55, manu militari expugnare 2.27.2,c lida inuadere 2 27, ſua iurare 2.27.3.de manu eripere 2 27.2, Marchia 1.13, 2.10, 2.55.1.Materno beneficio & feudo v.Beneficiũ v.Feudũ,Matrimonio ad Morganaticã 2.29, ſecũdo 2.103.Medietate feudi 1.5, 1.13.Mediolano.*dixi*.Medio 1.13.Mercede 1.2.1, Metu iuſto 2.53.3.Mitiore ſẽtẽtia 2.91.Milite natione 2 27.3.ornemilitũ 1.19. Modernis 1.17.Modiis ſiue maldiis 2.27.4.Monetis 2.56.Moribus curiarũ 2 23, 2.26.2.Morte 1 22, 1.4.6. Multarũ & pœnarum cõpendiis 2.56.Muris ciuitatũ 5.21.1. ¶ Natura feudi 2.50, 2. 48.Nauigiis 5.19.9.Negligẽtia 2.24.2.Noua poſſeſſione 2.33.2. & noua inueſtitura 2.32, 2.49.Nouo beneficio 2.45.2.49, feudo 2.49.iure 1.1.4. ¶ Onere hæreditario 2.45 , Ordinatione defuncti 1.8, ordine i.ſtricto iure 1.4.1. ordine malo feudũ intrare,id eſt per vim 2.22. ¶ Pactis *dixi ad tit. de pactis feudorũ:* Palatio ſeu placito comitis 2.27.5 , 2.56 , Paradogio ſeu pedagio 2.10.Parangariis 2.56.Parẽtella 2.53 2. Parricidio 2.24.3. Parte 1.18, 1, 2.43, 2.44, Paterno beneficio & feudo *v.Beneficium v.Feudum ſuprà*.Pace 2.27, 2 53.Peccato 2. 39 Pecunia 1. 28 Pedagio 2.10, Periurio 1.26.1, 1.26.6, 2.39.in f. Permiſſione 2.55.Perpetuo libello 1.13 Perſonali ſeruitio 2.26.5. Pignore 1.44, 15, 1.11, 1.27 1.28.2.55 2.86.Pignore conſulto 2.8.in f. Piſcationũ reditu 2.56.Præſcriptione 2.26.4, 2.87.Pretio 1.1.5. in f.1.2, 1.16, 2.26.5, 2.27.4,2.52.Principali cauſa 2.26.2.82.ſacramẽto 2.58.in fi.Priuilegiis 5 21.1.Probatione 1.10,2.81,2.88. Progenie 2.90.Prole fœminei ſexus 2.11.Plauſtrorum præſtatione 2.56.Plebe eiúſque parte 2.10.Portu 2.56.Poſſeſſione v. tit.de acquir.& amittẽda poſſeſſione. Poteſtate conſtituendorũ magiſtratuũ 2.56, maiore 2. 22.Precariis 1.9.in fin. 5. 21. 1. Prædæ emptione 2.53.2.Proprio 2.42.2.48, 2.73, feudo 2. 34, iure 2.44.Proprietate 2.29.2.26.6. Πρωτιμήσεως iure 5.13.14.15. 16.Pugna 1.21.Puberum ſacramentis 2.53.3. Publicatis bonis 2. 53.2. ¶ Quartis & tertiis quæ à Longobardis viris , vxoribus fieri ſolent 2.8.in f. Quaſi feudo 1.25. Quaſi refutatione 2.39. Quinquaginta milliariis 2 53.1. ¶ Rapina 2.27.2. ¶ Rationibus vaſalli 1.3.2.79.Rationabili vſu 1.13.Recto feudo 2.20,2. 39.2.82. Redemptione ſeu retractu 2.9.1. Refutatione 2. 9.1, quaſi refutatione 2.39.Regali beneficio 2.34.Regaliis 2.56.Regia ditione 2.27.Regreſſu euictionis 2.46. Religione domini 1.10.Clientuli 1.10.Repudiata hæreditate 2. 45. Rebus Eccleſiæ 1.6,maternis 2.26.4, ſoli 2.1.1, ſolo cohærentibus 2 1.1 , per ſe ſubſiſtentibus & non ſubſiſtentibus 2.8.1. Reſciſſa inueſtitura 2. 3.1.Retiis 2 27.5 .Reuerentia 2.22.Ripaticis 2.56.Roma 1.1.1, 1.5, Ronchaliis 2.52. ¶ Sacramento v. Titulum de Iureiurando. Salica legè 2.29.Salua reuerentia 2.22.Satisdatione 2.73. Scientia certa 2.26.3.Scopis excoriari 2.27.8.Scutiferorũ feudo 2 74, Sẽtẽtia 2.25.5.21.1, Separatione 2.76, Seruitio 1.1.2 , 1.24, 2. 25.6.2.37.1, perſonali 26 5.nominatim & indeterminatè promiſſo 2.23, præſtãdo 2.107, faciendo 2.77 , recuſato 2.24. 2, Seruitute 2.8, Sobole 2.90. Soldata 2.10, Solennitate conſuetudinis 2.32,Solidis quinque 2 27.8, viginti 2. 27. 5. Stipendiis militiæ 2.54, Succeſſione feudi 2.95, Sũptibus 2.107. ¶ Teloniis 2.56.Teſtimonio 2. 27. 2.Tẽpore rei iudicatæ 2.25.Theſauro inuento 2.56.Titulis Eccleſiæ 1.6.Toto 2.45, 2.44, 2.45. Traditione 2.87, 2.88.Trãſacto 1.5.Tribus acceptionibus quietis 2.2. ¶ Vacãtibus bonis 2.56, Vectigalibus ſeu teloniis 2. 56,Venatione 2.27.5, Venditione 2.54.Veneno 2.24.2. Veritate 1.23.1.26.Verona 1.19, Vero feudo 2.48, Veteri feudo & beneficio *v.ſupra feudum & beneficium:*Viis publicis 2.56, Vice dominicaria feudo accepto 2.81, villicaria feudo accepto:2.81, Viliſſima duorum denariorum penſione 2.91.vi.2.53.3.Vltione iniuriæ 2.24. Voluntate domini 1.13.1.21.1, Voto religionis 2. 26. 4, Vſu ſapientum 1.1.4, feudi 2.2.Mediolanenſium 1.28 , 2.37, regni 1 15, 2 .82.

## De officio domini.

INter dominum & vaſallum nulla fraus nec vllum malum ingenium interuenire debet.2.52.in f. ¶ Dominus vicem fideli ſuo reddere debet,&c.2.6.

¶ Feloniam in vaſallum committens feudo priuatur.2.26.6.v.domino.2.47.

¶ Si Dominus feudum de Camera aut Cauena debet vaſallo,& ſine culpa promiſſoris vtraque euacuata eſt,expectandum eſt vaſallo,vt iterum de ea ſolui poſſit.Dominus enim poſſe intelligitur omni ære deducto.Nec æquum eſt videre egẽtem quem prius habuit in coniugem & amicum.2.58.

¶ Vaſallum mittere in poſſeſſionem & in eadem vaſallum in iudicio defendere debet,dixi,inf.titul.de Euictionib.

¶ Iuuare & defendere vaſallum debet,gloſſa *v.2.feu.28.ab omnibus recepta.*

¶ Iuſtitiam vaſallo facere tenetur.2.12.

## De officio vaſalli.

¶ Domino bellum faciente alicui,ſi id vaſallus ſciat iuſtè agi,aut ſi de eo dubitat,dominum a diuuare tenetur:ſi iniuſtè agi ſciat, non tenetur 2.28.

¶ Eadem lege vaſallus domino excommunicato aut à rege bannito,ſeruitium præſtare non tenetur.2.28.

¶ Contra omnes debet vaſallus dominum adiuuare & contra fratrem & filium(& patrẽ)at non contra dominum antiquiorem: hic enim cæteris eſt præferendus.2.28.in f.

¶ Operas ſuas vaſallus vltro offerre non tenetur, niſi ſciat dominum verſari in magno periculo.2.26.6.v.licet.

¶ Perſonales operas & ſeruitium,etiam alius vaſalli nomine præſtare poteſt.2.55, 2.99. *inf.Vide plura.inf.titul.de iureiurando* vbi de Noua forma fidelitatis agitur.

¶ Dominum iuſtitiam facere negligentem vaſallus deprædari poteſt.2.Feud.22.

## De officio parium.

AD officium parium ſpectat,vt vaſallum de ſuo recto feudo prius inueſtiri faciant fidelitatis iureiurando dilato, donec de principali cauſa cognoſcatur.2.20.

¶ Pares maiorem de ſuo pari quàm de ſuo domino iuriſdictionẽ habẽt.2.79.Curia contumacẽ dominũ adire debet, eũque ſalua reuerẽtia cõpetenter cogere vt vel poſſeſſionem reſtituat & acquieſcat,vel iudicio curiæ ſe committat,&c.2.22.

## De iuriſdictione.

¶ SI de feudo fuerit controuerſia inter Capitaneos,coram Imperatore libr.1.c.18.vel Rege definiri debet 2.34.quod Mediolani non obtinet.2.34.

¶ Si inter duos vaſallos ſit cõtrouerſia,dominus cognoſcit 2.55.2.

¶ Si inter maiores & minores Valuaſores de feudo fuerit controuerſia,in iudicio parium lis definiẽda, vel per iudicẽ curtis 1.18.

¶ Si inter dominum & vaſallum ſit controuerſia , Pares Curiæ à domino ſub fidelitatis debito coniurati cognoſcent 2.55.2.

¶ Si contentio fuerit inter dominum & fidelem de inueſtitura feudi,per pares eiuſdem Curiæ(iureiurando prius ab eis interpoſito 1 26.)lis dirimitur.

¶ Orta quæſtione de inueſtitura feudi,facta ſit,an non:inter dominum & vaſallum,pares iudicant. Eo tamen caſu actor de feudo prius inueſtiendus(vt ita pares aliquos habeat)fidelitatis iureiurando dilato,donec de principali cauſa,h.e. de prima inueſtitura cognoſcatur.De alio tamen feudo controuerſo interim inueſtiri & iurare poteſt 2.82.

¶ Si contentio orta fuerit de feudo inter generum fidelis mortui

& eius agnatos,non apud dominum ſed apud ordinarium iudicem vel arbitrum lis dirimitur 2.15.

¶ Pares maiorem iuriſdictionem habẽt de ſuo pari,quàm de ſuo domino 2.79.

¶ Curiæ iudicium à vaſallo declinari non poteſt 2.47.niſi dominus pares nullos habeat.

¶ Ab iniqua ſententia parium ad Imperatorem appellatur ipſis paribus etiam præſentibus iudicaturum 1.22.

¶ Paribus iurare nolentibus Imperator adiri poteſt 1.26.

## Quod quiſque iuris,&c.

VT vaſallus calumniæ ſacramentum à domino non exigat: quod etiam à parte domini intelligendum eſt, vt quod quiſque iuris in alium ſtatuit,ipſe eodem iure vtatur 2.33.1.

## Si quis ius dicenti non obtemperauerit.

SI dominus ter admonitus facere deſtiterit,id quod curia iuſſit, tũc licet vaſallo ad maiorẽ poteſtatẽ ire &ſibi cõſulere:&ſi dominus ei iuſtitiã facere noluerit,poterit eũ deprædare 2.22.in f.

## De in ius vocando.

DOminus vaſallum ad curiam vocare debet:&ſi non venerit, iterum vocare debet vſque in ſpatio tertio ſeptẽ vel decem dierum,arbitrio curiæ terminando. Quòd ſi neque venerit ad tertiam vocationẽ, hoc ipſo feudũ amittit:& ideò debet curia dominũ mittere in poſſeſſionẽ:ſed ſi intra annũ venerit, reſtituitur ei poſſeſſio.alioquin & beneficiũ & poſſeſſionẽ amittit. E contrario ſi vaſallus de domino conqueritur,eum in curiam vocabit,& in eadẽ curia de domino conqueretur. Curia autem debet adire dominũ,eũmque ſalua reuerẽtia cõpetenter cogere vt vel poſſeſſionem reſtituat & adquieſcat, vel iudicio curiæ ſe committat 2.22.

## De Pactis.

*De pactis contra communem feudi rationem.*

SI tenor præter communem feudi rationem in inueſtitura interuenit vide 2.2.2.

*Si vt ad fœminas feudum perueniat.*

¶ Si ſpecialiter dictum fuit,vt ad fœminas feudum pertineat 1.13. ¶ Si pactũ fuit vt filiæ ſuccederent 1.14.2.in f. ¶ Si quis ita inueſtitus fuerit,vt ad fœminas feudũ tranſiret 2.51.verſ.ſimiliter. ¶ Si inueſtitura fuerit facta in patre,vt filij & filiæ ſuccedant in feudũ 1.8.2. ¶ Si eo tenore feudũ quis acceperit,vt eius deſcẽdentes maſculi & fœminæ illud habere poſſint 1.6.1. ¶ Si duo fratres in hæredes maſculos & fœminas de beneficio inueſtituram acceperint 2.90. ¶ Si eius conditionis ſit feudum vel eo pacto adquiſitũ,vt ad filias neptes,proneptes & deinceps: ad ex filia nepotes ac pronepotes: ad prolẽ fœminini ſexus,vel ex fœmineo ſexu deſcendentes pertineret 2.11. ¶ Si feudũ ea lege alicui datũ ſit,vt ipſe & hæredes ſui maſculi & fœminæ, & cui dederit,habeat 2.26.6.verſu feudũ. ¶ Si quis ſibi vel hæredibus ſuis maſculis,vel,his deficientibus fœminis beneficiũ per inueſtiturã accepit 2.17. ¶ Si duo fratres ſimul inueſtiti fuerint eo tenore,vt quandiu ipſi vel eorũ hæredes maſculi viuerẽt,&,maſculis deficientibus,fœminæ ſi ſupereſſent feudũ haberent 2.18. ¶ Si quis ea lege feudũ dederit vt ipſe & ſui hæredes,& cui ipſe dederit,habeat 2.48.2.26.6.*verſ feudum.*

*Si vt ad fratres feudum perueniat.*

¶ Si eo pacto facta ſit inueſtitura,vt frater fratri ſuccederet 2.12. ¶ Si hoc nominatim dictum ſit vt vno fratre defuncto ſine legitimo hærede alter ſuccederet 1.1.2.Si per inueſtituram à domino ordinatum fuerit,vt frater ſuccedat fratri 1.20. ¶ Si dictum fuerit,vt frater fratri ſuccederet 1.8 2.in fine.

*Si vt ne filij,aut incerta re ſuccedant.*

¶ Si quis ea lege vxorem minus nobilem duxerit,vt nec ipſa,nec filij eius amplius habeant de bonis paternis,quàm dixerit tempore ſponſaliorum,verbi gratia decem libras 2.29. ¶ Si cũ vxore ea conditione matrimoniũ contractũ eſt, vt ne filij ex ea nati patri ab inteſtato ſuccederent 2.25.*verſic.filij.*

*Si vt ad patrem feudum deferatur.*

¶ Si nominatim cum domino pactum ſit initum,Vt ſi filius ante patrem deceſſerit, feudum ad patrem reuertatur 2.82.

*Si vt filij matri ſuccedant.*

¶ Si ſpecialiter dictum,vt filij matri ſuccederent 1.15.

*Si vt poſt mortem poſſeſſoris feudum habeatur.*

¶ Si feudum ita datum fuerit,vt poſt deceſſum eius,qui poſſidet, habeatur 1.3.

*Si vt ſine iuramento fidelitatis habeatur.*

¶ Si eo pacto adquiſitum ſit feudum vt ſine iuramento fidelitatis habeatur 2.3.in f.2.24.1, 2.40, 2.76.

*Si vt omne feudi incrementum vaſallus haberet.*

¶ Si ita dictum fuerit,vt omne incrementum feudi pertineret ad eum qui inueſtituram accepit 2.1 4.5.6.

*Si pactum de non petendo.*

¶ Si Titius cum Sempronio fratre feudum paternum poſſidente pactum fecit,de eo feudo non petendo à Sempronio, eiúſque hæredibus 2.26.in f.

*Si tacitæ conditiones exceptæ.*

¶ Si nominatim in ipſa traditione tacitæ conditiones ſint exceptæ 2.89.

*De generali alienatione.*

¶ Si nominatim dictum fuerit vt in generali alienatione contineretur feudum 2.26.6.*v in gene rali.*

*De certo genere ſeruitij.*

¶ Si ita conuenit,vt feſtiuis diebus vaſallus vadat cum vxore domini ad Eccleſiam 2.2.2.

*De euictione.*

¶ Si emptor ſciens rem alienam,pacto ſpeciali ſibi proſpexit de euictione 2.8.

*De feudo non auferendo.*

¶ Si hoc actum eſt,vt domino non liceat feudum improprium vaſallo auferre 2.81. ¶ Si ſpecialiter cautum eſt ne feudum habitationis morte accipientis finiretur 2.105.

*De refutatione feudi.*

¶ Si frater fratri vel domino vel extraneo partem feudi dederit vide 2.83.

*De iure ſubfeudandi.*

¶ Si quis feudum ſibi ſuiſque hæredibus(maſculis.)habuerit nõ debet alij dare,vt ipſe habeat & ſui hæredes maſculi & fœminæ 2.34.2.

*De pacto legis commiſſoriæ.*

¶ Non poteſt ea conuentione feudum conſtitui, vt ſi tempore ſtatuto pecunia ſoluta non ſit,pro feudo habeatur 1.27.2.51.7.

*De ſeruitio.*

¶ Ad certum ſeruitium feudum dari poteſt.2.51.7.

*De refutatione feudi.*

¶ Vni dominorum partem feudi refutare vaſallus poteſt, partibus aliorum dominorum reſeruatis:facta refutatione domino quem eiurauit,ſeruitium nullum debet.tametſi eum offendere non debet.2.38.

## De Tranſactionibus.

*De tranſactione non fraudulenta.*

¶ TRanſigere cum aduerſario,citra fraudem domini vaſallus poteſt:nec quod accepit tranſactionis nomine feudum erit.2.26.6.*verſ.ſi vaſallus.*2.43.

*De tranſactione rei communis.*

¶ Tranſigere de re communi in fraudem proximioris adgnati non licet 5.13.

## De his qui notantur infamia.

SCriba,qui inſtrumentum iure prohibitum conſcribit poſt amiſſionem officij,cum infamię periculo manum amittit. 2.52.1.in f.2.55.in f.pr.

## De Procuratoribus.

INueſtitura per ſe vel per ſuum nuncium dari & accipi poteſt. 2.58.2. Vtrum ipſe vel alius pro te inueſtituram faciat vel ſuſcipiat,nihil intereſt,poteſt enim hoc negotium & per procuratorem ab vtraque parte expediri.2.3.1.*verſ.ſed vtrum.*

## De negotiis geſtis.

*De agnatorum ratihabitione.*

PAter in filiam feudum confirmare non poteſt, etiam domini voluntate,niſi agnati conſentiant aut ratũ habeant.2.39.

*Si maritus vxoris negotium geſſit.*

¶ Si maritus de feudo vxoris inueſtiatur, ea abſente, niſi nominatim quaſi gerendo vxoris negotium inueſtiatur,ſibi adquirit.2.85.

## De in integrum reſtitutionibus.

IN fraudẽ legis facta inueſtitura reſcinditur 2.3. Excuſatur vaſallus ſi iuſta cauſa interueuerit,quare nõ petierit inueſtiturã, veluti mortis vel capitales inimicitiæ , vel infantia vel iuſta abſentia.1.22.

¶ Iuſto

¶ Iuſto errore ac ignorantia quemadmodum excuſemur.v.infrà tit.de iuris & facti ignorantia.

### Quod metus cauſa geſtum erit.

PEr vim & iuſtum metum, etiam à maioribus extorta ſacramẽta, nullius ſunt momenti 21.in f.253.in f.

### De dolo malo.

*Si quid in fraudem vetitæ alienationis factum.*

SI vaſallus dolo quid egit in fraudem vetitæ alienationis feudi, amiſſione feudi multatur 2.5.

*Si vaſallus dominum periculi non admonuit.*

¶ Si vaſallus dolo vel negligentia vel fraude dominum celauerit id eſt non certiorauerit de aſſaltu, morte, captione, vel grandi patrimonij iactura, beneficio caret 2.24.2.

*Si intra annum & diem inueſtituram non petiit.*

¶ Inter dominum & vaſallum, nulla fraus, nec vllum malum ingenium debet interuenire: ac proinde ſi non doloſè inueſtituram intra annum & diem non petiit feudũ non amittit. ¶ Dolus autem abeſſe videtur, ſi iuſta cauſa impediente ſteterit. 2.52 3.vel etiam cũ amore ſeruitiũ fecerit domino conſcio 2.97.

*De doli capace.*

¶ De maiori doli capace vide 2.26.4.verſ.4.ſi minor.

*Si vaſallus dominum eiurauit.*

¶ Si vaſallus fraudulenter, id eſt ſciens, feudum ſe à domino tenere negauerit 2.34.in f.

*De fraudulenta ſubfeudatione.*

¶ Beneficium à vaſallo in feudum, ſi nihil in fraudem legis fiat, rectè dari poteſt, 2.26.6.verſ.beneficium.

*De fraudulenta tranſactione.*

¶ Vaſallus cum aduerſario tranſigere poteſt, dummodo fraudulenter actum non ſit 2.43.

*De fraudulenta alienatione.*

¶ Si callida machinatione ſub colore inueſtituræ feudum quis vendiderit 2.55.verſ.callidis 2.52.1.in fine.

### De Minoribus xxv.annis.

*De fidelitate.*

SI minori datum fuerit feudum, fidelitatem facere nõ cogitur, donec venerit in maiorem ætatem in qua doli capax ſit, feudũ tamen retinet 2.26.4.verſ.ſi minori.

*De iureiurando.*

¶ Sacramenta puberum ſponte facta ſuper cõtractibus rerũ ſuarum non retractandis, inuiolabiliter cuſtodiantur 2.53.3.

*De veteris beneficij inueſtitura.*

¶ Quæ de veteri beneficio fit inueſtitura, etiam à minore poteſt fieri 2.3.2.91.minore inquam xxv.annis.

*De iuſta poſſeſsione.*

¶ Siue à minore ſiue à maiore fiat inueſtitura, non de omni poſſeſſione vaſalli, ſed de iuſta tantum facta intelligitur, niſi aliud nominatim dictum ſit 2.3.

*De noui feudi inueſtitura.*

¶ Noui feudi inueſtitura non fit à minore xxv. annorum (vel vt quidã volunt) à minore xviii.annorum 2.91.ſed nec ab alio fit rectè niſi ab eo, qui legitimè ſuorum bonorum adminiſtrationem habet. qui enim qualibet ratione de ſuis rebus impeditur alienare, is nec per feudum poterit inueſtiturã facere 2.3.

*De non petita inueſtitura.*

¶ Si infeudatus maior xiiii.annorum ſua iniuria vel negligentia per annum & diem ſteterit ſine petitione inueſtituræ à domino, tranſacto hoc ſpatio, feudum amittit. 2.55.in f.pr.

*De iuramento pacis.*

¶ Vt à xviii.anno ad lxx.obſtringantur omnes iuramẽto, ad pacem tenendam. 2.53.

### Ex quibus cauſis maiores.

*De ſacramento per vim & metum extorto.*

SAcramenta per vim & iuſtum metum etiam à maioribus extorta, nullius ſunt momenti. 2.53.in fine.

### De receptis qui arbitrium receperunt.

DE arbitrio vtriuſque conſenſu electo 2.15:2.26. 2.34.in f.pr. 2.47.

### De iudiciis.

*De ratione conuaſalli & domini.*

VT ratio conuaſalli aduerſus conuaſallum, priuſquam Domini diſcutiatur 2. 79.

*De poſſeſsione & principali cauſa.*

¶ Vt prius poſſeſſio reſtituatur, quam de principali cauſa agatur 2.82.

### De rei vindicatione.

*De ædificiis & meliorationibus feudi.*

SI vaſallus in feudo aliquod ędificium fecerit, vel ipſum ſua pecunia meliorauerit, & contigerit poſtea vt vaſallus moriatur ſine filio maſculo, dominus aut patiatur ædificium auferri aut ſoluat pretium meliorationis 2.28.1, verſ.ſi vaſallus.

*Rei vindicationem vaſſallo competere.*

¶ Etiam abſente domino vtiliter agendi & excipiendi aduerſus vindicantem proprietatem totius feudi vel partem ius vaſallus habet. 2.43. ¶ Rei per beneficium datæ vaſallus hanc habet poteſtatem vt tanquam dominus poſſit à quolibet poſsidente, ſibi quaſi vindicare: & ſi ab alio eius rei nomine conueniatur, defenſionem imponere 2.8.verſ.Beneficium.

*De fructibus & incrementis feudi.*

¶ De fructibus & incrementis feudi ad quem pertineant.v.infrà, Titulo de vſuris & fructibus.

### De vſufructu.

*Penes quem poſſeſsio & proprietas feudi.*

PEnes vaſſallum feudi vſusfructus: penes dominũ, proprietas. 2.23.in fi.

*De precariis & quid precaria.*

¶ Legis Lotharij de precariis fit mentio lib.1.tit. 9.inf. ¶ Vt libellariæ & precariæ in ſuo ſtatu permaneant ſecundum conſuetudinem vniuscuiuſque ciuitatis v.Conſtitutionẽ Friderici & Henrici lib.5.tit.21.§.1. ¶ Precaria eſt ceſsio vſusfructus rei immobilis, quæ fit clerico ad tempus vel dum vixerit, ea lege, vt Eccleſię miniſterium exhibeat. Synod. Toletan.c.5. fiebat etiam ei eiúſve liberis qui rem ſuam Eccleſiæ donaſſet: de quo *dixi* ad Nouel.7.cap.4.Nouel.20.cap.2.l.14.7.5. Cod. de ſacroſ. Eccleſ.

### De Seruitutibus.

*De actione confeſſoria.*

SEruitutem feudo debitam vaſallus petere poteſt & retinere 2. 8.§.rei.

*Si vaſallus ſeruitutem feudo adquiſiuerit.*

¶ Si vaſallus pretio ſeruitutem feudo adquiſiuit, dominus pretiũ ei ſoluere debet. Alij tamen dicunt omnino, id eſt etiam pretio non reſtituto ad dominum pertinere 2. 28. verſ. ſi vaſallus.

*Si vaſallus ſeruitutem feudo imponi paſſus fuerit.*

¶ Si pretio vel dolo vel iniuria ſeruitutem rem beneficiariæ vaſallus imponi patitur: & ad dominũ poſtea feudum reuertitur, ſibi donec feudũ tenet, obeſt: domino autẽ & ſi per longa tempora perſeuerauerit ſeruitus, minimè nocet 2.8.verſ.Rei.

*Si quid per ſe ſubſiſtens aut non ſubſiſtens feudo à vaſallo adiectum.*

¶ Si quod feudo à vaſallo addictum eſt, per ſe non poteſt ſubſiſtere, vt ſeruitus, feudo accedit: & ſicut pars feudi cẽſetur 2. 8.1.

### Si quadrupes pauperiem feciſſe dicatur & de paſtu.

*Pabulatio quatenus peregrinanti permiſſa.*

LIcet peregrino ad equi pabulationem ſecundum viam ſtare in loco publico, & vti herba, & viridi ſylua ſine vaſtatione aliqua pro ſua commoditate & vſu neceſſario 2.27.inf.

### Familiæ erciſcundæ, Communi diuidundo, & de hæreditariis actionibus.

*Quæ feuda diuidantur.*

DIuidere non licet feuda Ducatus & Comitatus, 2.55.1. alia, licet 2.55.1, 2.77, 2.102. ſi velint eorum Domini ac conſortes 2. 55. 1. quinimo etſi nolint 2. 58. 2. ac proinde, hoc iure,

feudum regale maiori natu deferri videtur.

*De præſcriptione iniquæ diuiſionis.*

¶ De iniqua feudi diuiſione inter fratres poſt 40.annos quæri nō poteſt 2.58.2.

*Plures vaſalli vnius feudi fidelitatem vt præſtent.*

¶ Cùm plures vaſalli idem beneficium poſſident indiuiſum, vna fidelitas & vnū ſeruitiū domino fieri debet 2.77. ¶ Si verò partitum fuerit, quot partes, tot erunt fidelitates 2.77. Seruitia verò non pro partibus (vt vnum primum, ) videlicet grauiora, ſed pro quantitate beneficij moderanda 2.77.

*Pluribus dominis fidelitas vt præſtetur.*

¶ Si plures Domini feudū inter ſe diuidūt, nullo modo niſi vnā fidelitatem ex feudo habere poterunt 2. 77. in fi. Seruitium autem omnibus non grauitate ſed moderamine faciendum eſt 2.27. in f. quod ſi plures domini idem feudum indiuiſū habēt, vaſalli qui communiter illud tenent, non coguntur fidelitatē pro eo feudo facere, niſi domini illud feudum primò partiantur, quoniam ſecundum ius feudi non debet quis duas fidelitates pro eodem feudo facere. 2.102. & vaſallus pro vno feudo plures dominos habere non compellitur 2.55.1. in fi.

*Factum cohæredis alteri non nocere.*

¶ Cùm feudum hæreditarium vni ex cohæredibus propria culpa aufertur, cæteris non præiudicat. Hoc autem ita intelligitur, vt viuo eo vel ſuis hæredibus feudum ad cæteros venire non intelligatur 2.78.

*De hæredibus inueſtiendis.*

¶ Hæredes domini neceſſe habent tenere firmam inueſtituram quam pater fecit. 2.58.2. verſ. item hæredes.

*De iuramento ſucceſſorum.*

¶ Cùm datur ſucceſſori domini defenſio, iurare debet ſe nō credere inueſtituram factam eſſe ab anteceſſore ſuo 2.58. v. cū datur. Hæreditarium ſacramentum multum diſcrepat à principali 2.58. 2. in f. ¶ Hæres, ſucceſſor, filius, de conſcientia iurare debet, non de alieno facto. Iure tamen Lombardæ filius præciſè debet iurare, patrem ſuum non fuiſſe debitorem 2. 58.2. in f.

*De acquirenda & repudianda hæreditate (aliud in filio.)*

¶ Agnatus repudiare hæreditatem defuncti poteſt, feudum verò ipſum paternū retinere: nec de debito hæreditario aliquid feudi nomine ſoluere cogitur, ſed de fructibus tantum ſi quos reliquit 2.46.

## De iureiurando & fidelitate.

*Inueſtitus iurare domino fidelitatem tenetur.*

FIdelitatem inueſtitura præcedere debet 2.4.

*Fidelitatis definitio.*

¶ Fidelitas eſt iuſiurandum quod vaſallus præſtat domino 2.4.

*Qui fidelitatem iurare coguntur & qui non.*

¶ Omnes vaſalli ne imperatore quidē excepto: niſi enim, feudo ad ſe aliquo delato, fidelitatē faciat, feudū amittit 2.100. ¶ Nō dē in Eccleſia quæ nulli fidelitatē facit 2.101. ¶ Minor quoq. feudum ſibi delatum retinet, non tamē cogitur fidelitatē facere antequam venerit in maiorem ætatem 2.26. verſ. ſi minori. ¶ Eadem ratione impubes filius vaſalli defuncti, neque fidelitatem neque ſeruitium ſiue per ſe ſiue per alium debet 2. 26. 5. ¶ Quid ſi plures vel vaſalli vel domini, nū plures fidelitates debentur, an potius vna? dixi ſuprà Tit. familiæ erciſcundæ.

*Fidelitatis forma.*

¶ Noua (de veteri v. lib. 2. ti. 5. & 6.) forma fidelitatis vaſallus, tactis Euangeliis, omnino fidelitatē iurare cogitur contra omnē hominem (excepto tamē nominatim imperatore vel rege 2.55 in f. quod olim facilè ſubintelligebatur 2.8.2 ) id eſt ſe nūquā ſcienter adfuturū conſilio aut facto ſeu negotio, vbi dominus vitā, membrum, honorem præſentem vel futurū amittat, aut in ſua perſona læſionem, iniuriā, & contumeliam accipiat: ſe omni conatu animi id impediturum, aut domino quàm proximè nūciaturū, ſe conſilio atque auxilio domino adfuturum ad res amiſſas recuperandas, aliúmve iuſtè offendendum, ſecretū ſibi à domino commiſſum conſeruaturum &c. 2.7.

*De calumniæ iuramento.*

¶ Calumniæ ſacramentum vaſallus à domino, & è contra non exigit 2.33 1.

*De iuramento parium.*

¶ Pares Curiæ, teſtamentum præbent iurati 1.26.

*De puberum iuramento.*

¶ Sacramenta puberū ſponte facta non retractantur: per vim aut metū extorta etiā à maioribus nullius ſunt momenti 2.53. in f.

*Maſculo, fœmina, & emptori iuramentum vt defertur.*

¶ Si maſculus rem feudalem eſſe adfirmet, filia neget, maſculo defertur iuramentum 2.41: 2.51. verſ. ſi contentio. ¶ Si dominus feudum, eſſe dicit, fœmina neget, fœminę 2.41. Si dominus dicat eſſe feudum, emptor neget, emptori defertur iuramentum 2.41. 2.51. v. ſi contentio.

*De iureiurando delato vel relato.*

¶ Iuſiurandum defertur aut à iudice aut à parte. Vtroque caſu, is cui delatum eſt iurare debet aut referre. Iurare, inquam, cū XII. ſacramentalibus, ſex parentibus (inibi quidam legunt pagenſibus) ſex extraneis: ídque ſine mentione conſciētiæ: niſi agatur de facto fratris vel aui vel alterius aſcendentis 2.33. verſ. & cùm datur. ¶ Idem eſt in domino d. verſ. & cùm datur.

*De iuramento principalis perſonæ & ſucceſſorum.*

¶ Cùm iurat dominus de inueſtitura non facta ita iurat, ſe inueſtituram non feciſſe: ſucceſſor eius, ita iurat, ſe non credere inueſtituram factam eſſe ab anteceſſore: multum enim diſcrepat iuramentum & ſacramētum hæreditarium, à principali ſacramēto 1.3. l. *generaliter Cod. de rebus credit.* ita iurat tutor, ſe credere & exiſtimare l.2. *Cod. de iura. calumniæ*: ſic filius, ſucceſſor, hęres iurāt de ſua conſcientia non de alieno facto. l. Marcellus ff. rerum amotarum. In Lombardia contrarium extat: in ea enim filius præciſè debet iurare, patrem ſuum non fuiſſe debitorem 2.57. v. cùm datur.

*Poſsidenti iuramentum quemadmodum deferatur.*

¶ Iuſiurandum interdum poſſidenti: interdum nō poſſidenti ſeu actori, interdū neutri pro motu iudicis defertur 2.33. ver. ſacramentum. ¶ Poſsidente domino & vaſallo non probante, dominus abſoluitur ſuo iuramēto: vaſallo lōgo tempore poſſidēte & domino non probante, iuſiurādum defertur vaſallo. ſi nō longo tempore poſſedit, domino iuſiurandum defertur 2.33.2: 1.23: niſi aliud faciat pro poſſidente 2. 33. 2. ¶ Poſſeſſori aſſerti pignoris iuramentum non defertur 1. 11. niſi ſit munitus XXX. annorum præſcriptione 1. 28. ¶ Qui incrementum feudi poſsidet, inueſtituram probare non tenetur, ſed ſimpliciter iurare 1.4.5. ¶ Feudum guardiæ feudum eſſe 1.4.3. vel iure pignoratitio poſſideri 1.4.4. aduerſus vaſallum poſſeſſorem dominus qui id ait, probare tenetur: eo non probante, poſſeſſoris eſt defenſio, eique iuramentum deferri poteſt 1. 4. 3: niſi poſſeſſor dicat ſe ex feudo pignori ſibi dato inueſtitum. Tunc enim ei incumbit probatio 1.11. ¶ Vaſallus poſsidens feudum Camerę, aut Cauenæ: tenetur feudum (quod directum eſſe ait) iurare eius conditionis eſſe, hoc eſt directum eſſe: aut iuramentum de eo domino deferre 2. 21. ¶ Feudum paternum eſſe, rei ac poſſeſſoris iuramento creditur. 1.4.2.

*De iuramento pacis ſeruandæ.*

¶ Vt à XVIII. ad LXX. annum omnes ad iuramentum pacis ſeruandæ obſtringantur & vt eiuſmodi iuramentum quoquo quinquennio renouetur. 2.53.

*De infidelitate.*

¶ De infidelitate pugna fit iure Longobardico, non Mediolanēſi 2.39. ver. non eſt.

## De conditione cauſa dati, cauſa non ſecuta.

*Conditio ex cauſa domino competit.*

SI domino petente vaſallus deſeruire noluerit, domino condictio ex cauſā competit ad repetendum feudum 1.21.

## De contrahenda emptione.

*De pœna vaſalli feudum alienantis.*

NVlli licet feudum totum vel partem aliquam vendere, vel quocunque modo diſtrahere ſine volūtate vel iuſſu 1.21. vel permiſsione 2.55. illius domini ad quem ſpectare dignoſcitur. Huiuſmodi alienationes hactenus perpetratæ caſſantur, & in irritum deducuntur, nullius temporis præſcriptione impediēte, emptori bonæ fidei exempto actione de pretio contra vēditorē cōpetente. Callidæ machinationes quorundā qui pretio accepto, quaſi ſub colore inueſtituræ, quam ſibi licere dicunt,

feudum

feudum vendũt & in alios transferũt, ita prohibentur, vt vẽditor & emptor qui tam illicitas alienationes reperti fuerint cõtraxiſſe, feudum amittant, idque ad dominum liberè reuertatur Lotharius 2.3.1:2.9:2.24.in f.2.38.4.2.44.2.52:2.55. Conradus 2.34. Fridericus 2.3.1:2.55.

*De pœna notarij inſtrumentum alienationis feudi conficientis.*

¶ Scriba ſeu notarius qui hoc instrumẽtum ſciens conſcripſerit, poſt amiſſionem officij, cum infamiæ periculo manũ amittit 2.55.

*De omni alienatione feudi hîc agi.*

¶ Quod dicitur de venditione feudi intelligi oportet de omni alienatione 2.42:2.55. ibi vel quocunque modo.

*Quorum feudorum alienatio prohibita ſit.*

¶ Quod de feudi prohibiti alienatione diximus, locum etiam habet in feudo, in quo dominus diſtrictum vel etiã honorem habet 1.52. ¶ Sed & in eo quod iudicio familiæ erciſcundæ acceptum & alienatum eſt ab eo qui ſine hærede legitimo deceſsit 1.5.1.

*In proximorum agnatorum præiudicium, id eſt ſine eorum conſenſu feudum alienari non poſſe.*

¶ Paternum feudum (quod hodie cenſetur ad vii. vſque geniculum) non poteſt frater in fratris præiudicium alienare: facere denique vt de eo filia inueſtiatur. proinde, reciſſa eiuſmodi alienatione aut inueſtitura, frater fratri defuncto ſine legitimo herede maſculo ſuccedet 1.8.1. ¶ Rem quæ à communi parente per ſucceſsionem ad nos peruenit, ſeu alienari prohibitã, non poſſumus alienare in fraudẽ proximiorũ adgnatorũ: licet in feudũ dare poſsimus, citra fraudẽ tamẽ, aliàs reſcinditur infeudatio: iure προτιμήσεως proximiori adgnato cõpetente 2.3.1. ¶ Feudũ paternũ agnatis, ad quos id reuerſurũ eſt, non cõſentientibus aut ratũ non habentibus alienare non poſſumus etiã in filiam, vel domini voluntate interueniente 2.39.
¶ Si proximus ſucceſſor feudi cõſenſit feudum in vlterioris gradus perſonam transferri, nullum ad feudum regreſſum habet 1.5.1. eſt enim inter ipſos adgnatos feudi alienatio permiſſa.
¶ Licet prohibeatur alienatio, inter adgnatos, ſi tamẽ paternum ſit feudum conceditur 2.39.

*De generali alienatione vaſalli.*

¶ In generali alienatione vaſalli nõ continetur feudum, niſi nominatim dictum ſit 2.26.v.in generali.

*De curiæ venditione.*

¶ Capitaneus curiam vendens non intelligitur beneficium quod in ea extat, vendidiſſe 2.51.

*Qua lege vaſallus feudum alteri dare poßit.*

¶ Nemo alia lege, quàm ipſe habeat, feudum alteri dare poteſt: verbi gratia, qui ſibi ac ſuis maſculis feudũ habet, alteri ea lege dare non poteſt, vt fœminæ habeant: aliàs feudum ipſum amittit: & ſecundum quoſdam ipſe qui dedit & qui accepit: ſecũdũ alios cùm maſculi deſierint 2.34.2. Vaſallus arctiori lege, quàm ipſe habeat, feudum in alium poteſt transferre 2.108.

*Conditiones tacitè alienationem ſequuntur.*

¶ Si feudum quod alienari poteſt, alienatum fuerit conditiones primæ feudi, tacitè ſequuntur adquirentem 2.34.2:2.89.

*Feudum alienatum cui committatur.*

¶ Feudum illicitè alienatum domino aperitur, neque in cauſam feudi recidit, etiamſi vaſallus id poſtea recuperet 2.44. ¶ Quid ſi domini voluntate vaſallus feudum alienauit, feudum poſtea recuperauerit? Id habebit nõ iure feudi, ſed aut iure proprio, aut iure libelli (ſi id ad libellum vaſallus alienauit, domino feudum non eſt commiſſum: quin, ipſe venditor feudum emptori poteſt euincere reddito ei precio, ac preterea quanti eius intereſt 2.26.6.6. verſ. ſi vaſallus, idque Obertus ita ſentit 2.42. Nam quòd dicitur, alienatione feudum aperiri domino, id intelligendum cùm à ſciente alienatur 2.42.

*De alienatione feudi in potentiores.*

¶ In potentiorem extraneum alienare non licet rem communẽ in fraudem proximiorum adgnatorum 5.13.

*Domino quatenus permiſſa feudi vaſalli alienatio.*

¶ Dominus ſine conſenſu vaſalli feudum ad alios transferre non poteſt, ſeu aliũ de feudo inueſtire, ſed nec feudũ eius alij promittere quod ſi fecerit, pro non facto habebitur 1.22:2.55.1: id tamẽ Mediolani non obtinet 2.34.1. ¶ Viuẽte & ignorante vaſallo (cui nullus eſt hæres) dominus poteſt feudum vaſalli alienare, dummodo nullum ex eo detrimẽtum vaſallus ſentiat: quod tamen Placentinis non probatur 1.27.

*De allodij venditione.*

¶ De allodij ſimplicis & infeudati alienatione v. lib.2.tit.54.

*De iure προτιμήσεως.*

¶ Qui ex parentela habẽs communem agrum, domum, vineam, vel rem immobilem diuiſam vel indiuiſam (ad Feuda hoc caput nõ ita pertinet) aut ex communi emptione vel aliquo huiuſmodi titulo, eam alienare in Emphyteuſim dare aut locare nõ poteſt: niſi prius denuntiauerit illis qui per ordinem vocãtur in ius προτιμήσεως: quales ſunt parentes coniuncti, ſocij, cõiuncti extranei, qui ſub vno ſeruitio vel cenſu coniuncti ex aliqua parte vt vicini & cõfines. Denuntiatis datur menſis pretij iuſti offerẽdi, cum vſuris legitimis: tutoribus procuratoribus, menſes quatuor: non denuntiatis, decennium. Porrò conſenſu etiàm tacito, vt ſi venditioni interfuerunt & tacuerũt, amittitur ius προτιμήσεως, vt & præſcriptione temporis decennali, & ingratitudine ſiue indignitate. In fraudem huius legis facta alienatio reſcinditur: in potentiores perſonas fieri prohibetur: quinimò conuicti periurij emptor & venditor, rẽ & eius pretium amittunt, vtrũque fiſco committitur. Niſi rẽ vendit proximioribus quibus ius προτιμήσεως competit 5.13. Ex cauſa tamẽ dotis, donationis propter nuptias, vel ſimplicis donationis, vel donationis cauſa mortis vel ex teſtamento, vel permutatione, vel tranſactione vera nõ ſimulata, licet in fraudem proximiorum alienare 5.13:5.14.

## De reſcindenda venditione.

Si beneficium in fraudem conſuetudinis & legis alienatum & in feudum datum fuerit: tũc reſciſſa inueſtitura reddito à proximiore adgnato pretio, is qui inueſtituram accepit, cõpellitur eam reſtituere 2.3.1. ¶ Sed nouo iure, factæ in fraudem legum, feudi alienationes à ſcientibus, caſſantur & in irritum deducũtur, feudo penitus domino commiſſo, & ad pretiũ emptori actione non competente 2.52:25.5. niſi de euictione ſibi proſpexerit 2.8.2.80.

## De actionibus empti & venditi.

Emptori bonæ fidei, ex empto actio contra venditorem competit 2.55.

## Locati & conducti.

*De locatione fraudulenta & per libellum: & quid ea ſit.*

Locare feudum (quo etiam vocabulo feudum quod in curia domini eſt intelligitur 1.5.1.) vaſallus poteſt: niſi locatio ſit fraudulenta alienatio: ſicut eſt per libellum, huiuſmodi enim locatio, venditio dici poteſt. ¶ Libellario autem nomine locamus quoties ſub viliſsima duorũ denariorum penſione perpetuo 2.9. in fi.2.73.1.13: vtendum concedimus 2.9. in fin. eſt enim prohibitum quadã colluſione nomine libelli vẽdere 2.55.

*De totius feudi & partis eius locatione.*

¶ Totũ an pars (olim partim licebat 1.5.) feudi ita locetur (quod Mediolani non obtinet) nihil intereſt: feudum enim eo caſu amittitur, neq; valet quod factũ eſt 1.13. & mortuo vaſallo ſine legitimo hærede id eſt maſculo feudũ reuertitur ad dominũ.

*Per libellum alienatio feudi quatenus permiſſa.*

¶ Quod dictum eſt feudum per libellum alienari non poſſe, intelligendũ eſt, ſine volũtate domini. Nam ſi cũ Domini volũtate vaſallus feudũ totum vel medium libellario nomine dederit, ſtabilis permanet alienatio 1.13. ¶ Quinimo, ſine voluntate domini vaſallus certis caſibus feudum per libellum dare poteſt (verbi gratia, ſingulari priuilegio Eccleſię feudũ in perpetuum libellum dare poteſt) quamuis feudum nunquam ſit reuerſurum dominum cùm eccleſia nunquam deſinat eſſe hæres) priuato non poteſt 1.13. ¶ Fratri vel nepoti per libellum facta alienatio valet etiã ſine voluntate domini 1.13. in f. ¶ Licet prohibeatur beneficij alienatio inter adgnatos tamẽ, ſi feudum paternum fuit, conceditur: & ſi libellum vnus alteri fecerit de feudo paterno, non eſt libellus ſed quaſi refutatio 2.39. ¶ Si quis ea lege feudum acceperit, vt ipſe & ſui hęredes & cui ipſe dederit, habeant, poterit id ad libellũ dare: quod licet propriam feudi naturam non habeat, iure tamen feudi cenſebitur, vt ex his cauſis amittatur quibus & verum feudum 2.4.8.

*Feudum recuperatum quo iure ſit penes recuperantem.*

¶ Sin vaſallus voluntate domini feudum per libellum alienauit, & id poſtea recuperauerit, penes eum remanet, non iure beneficij, ſed iure libelli 2.44.

*De libellariis.*

¶ De libellariis & precariis v. lib.5.tit.21.§.1.

*De locaitone in fraudem proximioris agnati.*

¶ Si locatio facta ſit in fraudem proximioris agnati v.5.13. ¶ Si in emphyteuſim detur in fraudem proximioris adgnati 5.13.

*De ſubfeudationibus an licitæ & quatenus.*

¶ Beneficium à vaſallo in feudum,ſi nihil in fraudē legis fiat, rectè dari poteſt 2.26 6.verſ.beneficium ( nec enim licet ſub colore inueſtituræ,alioquin permiſſæ feudũ vendere.eo enim caſu feudum emptori ereptum ad dominum reuertitur 2.55.) dũ tamen militi detur.2 26.6.ver.beneficiũ:& ſecunda perſona ſit talis quæ feudo ſeruire poſſit 2. 34. 2. ¶ In infinitum(ea lege de qua ſupra diximus)vaſallo licet ſubinfeudare.2.34.2.in quibuſdam tamen curiis vltra tertiam perſonam feudi conceſſio non extenditur,vt cùm feudum peruenit in quartam perſonã, ei auferre dominus poſſit.2.34.2. ¶ Qui ſuum beneficium alij dat in feudum,non debet alia lege dare niſi qua ipſe habeat,vt ſi habeat ſibi ſuíſque hæredibus ( quod intelligi debet de ſolis maſculis ) non debet alij dare , vt habeat ipſe & ſui hæredes maſculi & fœminæ.Eo caſu quidam putant dantem feudum amittere: & alij dantem & accipientem : alij tunc domino feudum aperiri,cùm maſculi defecerint 2.34.2.

## De rerum permutatione.

SI quis faciat cambium de beneficio ſui militis , ſine illius conſenſu cuius eſt beneficium,pro non facto habetur 2.22.1. Si quis Cãbium proprietatis nomine feudi habeat.1.4.2.

¶ Si cambium feudi à domino vaſallus petat 2.25.ſi permutet in fraudem proximioris adgnati 5.13.ver.ex cauſa.

¶ An per acceptabilem vel ſubſtitutum domino ſeruire poſſit vaſallus v.lib.2.55.1.2.99.

## De pignoribus & hypothecis.

*De pignore quod conſultum.*

¶ Pignus quod conſultum dicitur fieri non poteſt ex feudo 2.8. in fine.

*De pignore totius vel partis feudi.*

¶ Pignorare totũ ,vel partẽ feudi ſine domini conſenſu non licet 2.55.¶ Olim qui pro pignore plus medietate obligaſſet,ita vt tranſactum ſeu diſtractionem permitteret, vel dolo hoc egiſſet,amiſſione feudi mulctabatur 1.5.

*Pignus in feudum conuerti poſſe.*

¶ Pignus in feudum conuerti poteſt 1.4.4.1.11.1.18.

*De pacto legis commiſſoriæ.*

¶ Si quis obligauerit aliquam rem pignori,eo pacto,vt ſi ſtatuto tẽpore pecunia ſoluta non fuerit,res ſit creditoris & eã pro feudo habeat , poteſt debitor quandocunque pecuniam ſoluendo, pacto non obſtante,pignus recuperare 1.27,2.51.7.

*An mortui vaſalli feudum pro pignore poſſit retineri à creditore.*

¶ Creditor debitore mortuo feudum eius pro pignore ſibi retinere non poteſt,licet fruges extantes retineat 2.86.

## De euictionibus.

*Vaſallo quatenus debetur euictio à domino.*

GEneraliter verum eſt in feudis,dominos de euictionibus teneri 2.80.vt in dominũ inueſtiti regreſſu habeãt de euictione 2.46 ¶ Si tamen quis ſciens inueſtituram alterius beneficij adquiſierit,eo euicto nullam aduerſus dominum actionem habet de euictione,quoniã in adquirendo malã fidem habuit 2.80.2.87.2.96. ¶ Ac niſi pacto ſpeciali ſibi proſpexerit,de euictione agere non poterit 2.8. ¶Ignorans verò rectè aget,vt aliud feudũ eiuſdem bonitatis ſeu quantitatis ſibi præſtetur 2.8. ¶ In eo verò nulla differẽtia eſt qui inueſtiturã facit,vtrum ſciuerit,vel ignorauerit 2.8. ¶ Si domino laudato ſeu vocato,nec defendente,vaſallus cauſam per ſententiã amiſerit, eíque feudum ſit euictum dominus vaſallo feudi cãbiũ debet,id eſt feudum eiuſdem æſtimationis ( quod erat tempore rei iudicatæ) reſtituere tenetur,vel nummos in feudum datos numerare 2.25. id eſt æſtimationem litis quam vice feudi ſubiit vaſallus, quam ſententia iudicis victori exſoluit.

## De vſuris & fructibus,& cauſis,& omnibus acceſſionibus & mora.

*De vſuris legitimis.*

VT tutores, curatores, procuratores,defenſores iure προτιμήσεως vti volentium intra quatuor menſes veniant, & ſoluant iuſtum pretium cum legitimis vſuris & expenſis neceſſariis,atque ita accipiant ius προτιμήσεως 5.13.

*De fructibus.*

¶ Si vaſallus deceſſerit,nullo in feudo relicto hærede maſculo,ius feudi ad dominum pertinet.Fruges autem extantes ad filias vaſalli,vel etiã vxorẽ eius.& hac ratione creditor eas retinere poteſt,licet pignus habere nõ poſſit 2.86.2.45. ¶Alia diſtinctio à quibuſdam adfertur , vt ſi vaſallus ſine liberis maſculis ante menſem Martium moriatur,fructus illius anni ex feudo prouenientes ad dominum pertineant: ſi poſt Kalendas Martii vſque ad Auguſtum,omnes fructus qui interim percipiuntur ad hæredes vaſalli pertineant. Alij volunt quocunque tempore anni decedat vaſallus , omnes pendentes fructus ad dominum pertinere 2.28.1.verſ.his conſequenter.

¶ Si duo fratres in caſa communi poſt mortẽ patris remanſerint id eſt habitauerint,ſimul & eorum vnus feudũ adquiſiuerit, feudum alteri,eo qui adquiſiuit, ſiue viuo ſiue mortuo nõ communicatur niſi per pactum : fructus tamen erunt communes donec ſimul habitauerint 2.12.

*De cauſis.*

¶ Qui inueſtitus eſt eadem lege & eodem iure rem habere debet quo habet qui eum inueſtiuit 2.58.2.

*De acceſſionibus.*

¶ Omne incrementum feudi ad vaſallum pertinet,niſi dominus aliquid ſibi in eo reſeruauit.1.4.5.

¶Si vaſallus in feudo aliquod ædificium fecerit,vel ipſum ſua pecunia meliorauerit,& cõtigerit poſtea vt vaſallus ſine filio maſculo decedat:dominus aut patiatur ædificiũ auferri,aut ſoluat pretium meliorationis 2.28.1.verſ.ſi vaſallũs. ¶ Idem dicendũ ſi vaſallus pretio ſeruitutem feudo adquiſiuit 2.28.1. ¶ Quidam dicũt omnino ad dominum pertinere 2.28.1. ¶ Sed & in ea re hæc diſtinctio recepta,vt ſi quid feudo à vaſallo additum ſit,ſi quidem tale eſt,vt per ſe ſubſiſtere poſſit,ac per ſe cenſeatur vt prædium id non accreſcat feudo:ſi verò per ſe non poſſit ſubſiſtere,vt ſeruitus pleriſque placet feudo accedere & ſicut partem feudi diſponendam eſſe 2.8.1.

¶ Qui incrementum poſſidet,inueſtituram probare non tenetur ſed ſimpliciter, quod ad eam rem attinet iureiurando eius ſtatur 1.4.5.

¶ Ab eo qui feudum cum omni incremento accepit,feudum nobis cedi poteſt:quo viuo,ſi quid feudo adcreſcat,ad nos pertinet.Id autem quod eo mortuo adcreſcit,eius eſt ad quem feudum reuerti debet 1.4.6.

¶ Si pretio,dolo,aut iniuria vaſalli feudo quid decreuerit, vaſallo donec feudum tenet,obeſſe poteſt: domino autem etiã per longa tempora,non nocebit 2.8.verſ.Rei in f.

*De mora.*

¶ De mora vaſalli in veſtitura petenda,fidelitate offerenda,domino iuuando ac certiorando , hoſtenditiis ſoluendis iuſtitia facienda,in iuri ſe ſiſtendo,ſuis locis dictum eſt.

¶ Si iure προτιμήσεως vti volens moram fecerit in iuſto pretio emptori offerendo.v.2.3.

*De eo quod intereſt.*

¶ Si inueſtitura facta & fidelitate ſubſecuta dominus differt vaſallum mittere in vacuam poſſeſſionem omnem vtilitatem ei præſtat 2 7.in f.

¶ Si facta de feudo inueſtitura pœniteat dominum,antequã poſſeſſionem transferat,præſtãdo intereſſe vaſallo non liberatur, ac proinde poſſeſſionem feudi,de quo inueſtituram fecit,tradere compellitur 2.26.6.

¶ Si vaſallus feudum alienauit ignorans,non domino ſed ipſi vaſallo feudũ reſtituendum:ad intereſſe verò emptori ignoranti condemnandus 2.26.6.verſ.vaſallus.

¶ Vt tutores,curatores,procuratores & defẽſores iure προτιμήσεως vti volentium,ſi intra quatuor menſes iuſtum pretium cum legitimis vſuris & neceſſariis impenſis emptori non obtulerint ſarciant de propriis ſuis quicquid incommodi perſonæ illæ habuerint 5.21.adde quædam ex titulo de euictionibus.

*De impenſis & expenſis ſumptibus.*

¶ Id quod de communi expenſum eſt,alteri pro parte competenti eſt reſtituendum 2.12.in f.

¶Iure προτιμήσεως vti volens iuſtum pretium cum vſuris legitimis & expenſis neceſſariis offerat ac ſoluere debet 5.21.

¶ Sumptibus domini ſeruitia præſtantur à vaſallo 2.107.

¶ Hoſtẽditiarũ nomine in Lõbardia de modio XII. denarij. In Teutonica terra tertia pars fructuũ ſoluitur:facta cõputatione fructuum ſolummodo eius anni quo hoſtẽ faciunt 2.40.in f.

## De probationibus & præſumptionibus.

*Onus probandi cui incumbat.*

PRobationis onus ei incumbit qui feudum nouum eſſe ait 2.11, 2.15, 2.26.Bonus tamen iudex eo ex caſu iuramentum deferre poterit,cuius magis æquum videbitur 2.13.

*De nouæ & veteris inueſtituræ probatione.*

¶ Noua inueſtitura præciſè probãda eſt per pares eiuſdẽ Curiæ(ſi tamen Dominus vaſallus habeat,aliàs extranei teſtes ſufficiũt 2.33.verſ.quæ autem 2.58.1,2.58.2.in f.) non per confeſſionem domini,aut breue teſtatum.Quanquã alij volunt vel per confeſſionem domini,vel per breue teſtatũ ab extraneis cõfirmatum probari etiam poſſe 2.32. ¶Vetus verò inueſtitura(quæ fit

vel à

vel à domini ſucceſſore vel vaſalli ſucceſſore)etiam per extraneos probari poteſt:non tamen per fœminas 2.32.

*Si inueſtitura facta eſſe negetur.*

¶ Si dominus neget ſe inueſtituram feciſſe actori 1.10, 1.26. eiúſve patri 1.26.1.

¶ Inopia probationum res deciditur per iuſiurandum 1.10.2. 2. 1.in f.poſſeſſoris.vel cum XII.ſacramentalibus ſecundum quoſdam:niſi clientulus ſit gaſtaldus vel actor domini vel guardiæ feudum habet:tunc enim domini religioni ſtatur 1.10.

*De præſumptionibus.*

¶ Vnuſquiſque ſibi,ſuis hæredibus ac ſoboli videtur proſpexiſſe 2.18,2.90. ¶ Pares,pecunia,odio vel gratia corrumpi,non eſt ſuſpicandum 2.58.2.in f. ¶ Priuato feudum ad libellum perpetuum dare non poſſumus,eccleſiæ poſſumus. Eccleſia enim cultrix & auctrix iuſtitiæ non patitur contra iuſtitiã aliquid fieri in ſe vel in alterũ,priuatus verò ſæpe obuiat iuſtitiæ 1.23.

## De Fide inſtrumentorum.

*De libro.*

SI cui militi fidelitas requiſita fuerit à domino,dominus ſecũdum quoſdam librum militi oſtendere debet, miles autem eam facere debet 2.76. ¶ Liber autem quòd vaſallo oſtendi ſoleat,non neceſſitate fit,ſed voluntate.Eſt enim quoddam ſignum requiſitæ fidelitatis memoriæ cauſa 2.76.

*De inſtrumento publico.*

¶ Vaſallus inueſtituram per inſtrumentum publicè confectum probare poteſt 2.25.à tribus vel duobus paribus confirmatum. Quod ſi inſtrumentum defecerit, vel quia factum non fuerit, vel quia amiſſum ſit,tunc qui probare deſiderat,pares illius curiæ,qui interfuerunt,offerre debet 2.2.

¶ Quod ſi inueſtitura ab eo qui vaſallos non habebat,dicatur facta,tunc per quoſlibet idoneos teſtes, aut per publicum inſtrumentum probari poteſt : aut inopia probationum res decidatur per iuſiurandum 2.2.1.

*De breui teſtato.*

¶ De probatione per breue teſtatum v.1.2.in f.1.3, 1.4, 1.4.3, 1. 4. 52.32, 2.88.2.92.

*De notario & ſcriba.*

¶ Si notarius vel ſcriba ſciens inſtrumentum alienationis feudi conſcripſerit v.2.52, 2.55.

## De teſtibus.

*Ne in noua veteri inueſtitura extranei teſtes admittantur.*

NOua inueſtitura paribus Curiæ:vetus,etiam teſtibus extraneis,non tamen fœminis,probatur 2.32. ¶In clericorum tamen feudis pariter accipiuntur pares & extranei:quia cùm clerici de feudo inueſtiunt,ſæpè abſconsè & ſine præſentia ſuorũ confratrũ hoc facere ſtudent 1.26.Si tẽpore inueſtitionis pares abfuerint 1.26.aut iurare voluerint,neque iurare eos dominus cõpulerit 2.2.in f.pr.etiã extranei ſunt recipiẽdi qui ſi veritatẽ celare voluerint,fortè amore,vel pretio vel alia qualibet cauſa,à comite vel populo iurare cõpellãtur,quod ex ea cauſa falſitatem non dicent,nec verum ſcientes tacebunt 2.26.

*Qui pares aut pro paribus habeantur.*

¶ Pro pari domino vel vaſallo diſſentiente non eligitur,qui nõdum fidelitatẽ iurauit 2.16. ¶ Paradogiũ ſeu Paragiũ non adquirit qui ſoldata habet vel habuit 2.10.v.Nã ille vt teſtis cieri poteſt qui tempore inueſtituræ par fuit,poſtea par eſſe deſierit 2.19. ¶ Pares cum dicimus,pares eius qui eorum teſtimonio vtitur intelligimus,& qui ab eodem domino feudum tenent, non alienos.2.26.

*De poſſeſſoris iureiurando.*

¶ Si teſtibus res probari non poteſt, poſſeſſoris ſacramento res deciditur 1.26.in pr.2.2.in f.pr.

*Teſtes iurati eſſe debent.*

¶ Si teſtes inueſtituræ interfuerint & eos vaſallus ád teſtimoniũ vocauerit,eorum teſtimonio cum ſacramento creditur 1.26.

*De fœminis.*

¶ Fœminæ teſtes in inueſtitura,etiam veteri,probanda admitti non poſſunt 2.32.

*De ſeruis.*

¶ Teſtes liberi ac liberæ conditionis eſſe debet 2.58.1.

*De numero teſtium.*

¶ Coram duobus ſaltem teſtibus inueſtitura fieri debet:ſi tamen is qui inueſtit vaſallos habet.2.2.1, 26.1, 2.58.1. Pluralis enim locutio duorum numero contenta eſt.2.58.1.

¶ Qui nõ poſſidet & inueſtituram factam eſſe ait, eam per duos ſaltẽ pares de domo ipſius domini probare debet, vel etiam cùm pares abſunt,per alios duos idoneos teſtes 1.26. 1. ¶ Si poſſidet,tunc ſine probatione vlla teſtium debet ſolus iurare ſe vel patrẽ ſuũ fuiſſe inueſtitũ 1.26.1.in fi. ¶ Quinque teſtibus integræ opinionis cauſæ ingratitudinis vaſalli probandæ.2.57.

*An vaſallus in dominum teſtis eſſe poßit.*

¶ Vaſallus teſtimonium in dominum ferre non poteſt in cauſa criminali,in ciuili modica:poteſt.2.33.1.

## De iuris & facti ignorantia.

*De fidelitate non facta.*

IVſto errore excuſatur vaſallus qui fidelitatem non fecit.2.3.2. ¶ Iuſta ignorantia vel parui temporis negligentia,cum iniquę poſſeſſionis periurio,domino in poſſeſſione damnum adferre non debet.1.26.in f.

*De ignorantia.*

¶ Ignoranti ſubuenitur 2.26.6.verſ.vaſallus.

*De ſeruo inueſtito.*

¶ Seruus inueſtiri poteſt:niſi ignorantia prætendatur. 2.5. verſ. perſonam.

## De ſponſalibus.

DE deſponſatione & tempore ſponſaliorum v.2.29.

## De donationibus ante nuptias.

QVartæ ſiue tertiæ ratione,quæ à Longobardis ſeu Romanis viris,vxoribus fieri ſolet, poſt mortem viri ad mulierẽ nihil pertinet 2.8. in fin. huiuſmodi tertiæ & quartæ dabantur à maritis vxori,hypoboli ſeu vice donationis propter nuptias loco,& à Longobardis Morgengabe appellabantur, quaſi diceres donationem à viro vxori collatam manè die Nuptiarum: qua de re quædam infrà dicentur titul.de Pactis conuentis.

Donationis propter nuptias cauſa alienare in fraudem proximioris adgnati an liceat 5.15. 56.

## De inceſtis nuptiis.

INceſtas nuptias contrahentium bona inter Regalias ſeu Regalia numerantur 2.56.

## De ſecundis Nuptiis.

SEcundi matrimonij filij in feudo materno liberis,prioris matrimonij præferuntur 2.16.4.verſ.mulier:dum tale feudum ſit adquiſitum ſecundi viri ac mariti contemplatione 2.103.

## De iue Dotium.

*Feudum in dotem dari quatenus poßit.*

PAter feudum in dotem pro filia dare nullius curiæ conſuetudine poteſt 2.9.1. ¶ Poteſt tamen ipſa fœmina feudum, ſi quod habet,marito in dotem dare.quo caſu ſi marito ſuperſtite ſine liberis decedit,feudũ ad maritũ non pertinet 2.13. ¶ Caſus ille in difficili eſt.Fœmina paternum feudum in dotem dedit,duobus filijs ex eo matrimonio procreatis, quorum vnus duas filias,alter vnicum filium maſculum reliquit. fœmina mortua,ſuccedet maſculus ille vnicus,non fœminæ, eius amitæ 2.17.

¶ Dotis cauſa alienare in fraudem proximi 5.13.5.15.

## De Pactis conuentis.

*De pacto,ne filij aut vt in re aliqua tantùm ſuccedant.*

FIlij nati ex ea vxore cum qua matrimonium tali conditione contractum eſt,Ne filij ex ea nati patri ab inteſtato ſuccedãt in feudo non ſuccedunt.Nam quamuis ratione improbetur talis cõditio,ex vſu tamẽ admittitur 2.26.6.verſ.filij nati. ¶Quidam habens filiũ ex nobili coniuge,ea mortua,minus nobilẽ deſponſauit ea lege,vt nec ipſa nec filij eius amplius habeant de bonis patris quàm dixerit tempore ſponſaliorũ verbi gratia x.libras vel quantum voluerit dare quando eam deſponſauit(quod Mediolanenſes dicunt,accipere vxorem ad Morganaticam:alij lege Salica)his filiis ex ea ſuſceptis deceſſit. Iſti in proprietatem ſeu alodem patri non ſuccedunt, aliis fratribus extantibus:ſed nec in feudo, etiam aliis non extantibus, fratribus tamen ſuccedunt ſine legitima prole decedentibus vſu Mediolanenſi 2.29.

## Soluto matrimonio.

*Vir vxori non ſuccedit & è contra.*

MAritus vxori in feudo non ſuccedit niſi ſpecialiter inueſtitus 1.15. ¶ Quod ſi ſimul inueſtiti, ſibi æqualiter feudũ adquirunt: vno tamen eorum ante alterũ mortuo, pars defuncti ſuperſtiti non adcreſcit, ſed domino feudi defertur 2.85.

## De naturalibus liberis.

NAturalis filius patri non ſuccedit in feudo, quamuis legitimatus ſit 2.26.verſ.Naturalis.

## De adminiſtratione tutorum.

VT tutores vel curatores minorum xxv.annis, quibus vt proximioribus ius προτιμήσεως competit, intra quatuor menſes à denuntiatione eis facta, iuſtum pretium rei emptori cum vſuris legitimis ſoluant: aliàs ſi id negligunt, ſarciant de propriis ſuis quicquid incommodi minores habuerint 5.13.

## De teſtamentis.

*De feudo parenti an teſtari liceat.*

SI quis deceſſerit filiis & filiabus ſuperſtitibus, ſuccedunt tãtum filij æqualiter: vel nepotes ex filio loco ſui patris: nulla ordinatione defuncti in feudo manente vel valente 2.8.

*An ad pias cauſas de feudo teſtari liceat.*

¶ Nulli licet feudum totum vel partem pro anima iudicare ſine permiſsione illius domini ad quem feudum ſpectare dignoſcitur 2.55, 2.9.1.

*De Allodiis in fraudem proximiorum an teſtari ſit permiſſum.*

¶ Allodialem rẽ ex teſtamento ſeu vltima diſpoſitione alienare poſſumus in fraudem proximioris adgnati 5.13: 5.14.

## De adquirenda vel amittenda hæreditate.

*An & à quibus feudum defuncti adiri poſſit, repudiata eius hæreditate.*

ADgnatus feudum quod paternum dicitur, ſibi delatum retinere poteſt, repudiata hæreditate: ita vt ære hæreditario non teneatur 2.45. dixi ſuprà, titulo Familię erciſcũdæ. ¶ Filius verò defuncti non poteſt 2.45, 2.51, niſi adgnatis conſentientibus à domino inueſtiatur quaſi de nouo beneficio: quo facto licebit ei repudiata hæreditate feudum retinere, nullo onere hęreditario ei imminente 2 46.

## De ſuis & legitimis liberis, & ex filio ac filia nepotibus hæredibus.

*De liberis maſculis.*

MOrtuo vaſallo prima cauſa liberorum eius 2.11. maſculorũ 1.19. in ſuccedendo. Ideóque proles eius maſcula ex eáque alia proles maſcula deſcendens ſuccedit, & prolem fœmininã, éxque ea prolem omnem fœmineam deſcendentem (niſi feudum ea conuentione adquiſitum vt fœminæ, cũ maſculis ſuccederent 2.11. de quo infrà plura, & ſuprà, titulo de pactis) ſed & fratres defuncti excludit 1.19. ¶ Succedunt autem filij inter ſe æqualiter 1.8.

*De adoptiuis.*

¶ Adoptiuus filius patri in feudo non ſuccedit 2.26.v. adoptiuus.

*De legitimatis.*

¶ Naturalis filius patri non ſuccedit in feudo, quamuis legitimatus ſit 2.26.verſ.Naturalis.

*De natis ex matrimonio ad Morganaticam.*

¶ Natus ex matrimonio ad Morganaticam contracto patri in feudo non ſuccedit. ¶ Ad morganaticam matrimonium cõtractum dicitur, ſi ita contractum fuerit: Ne ex eo matrimonio nati in feudo ſuccederent 2.26 verſ.filij. Vſu quoque Mediolanenſium, ſi pactum quis inierit cum ſecũda vxore minus nobili ea lege, vt nec ipſa nec filij eius amplius habeant de bonis patris quàm dixerit tempore ſponſaliorũ, verbi gratia x. libras, vel quantum voluerit dare quando eã deſponſauit (quod Mediolanẽſes dicũt vxorẽ ducere ad Morganaticã, alij lege Salica) hi in proprietate aliis extantibus, patri non ſuccedunt: ſed nec in feudo, aliis etiã nõ exiſtentibus, licet legitimi ſint. Succedunt tamen fratribus ſine legitima prole deſcendentibus in ipſa proprietate, non in feudo 2.29.

*De filiis ſecundi matrimonij.*

¶ Filij ſecundi matrimonij in feudo materno, prioris matrimonij liberis pręferuntur 2.26.4.verſ.mulier, dummodo tale feudum fuerit adquiſitũ ſecũdi viri ac mariti contẽplatione 2.103.

*De filiis vaſalli delinquentis.*

¶ Vaſalli feudum delinquentis licet ad agnatos proximiores (qui quarto gradu ſunt 2.26.6.verſ.ſi vaſallus) quandoque pertineat: filius tamen ad id nullatenus aſpirabit, niſi id iterum à domino licitè adquirat 2 26.6.verſ.ſi vaſallus 2.31. alij tamen putant feudum ad dominũ non pertinere donec aliquis maſculus delinquenti ſupereſt. cui ſententiæ alij contradicũt 2.98. adde quę notaui ad titu. de bonis damnatorum infrà.

*Nepos ex filio vt ſuccedat.*

¶ Corradi lege feuda ad nepotem ex filio producta 1.1.2. ¶ Succedũt filij ęqualiter vel nepotes ex filio loco ſui patris 1.8. ¶ Filij vel nepotes ex parte filiorũ 1.1. ſeu patrum ſuorũ ſuccedũt 1.14. ¶ Si quis miles mortuus fuerit ſine filio maſculo & nepotem reliquerit, in beneficium, aui in patris vicem ſuccedit 1.19 in fin. ¶ Filiis exiſtentibus maſculis vel ex filio nepotibus vel deinceps per maſculinum ſexum deſcendentibus, cæteri remouentur adgnati 2.11. ¶ Filius patri ſuccedit non filia, niſi ex pacto: vel niſi feudum ſit fœmineũ, tunc enim ſuccedit filia patri & matri, ſecundum quoſdam ſuccedit nepos ex filio ſolus & ſic vſque in infinitum 2.50.

*Nepotes ex filia vt ſuccedant.*

¶ Ad ex filia nepotes ſeu pronepotes ſucceſſio feudi nõ pertinet. Proles enim fœminini ſexus vel ex fœmineo ſexu deſcendens, ad huiuſmodi ſucceſsionem adſpirare non poteſt, niſi eius cõditionis ſit feudum vel eo pacto adquiſitum 2.11.

*Fœminæ & filiæ an & quomodo in feudis ſuccedant.*

¶ Non patet locus fœminæ in feudi ſucceſſione donec maſculus ſupereſt ex eo qui primus de hoc feudo fuerit inueſtitus 2.17. Filię in feudis parẽtibus non ſuccedunt niſi inueſtitæ fuerint 1.8.2, 1 14. 2. in fin. niſi ex pacto: vel niſi feudum ſit fœmineum, (tunc enim ſuccedit filia matri, ſi fœmineum ſit feudũ: patri, ſi in inueſtitura feudi id adiectum vt filia ſuccederet 2.50. (niſi ſi conditionem feudo adiectam æquè implere poſſint, vt maſculus: multo magis in feudo ſuccedent ſi nulla ſit adiecta conditio: ídque æquitatis eſt 2.104. ¶ Filiis extantibus 1.8.2.1.14.2. in fi. aut ex filio nepotibus 2.50. filiæ non ſuccedunt 2.36. in fin. etiamſi inueſtitura facta fuerit in perſona patris ea lege, vt filij ac filiæ ſuccederent 1.8.2, 1.14.2. in f. vt eius deſcendentes maſculi & fœminæ habere poſſint 1.6. vt in ſe, deſcendentéſq; ſuos id haberent 1.104.2. multo minus filiæ ſuccedũt ſi vaſallus pro ſe vel hęredibus ſuis maſculis vel his deficientib. fœminis, feudum acceperit 2.17. Aliud erit ſi feudum ita adquiſitũ eſt, vt in eo ſuccedãt fœminæ ſicut maſculi, fœminæ enim cũ ipſis maſculis ſuccedẽt: ídque vi verborum & ſentẽtia contrahentiũ 2.104.1. ¶ Nullo hærede maſculo exiſtente feudum paternum filiæ delatũ eſt: eadẽ moritur relictis duobus filiis, quorũ vnus duas filias, alter vnicũ maſculũ reliquit, quid iuris? fœminæ eo caſu nõ ſuccedẽt 2.17. ¶ Qui feudũ adquiſiuerat vt ad fœminas trãſiret, duas tantũ filias ſuſtulit: quarũ vna filiũ, altera filiã reliquit: Gerardi ſentẽtia (aliud Obertus exiſtimat) maſculus pręfertur 2.51.ver.ſimiliter. Feudũ à duobus fratribus ita adquiſitũ vt quandiu ipſi vel hæredes eorũ maſculi viuerẽt, haberẽt: maſculis deficientibus, fœminæ ſi ſupereſſent: eorũ vnus moritur relicta vnica filia: ſuccedit ei filia, non frater. vnuſquiſque enim ſibi, ſuæque ſoboli, ac proli hæredibúſque videtur proſpexiſſe quàm aliis: qui aliàs ſi ſine filia frater mortuus fuiſſet: vi pacti ſucceſſiſſet 2.18.2 90. ¶ Quid ſi ſimpliciter in hæredes maſculos & fœminas duo illi fratres inueſtiti? vno ſine liberis maſculis aut filiabus moriente, feudum non ad ſuperſtitem fratrẽ ſed ad dominum perueniet 2 90. ¶ Si feudum ita fuerit adquiſitum à viro & vxore, vt in ſe, deſcendentéſque ſuos id haberẽt, fœminæ excludentur à maſculis eius matrimonij: quibus non extantibus, cum filiis alterius matrimonij concurrent: ſi neque ex eo, neque ex alio matrimonio filij fuerint, partem feudi: filiæ, partem alteram dominus feudi habiturus eſt 2.104.2

*Neptes & proneptes in feudis an ſuccedant.*

¶ Ad neptes vel proneptes ſucceſsio feudi nõ pertinet 2.11. quod de filiab. tamẽ dictũ eſt ſuperiore capite ad neptes, proneptes & deinceps extẽdi poteſt: cũ in eodẽ ſexu eadẽ ſit iuris diſpoſitio.

*De Nepotibus & Pronepotibus ex filia.*

¶ De Nepotibus & Pronepotibus ex filia 2.11. dictum eſt ſuprà.

## Ad S C. Orphitianum & vt matri liberi ſuccedant.

¶ Matri in feudo ęqualiter ſuccedũt liberi, etiãſi id ſpecialiter nõ ſit dictum, vel inueſtiti non ſint, id enim æquitatis eſt 2.15.

¶ Si feudum ſit fœmineum filia matri ſuccedit: ſecundum quoſdam, nepos ex filio ſolus 2.50.

Matri ſuccedunt filiæ deficientibus maſculis 2.30, 2.51.verſ. ſimiliter 2.17. Etiã ſine ſpeciali ſtipulatione matris vt feudũ ad filias

deferretur

deferretur (quod tamen quibuſdam non probatur) 2.30. alias fœminæ, non ſuccedunt maſculis extantibus vt ſuprà dictũ eſt.

## Ad S.C. Tertyllianum, & vt liberis ſuccedant parentes.

AScendentes deſcendentibus in feudo non ſuccedunt 2.50, 2.84. niſi nominatim cum domino pacti fuerint, vt ſi filius deceſſerit ante patrem, feudum ad patrem reuertatur, aliàs defuncto ante patrem filio, pater non ſuccedit, ſed dominus 2.84.

## De legitimis hęredibus.

*In paterno frater fratri feudo vt ſuccedat.*

POſt filios maſculos, poſt nepotes ex filio ac deinceps: poſt filias certis caſibus, eorúmque liberos, vti ſuperius dictum eſt, ſuccedunt ex latere omnes per maſculum deſcendentes vſque in infinitum, ſi feudum ſit paternum 2.50.

*In nouo feudo frater fratri vt ſuccedat.*

¶ In nouo feudo frater fratri non ſuccedit 2.90. nouo inquam, id eſt à fratre adquiſito, niſi pacto ſpeciali inueſtituræ adiecto, frater fratri ius ſuccedendi fuerit ſtipulatus 2.12. ¶ Quid ſi cũ in caſa cõmuni duo vel plures fratres habitarent, eorũ vnus feudũ adquiſierit? fratri defuncto etiã ſine liberis, frater non ſuccedet: ſed ad dominũ feudũ reuertetur, fructus tamen erunt cõmunes donec ſimul habitauerint 2.12. ¶ Quid ſi cũ equis & armis cõmunibus vel pecunia cõmuni fuerit feudũ adquiſitũ? frater fratri etiã non ſuccedet, ne forte inuitus dominus alium quàm quẽ voluerit ſibi adquirat vaſallum, dũ tamen meminerimus, id quod de communi expenſũ eſt, alteri pro parte competente eſſe reſtituendũ 2. 12. ¶ Quid ſi feudum conſentiente Domino ceſſum ac refutatũ liberis à parente fuerit, & eorum vnus ſine liberis moriatur? qui ſuperſtites erunt fratres, defuncto fratri ſuccedent in eo feudo, tanquam paterno, non tanquam adquiſito 2.14.

*Nepotes ex fratre, patruo vt ſuccedant.*

¶ Liberis ac nepotibus & deinceps maſculis defuncto non exiſtentibus in feudo, quod paternum dicitur, ſuccedunt fratres defuncti, cum fratrum præmortuorũ filiis 2.11. In feudo enim paterno fratrum filij patrem mortuum repræſentant & ſuccedũt vnà cum patruis: quorum ſi vnus ſine liberis maſculis moritur, prædicti fratres vel nepotes ſuccedent 1.14.1.

*Patrui vt nepoti ſuccedant.*

¶ Filio ex fratre ſine liberis mortuo ſuccedit eius patruus 1.10. ¶ Quid ſi Gaius Titij auus de nouo beneficio inueſtitus fuerit, & Titius ſine hærede maſculo moriatur? Titij ſucceſſio non pertinet ad Sempronium eiuſdem Titij patruum magnũ ſeu Gaij fratrem: huiuſmodi enim feudum Sempronio nunquam fuit paternum. Feudum enim paternum dicimus, quod fuit illius parentis, qui eius adgnationis, de qua quæritur, fuit communis 2.11.

*De patruelibus, conſobrinis & ſobrinis.*

¶ Deficientibus fratribus ac fratrum præmortuorũ filiis adgnati vlteriores in feudo paterno ſuccedunt 2.11. ¶ Verbi gratia patrueles 1.1.4.1. (aut vt ibidem legitur conſobrini vel ſobrini 1.2.50.) patrui magni 2.11.

## Communia de ſucceſſionibus.

*Succeſſione beneficium adquiri.*

PEr ſucceſſionem quoque ſicut per inueſtituram beneficium ad nos pertinet 2.11.2.33.

*Qui retinere poſſint feudum.*

¶ Cæcus feudũ paternũ retinere poteſt 2.36. ¶ Claudus feudum paternũ poteſt etiã retinere 2.36. ¶ Imperfecti, quemadmodũ cæcus & claudus, feudũ paternũ retinere poſſunt 2.36. ¶ Mutus qui omnino non loquitur, quorundã ſententia, feudum retinere non poteſt: ſi tamen magnum fuerit feudum, nihílque is habeat vnde ſe alere atque exhibere poſſit, alimenta ex feudo conſequetur 1.6. in f. alij volũt mutum, ſurdum etiamſi ita natus ſit feudum paternum retinere poſſe 2.36. ídque æquius eſſe puto.

*Qui non retineant.*

¶ Serui poſt delatam ſucceſſionem feudi, etiam manumiſſi, in feudo non ſuccedunt 2.106. ¶ Si vaſallus monachus 2.21. aut clericus fiat, vel habitũ religionis aſſumit, feudum amittit: ita vt ſi feudum eius nouum fuerit, dominum: ſi paternum proximos adgnatos habeat hæredes 2.26. verſ. qui clericus. 2.109.

*De ordine ſuccedendi, gradibus & proximioribus.*

¶ In ſucceſſionibus feudorum deferẽdis ordo legũ Romanarum ſeruãdus 2.37. ¶ Ad proximiores ex linea defuncti, (proximiores dicuntur reſpectu aliarũ linearum) feudum defertur, omnibus ex hac linea deficiẽtibus, omnes aliæ lineę æqualiter vocãtur 2.50. ¶ Proximioribus quemadmodum ius προτιμήσεως competat, alibi dictum eſt à nobis.

*Vaſallo delinquenti qui ſuccedant.*

¶ Si vaſallus ita in dominum peccauerit vt feudum amittere debeat, non ad proximos ſed ad dominum beneficiũ reuertitur: ſi non in dominum ſed in alios, non ad dominum ſed ad proximos feudum pertinet, ſi tamen beneficium fuerit paternum 2.24.3, 2.37.

*Qui ſemel feudum refutauit, an poßit in eo aliquando ſuccedere.*

¶ Partem meam feudi paterni Titio adgnato, eiuſdẽ feudi ſocio refutaui, non ea mẽte, vt à domino quaſi de nouo beneficio inueſtiretur, ſed vt ſibi ſuíſque hæredibus, & cui is dediſſet, haberet. Mortuo Titio ſine liberis maſculis pars quondã mea feudi ad me reuertitur: non ad Sẽpronium Titij ac meum adgnatum ſocium ac participem eiuſdem feudi 2.83.

*In feudis dignitatum an ſit ſucceßio.*

¶ Hodie in feudo Comitatus Marchiæ Ducatus & aliarum dignitatum legalium ſucceſſio eſt 1.13. in fi. 2.55.1. olim non erat niſi ab Imperatore ita per inueſtiturã fuiſſet adquiſitũ 1.14. ¶ Et quia in eiuſmodi feudis non admittitur diuiſio 2.55.1. maiori natu deferuntur: aut eo furioſo vel infami, ſecundo genito, aurea bulla Caroli 4. c. 23.

*An vir vxori & è contrà ſuccedat.*

¶ Si vir vxor ſimul inueſtiuntur, ſibi æqualiter feudum adquirũt, eorúmque vno ante alterum mortuo, pars alteri ſeu ſuperſtite non adcreſcit, ſed domino defertur 2.85. Maritus vxori in feudo non ſuccedit niſi ſpecialiter inueſtitus ſit 1.15.17.

*Dominus vaſallo vt ſuccedat.*

¶ Si vaſallus decedit, nullo in feudo relicto hærede, ius feudi ad dominum pertinet 2.86. Huc referri poſſunt quæ ſuperius dicuntur titul. de bonis damnatorum: & titul. de acquirenda, & amittenda poſſeſſione.

## De Donationibus.

*De vaſallo.*

DOnare feudum vaſallus non poteſt, non conſentiente domino 2.55.

*De domino.*

¶ Quod dicitur dominum donationes facere poſſe duobus vel tribus teſtibus idoneis præſentibus 2.8.1. ad inueſtituras pertinet non ad donationes, in præiudicium vaſalli.

*De eo qui liberos habet & non habet.*

¶ Qui liberos habet in fraudẽ proximioris adgnati, vlteriori feudum dare non poteſt, donatum tamen adgnatus proximior vlteriori euincit pretio numerato. Qui liberos non habet, vlteriori feudum donare non poteſt in fraudem proximioris, ac proinde feudum ita donatum proximior adgnatus vlteriori euincet, nullo etiam pretio numerato 2.26.5. in f.

*De vxore & marito.*

¶ Filia feudum paternum iure ſibi delatum, etiam moriens ſine liberis, marito ſuperſtiti in præiudicium domini donare non poteſt 2.13.

*Si quis ea lege feudum poßidet, vt cui ipſe dederit, habeat.*

¶ Si quis ea lege alicui feudum dederit, vt ipſe & ſui hæredes, & cui ipſe dederit habeat, qui ſic accepit id vendere vel donare vel aliter ſi placuerit, etiã ſine domini voluntate alienare 2.48.

*Ex dono donatorem non conueniri.*

¶ Iniquum eſt ſi aliquis ex dono ſuo conueniatur 2.58.3.

*De dono inueſtituræ.*

¶ De inueſtituræ dono v. 2.27.2. verſ. ſi duo homines.

*De variis donationum generibus.*

¶ De donatione propter nuptias, ſimplici donatione cauſas mortis. v. 5.13.

*De dote.*

¶ De feudo in dotem dato. v. 2.17.

*De re allodiali.*

¶ Simpliciter vel cauſa mortis donare licet rem allodialem in fraudem proximioris adgnati 5.13, 5.14.

## De acquirenda, retinenda, vel amittenda poſſeſſione feudi: vbi de inueſtitura & cauſis amittendis feudi.

*Proprietas & poſſeßio feudi penes quos ſit.*

PRoprietas rei immobilis beneficiatæ, penes dantem remanet: vſusfructus verò illius rei ita ad accipientẽ trãſit vt ad eũ

hæredéſque maſculos eius, quinetiam fœminas( ſi de his nominatim dictum ſit)in perpetuum pertineat: ad hoc vt ille & ſui hæredes fideliter domino ſeruiant 2.23. in.f.¶ Ac proinde poſſeſſio beneficij ad vaſallum pertinet, proprietas ad dominum 2.8.in f.

*Feudum quibus modis adquiratur.*

¶Feudum adquiritur & ſucceſſione & inueſtitura 2.1.1.2.11.

*Inueſtitura quid.*

¶Inueſtitura nihil aliud eſt quàm poſſeſſio 2. 2. ac proinde inueſtire nihil aliud eſt quàm in poſſeſſionem feudi vaſallum mittere.

*Quibus modis ſit inueſtitura.*

¶ Fit autem inueſtitura aut reipſa, aut alio modo qui (pro inueſtitura habeatur.) ¶ Vt ſi vaſallo haſta vel corporeum quiddã tradatur 2.2.) ¶Si ita dicatur, Vade in poſſeſſionem feudi & teneas illũ pro feudo 2.33 ¶Idẽ exiſtimãdũ, ſi vaſallus aliquo tẽpore tenuerit aliquid beneficij nomine, domino præſente, & nõ cõtradicẽte,& ſeruitiũ eius quaſi à vaſallo is receperit.2.33. ¶ Pro inueſtitura habeatur ſi quis per xxx. annos rem aliquam vt feudum poſſedit & ſeruitium domino exhibuit: quanuis enim de ea re non ſit inueſtitus,præſcriptione tamen xxx.annorum ſe tueri poteſt 2.26 4.¶ Hoc tamẽ intereſſe videtur quod ſi quis domino iubente ſine inueſtitura feudi poſſeſſionẽ nanciſcatur teneat poſſeſſionẽ quãdiu vixerit, quaſi feudi nomine retinere poteſt,hærede eius nullo modo ei ſuccedente 1.25. 7.

*De poſſeſſione reali.*

¶ Inueſtitura(iuſſiua ſ.)facta & fidelitate, ſubſecuta omni modo cogitur dominus inueſtitum in vacuam poſſeſſionẽ mittere 1. 4.1.7.in f.Quod ſi differat,omnẽ vtilitatem ei præſtat 2.7.in f. ¶ Quinimò ſi facta de feudo inueſtitura, pœniteat dominum antequam poſſeſſionem transferat, præſtando intereſſe vaſallo,nõ liberatur:quoniam dominus poſſeſſionem feudi,de quo inueſtituram fecit tradere compellitur 2.26.6.

*Qui & per quos inueſtire poſſumus.*

¶De nouo beneficio mulier 2.3.1. (aliud iure ſtricto 2.81.) ſed & maior XVIII.annis inueſtire poteſt 2.91.2.2.3. ¶ De Veteri omnes perſonæ minores XXV.annis 2.2.3.2.91.ſeculares,eccleſiaſticæ,fœminæ 2.91.¶ Per procuratorẽ poſſumus inueſtire 2. 3. 1.

*Qui & à quibus poſſumus inueſtiri vel non.*

¶Inueſtiri poteſt maritus de vxoris feudo,iubente ac ſciente vxore 2.85.¶ Fidelitatem facere recuſans inueſtiri nõ poteſt 2.3. 1. in f. ¶ Seruus etiam inueſtiri non poteſt, niſi habeatur pro libero 2.3.1 ¶ Quinimò poſt delatam ſucceſſionẽ manumiſſi, ſi nõ ſuccedut 2.106. ¶ Per Procuratorẽ poſſumus inueſtiri 2.3.1.

*Quibus de rebus poſſit inueſtitura fieri.*

¶ De ſpe feudi ad ſe aliquando reuertenti dominus alium inueſtire purè non poteſt:ſub tempore vel conditione poteſt,vt eiuſmodi inueſtitura tũ demum capiat effectum,cùm id feudũ domino eiúſve hæredi fuerit apertum. In eccleſiaſticis perſonis aliud eſſe quidam exiſtimãt.Nã ſi eccleſiaſtica perſona talẽ fecerit inueſtiturã non aliter valebit, niſi ſibi nõ etiam ſucceſſori ſuo feudũ aperiatur. Verum obtinuit epiſcopos & clericos, ea quæ in dominico inueniunt tempore ſui introitus,in feudũ dare poſſe 2.35. In eiuſmodi inueſtitura hoc etiam notandum, conſenſum eius de cuius feudo agitur non requiri 2.25. 2.2.35. Qui alienæ rei vel obligatæ ſciens inueſtituram accepit de euictione agere poteſt,niſi pacto ſpeciali ſibi proſpexerit: ſi ignorans rectè aget vt aliud eiuſdem bonitatis ſeu quantitatis ei præſtetur.In eo autem nulla eſt differentia, vtrum qui inueſtituram fecit,ſciuerit vel ignorauerit 2.8.

*Quibus præſentibus fiat inueſtitura.*

¶Qui vaſallos habet, ſaltem coram duobus ex illis inueſtituram ſolenniter facere debet,alioquin licet alii interſint inueſtitura minimè valet 2.2. ¶ Excipiũtur tamẽ clerici hi enim inueſtiturã facere poſſunt teſtibus extraneis præſentibus 1.26. ¶ Si vaſallos non habeat,coram extraneis,breui teſtato facto 1.4.

*Quomodo probetur.*

¶ Domino in poſſeſſione feudi conſtituto ac negãte ſe de eo feudo inueſtituram feciſſe, actor inueſtituram probare poteſt vel per publicum inſtrumentũ,vel per pares curiæ domini.Qui ſi nulli ſint aut iurare nolint,per extraneos etiã. Qui ſi etiã non extent,iuriſiurãdi electio domino datur,ideóque aut iurare cogitur aut referre iuramẽtũ.2.2. ¶ Vaſallo verò in poſſeſſione cõſtituto(vt ſi feudũ Cameræ vel Cauenæ in duabus ſeu tribus acceptionibus quietis quaſi poſſideat)& domino inueſtituram negãte:tũc nõ eſt opus probatione,ſed poſſidenti vaſallo datur electio,vt aut iuret ſuum eſſe feudum rectum,(id eſt eius ſe iuſtam poſſeſſionem habere) aut domino referat iuſiurandum 2.2.1.1.26.v.plura ſupra titulo de Probationibus.

*2.De retinenda poſſeſſione.*

¶ Vaſallum in poſſeſſionem miſſum dominus in poſſeſſione tueri ac defendere debet,vti ſuperius oſtenſum,titulo de Euictionibus. ¶ Si inueſtiturã vnius feudi fateatur dominus, alterius verò feudi neget:ex æquo & bono eius etiã feudi ita ambigui & controuerſi defenſionem debet vaſallo 1.4.1.¶Domino feudũ nouũ eſſe dicente.Adgnatis verò defuncti, paternũ eſſe cõtendentibus,manet interim poſſeſſio apud vaſallum.2.26. ¶ Si verò inter filiam & adgnatũ defuncti contentio eſt de feudo,illa,allodium ſeu libellarium:his,feudum eſſe aſſerẽtibus,apud filiam interim poſſeſſio collocãda 2.26.1. ¶ Quod ſi inter filiã defuncti & dominũ lis oritur,domino, feudũ eſſe illa allodiũ vel libellarium aſſerẽte,filia in poſſeſſione interim eſſe debet. 2.26.1.in f. ¶ Ac prioribus duobus caſibus,adgnatis:poſteriori,iuriſiurandi electio filiæ datur 2.26.

*De minore impubere,muto,ſurdo,cæco,claudo,imperfecto,fœmina,clerico.*

¶ Minor 2.26.4.verſ.ſi tamen.¶ Vt & impubes.2.26.5. ¶ Mutus, ſurdus,cæcus,claudus,imperfectus etiã ita natus 2.36.(de muto tamen quidam dubitant 1.6.in f. vt & de fœmina & clerico 2. 36.feudum ſibi delatum retinent.

*De hæreditariis obligationibus actionibus.*

¶ Hæres tenetur ſtare inueſtituræ,factæ à parente 2.58.2 ¶ Idque locum habet in omni ſucceſſore non laico tantum,ſed & clericis & eccleſiaſticis 2.35. ſi modo de ſuis aut Eccleſiæ bonis inueſtiri ſolitis inueſtiturã fecerint,nõ ſi de alieno 2.1.3.1.25.in f.

## DE AMITTENDA POSSESSIONE ſeu quibus modis feudum amittatur.

*Citra delictum vt amittatur.*

VAſallus feudum amittit aut citrà delictũ:aut ex delicto.¶Citra delictũ feuda impropria(vt ſi quis pro vice dominicaria, vel villicaria vel pro decania, vel pro aliis quibuſcunque angariis feudũ acceperit)dantis arbitrio auferuntur,niſi aliud pactũ ſit 2.81. ¶ Sic feuda habitationum,niſi aliud cautum ſit, morte accipientium finiuntur 2.105.¶ Minores etiam valuaſores etiã ſine culpa deueſtiri poſſunt, niſi vel fecerint hoſtẽ Romæ vel feudum emerint 1.7. ¶ Mutus feudum retinere nõ poteſt,ſi tamẽ magnum fuerit feudũ,nihílque mutus habeat, vnde ſe exhibeat,alimenta ex eo conſequetur 1.6. in fine. Sed tamen alij volũt mutum,ſurdum vt & cæcum, & claudũ & aliter imperfectum,etiãſi ſic natus ſit,feudum retinere poſſe 2.36. ¶ Sexus quoque huic rei impedimento. Nam fœminæ in feudis ordinariè ac regulariter non ſuccedunt 2.36. in f.de quo plura diximus ſuprà titul.de pactis & tit.de ſuis.¶ Monachiſmo quoque feudũ amittitur,feudũ enim eo caſu nouũ, ad dominũ:paternum ad adgnatos eius defertur 2 21. ¶ Idẽ dicitur ſi quis clericus fiat aut votũ religionis adſumat 2.26. 4. verſ. qui clericus: aut fiat conuerſus 2.30.hoc enim ipſo feudũ amittit etiãſi habitum clericalem deponat 2.26.4.verſ.qui clericus 2.30.& breuiter,clericatu feudũ amittitur.Huius rei ratio ea adfertur,quòd deſinat eſſe miles ſeculi qui factus eſt miles Chriſti: & quod beneficium non pertineat ad eum,qui non debeat gerere officiũ 2.21.2.30.in f.2.36.2.109. ¶ Ad hæc,feudũ vaſallus amittit, ſi id domino refutauit 1.5.in f.pr.2.38.(ſic è contrario dominus feudum amittit per refutationem 2.9.1.)ſi cõſenſit eos inueſtiri ad quos ſecũdũ rectũ morẽ feudum non pertinebat:quo facto nullo modo ad id repetẽdũ regreſſũ habet 1.5.1.2.39.2. 44.

*Ex delicto & ingratitudine vt amittatur.*

¶ Amittendi feudi cauſæ ob ingratitudinem certa regula aut definitione comprehendi non poſſunt. Egregiæ tamen vt ita dixerim, cauſæ ingratitudinis ſunt, quibus beneficium ſecundum mores curiarum ſolet adimi 2.23.

*Si aduerſus dominum vaſallus deliquerit.*

¶ Si inhoneſtis factis atque indecẽtibus machinationibus dominum ſuũ offenderit,inſidiíſque eum clandeſtinis vel manifeſtis appetiuerit 2,57.¶ Si inimicis domini amicitias ſuas copulauit 2.57,¶ Si credentiam ad domini damnũ ſcienter manifeſtauerit 1.17.2.6. ¶Si in aliis ſic verſatus eſt vt potius inimicus quàm fidelis eſſe,credatur 2.57. ¶Si delator ſui domini extitit,& per ſuã delationẽ graue diſpendiũ ſuſtinere fecerit 2. 24.2.v. item ſi delator. ¶Si ſciens dominum aſſallierit,vel vicum aut caſtrũ in quo eſt 1.5,1.17.2.24.ver.porrò. ¶Si impias manus in perſonã domini vbicunque iniecerit 2.24.verſ.porrò. ¶Si alias graues vel inhoneſtas iniurias intulerit.d.verſ.porrò. ¶ Si morti eius veneno vel gladio,vel aliter inſidiatus ſit 2.24. verſu porrò. ¶Si ſciẽs dolo vel negligentia vel fraude nõ certiorauerit, quàm citius potuit,dominũ,de aſſaltu,morte,captione, patrimonij grandi iactura 2.24.verſ.præterea. ¶Si dominũ in acie periclitantem, non mortuũ non vulneratũ ad mortẽ diuiſerit 1.5.1.17.1.21.2.24.2.2.57. ¶Si à morte eum liberare potuit nec

liberauit

liberauit 2.39.verſ.Si à morte.¶ Si cognouerit dominũ incluſum,aut obſeſſum,& cum cùm poſſet non liberauerit 2. 24.2. verſ.item ſi delator. ¶Si domino iuſtitiam facere neglexit 2. 92. ¶ Si dominus à filio domeſtico vel vaſallo vaſalli, offenſus fuerit,& vaſallus à domino requiſitus deducere ad dominũ eum qui offẽdit neglexerit his enim caſibus feudo priuabitur 2.52.2,2.51.v.quæſitum.

*Si aduerſus perſonas domino coniunctas.*

¶ Si dominum ſuum cucurbitauerit 2.57.id eſt ſi cum vxore (aliud erit ſi cum eius vidua 1.21)domini concubuerit,aut id tentauerit,aut cum ea turpiter luſerit 1.5. ¶ Si cũ domini vel dominæ filia vel nuru,id eſt nupta filio,concubuerit 1.5,2.42. ¶Si cũ ſorore domini in eius domo manente (quæ in capillo dicitur)ſe immiſcuerit 1.5 2.42.2.2.verſ.rurſus. ¶Quid ſi vnum tãtùm ex dominis cucurbitauit? illius tantùm parte priuabitur 2.38. ¶Quid ſi fratrem domini interfecit? feudo non priuatur 2.37.

*Si aduerſus feudi & inueſtituræ conditionem.*

¶ Si citra cauſam iuſtam impedimenti id propter quod beneficiũ datum fuerit ſeruitium facere recuſauerit 2.24.2. verſ. ſed non eſt (hoc tamen fallit,ſi beneficium tale fuit, vt nullum pro eo ſeruitium præſtaret 2.107.2 24.1,2 3. in fi.) ¶ Si dominis ſuis petentibus deſeruire noluerit,1.21. ¶ Si maior XIV. annis 2.55. dolo 2.97.citra iuſtum impedimentum,puta mortem, capitales inimicitias,infantiam,iuſtam abſentiam 1 22.2 52.per annũ & diẽ ceſſauerit in petenda inueſtitura 2.24.Si fidelitati faciendæ obnoxius,non iuſto errore ductus 2.92.ter citatus iurare fidelitatem noluerit 2.24.1.2.3.in f. ¶ Si dominum eiurauit, id eſt ſi non dubius negauit ſe à domino feudum habere 2.34.in fi.feudum,inquam,non rem aliam domini.ſuum inquam feudum,non alterius 2.26.3 ¶Si indicta publica expeditione vocatus à domino ſpatio iuſto ac competente venire contempſerit, aut pro ſe acceptabilem domino non miſerit, aut hoſtenditias non ſoluerit 2.54.2.55.1,2 40. ¶Si à domino in ius eum vocante ter citatus,non comparuerit intra annum 2.22.

*Si aduerſus adgnatos proprios.*

¶ Si fratrem proprium (aliud ſi fratrem domini) 2.37.dolo malo interfecit 2.37.

*Si quæ ſimiles cauſæ.*

¶Si qua ſimilis vel maior cauſa fuerit,feudo priuabitur 1.17,2.24. 2.verſ.ſed quia facit Nouella 115.cap.3.l.vltim.Cod. de ingratis liberis.Nouel.22.c.15.Nouel,117.cap.819.l. 8.Cod. de repudiis. vt Cod.de reuoc.donat.

*Quibus ex cauſis vaſallus feudum non amittit.*

¶ Non omni ex cauſa ex qua opinio vaſalli grauatur feudum amittit.nam & ſæpe deierat (vt cum beneficij portionem alienat abſque domini ſcientia) beneficium retinet,tametſi fidem promiſſam ſeruare non videatur 2. 24. 2. in f. Sic cogitationis pœnam non patitur,ideóque ſi dominum offendere voluerit, nec offenderit,feudo non priuabitur 2.51.verſ.ſi voluerit. ¶Sic non priuatur feudo ſi fratrem domini ſui interfecit 2.37. ¶ Si dominum iniuſtè bellum facientem non adiuit 2.28. ¶Si eundem nõ adiuuit aduerſus antiquiorem dominum,is enim cæteris à vaſallo preferendus 2.28.in fine. ¶Si nõ requiſitus à domino anni ſpatio domino ſe non repræſentauit 2.26.4.verſ.etſi. ¶Si non magno periculo domino imminente ſeruitiũ non obtulit,ſi tamẽ ſeruire paratus ſit 2.26.verſ.licet 2.28.1.37.1.¶Si æs alienum domini ſoluere neglexit,aut etiam non ſoluit, licet eo non ſoluto dominus fortè in periurium poſſit incidere 2.26.verſ.licet 2.36.in f.

*Imperatorem amittendi feudi pœnis etiam obnoxium.*

¶ Imperator ſuccedens in aliquo ducatu, niſi fidelitatem faciat, feudum amittit.poteſt tamen eo caſu alium ducem in ducatu conſtituere, qui feudo ſeruiat & domino fidelitatem faciat 2.100.

*Qui non amittunt beneficium ſine culpa.*

¶Capitanei Regis à Rege,ſed nec capitanei impropriè ſumpti ab ipſis Capitaneis Regis poſſunt deueſtiri ſine culpa. Minores poſſunt ſine culpa niſi fecerint hoſtem Romæ 4.7.

*Quot teſtibus cauſæ ingratitudinis ſuperiores probandæ.*

¶ Quinque teſtibus integræ opinionis cauſæ ingratitudinis probandæ 2.57.

*Quibus ex cauſis dominus cauſam amittat.*

¶ Dominus quoque feudum variis modis amittit,citra delictum ſcilicet vel ex delicto. ¶Citra delictũ feudum amittit,ſi refutationem feudi faciat 2.9.1. ¶Ex delicto, quibus ex cauſis vaſallus feudum amittit,ob eaſdem ipſe dominus in vaſallũ delinquens feudi proprietatẽ amittit, eáque vaſallo committitur & adquiritur 2.26.domino committẽte feloniam & 2.47. ¶In his enim omnibus dominus fideli ſuo vicem reddere debet, quod ſi non fecerit,meritò cenſetur malefidus 2.6. ¶Quinetiã dominum Curiæ vel maioris poteſtatis iudicio non adquieſcẽtem vaſallus deprædari poteſt 2.22.

*Ingrati vaſalli vel domini bona cui committantur.*

¶Vide infra Titulum de bonis damnatorum.

*De vſucapionibus, & vſucapionibus.*

¶ Præſcriptione nulla obſtante dominus alienationem feudi factam illegitimè,reuocare poteſt:ſed & hoſtenditias,id eſt pœnam vaſalli non reſpondentis ad delictum 2.40.

¶ De præſcriptione temporis v.2.55.2.83.2.87.

¶ De quocunque tempore 2.28.3.

¶ De quantocunque tempore 2.26.verſ.licet 2.28.3.

¶De antiquis temporibus 2.10.

¶De longo tempore 18 1.28. ¶Longi tẽporis præſcriptione feudum bona fide adquiri poteſt 2. 85. Etiám longi temporis facto,vaſallus cõditionem domini eiúſve ad quem feudum reuerti debet,deteriorem facere non poteſt 2. 8. in pr.& 1. verbi gratia ſeruitutem imponere 2. 8. 1. tertiam aut quartam vxori donare propter nuptias 2.8.2.

¶ De hora 1.11.

¶ De ſeptem diebus 2.24 1.

¶De ſpatio tertio ſeptem vel decem dierum 2.22.

¶De quatuor ſeptimanis 2.27.quicunque verſ.quod ſi.

¶De triginta diebus 5.13.

¶De Menſe Martio,Auguſto,2.28.3.

¶De ſex ſeptimanis 2.27.verſ.quòd ſi.

¶De quatuor menſibus 5.13.

¶De anno 1.1.1.1.2.in pr. 1. 26.11.2.22.2.27,4.verſ.etſi 2.27.4.2.44. 2.55.1.2.73.2.76.2.97.

¶De anno & die 2.24.2.40.2.52.3.2.54.in f.pr.

¶De anno & menſe.1.22.

¶De quinquennio 2.53.1.in f.

¶De decennio 5.13.

¶De XVIII.2.53.

¶De XX.annis & vltra 1.21.

¶De maiore XXV.annis 2.55.in pr.

¶De XXX.annis & triginta annorum præſcriptione 1.28. 2.26.4.2. 90.1.

¶De XL.annis 2.58.2.

¶De LXX.annis.2.53.

## De re iudicata.

SI vaſallus cauſam amiſit per ſententiam 2.25.Vaſallus ſi de ſuo beneficio agit aut conuenitur,ſiue obtineat ſiue non,licet ignorante domino,firmum erit illud iudicium 2.26.6.verſ.ſi vaſallus.

## De confeſſis.

NOuam inueſtituram,domini etiã confeſſione probari poſſe quidam aiunt,quidam negant 2.32.

## De exceptionibus.

VAſallus ſi feudi nomine conuenitur, vtiliter agendi & excipiendi habet poteſtatem 2.43.defenſionem poteſt opponere 2.8.verſ.rei.

¶De exceptione pacti de non petendo ſeu renuntiationis 1.5. 1.2. 9.1.2. 38.2.29.2.44.

## De obligationibus & actionibus.

HÆredes & ſucceſſores obligantur ex inueſtitura ſuorum auctorum 1.3.1.25.in f.2.35.2.58.

¶De rei vindicatione 2.8.2.43.

¶De condictione ex cauſa 1.21.

¶De actione ex Empto 2.55.

## De ſolutionibus.

AEs alienum domini ſoluere vaſallus nõ tenetur, tametſi dominus non ſoluendo;in periurium poſſit incidere 2.26.verſ. licet 2.39.in f.

## De furtis.

VT furtum legitimum puniatur 2.53.1. ¶ Vt qui quinque ſolidos valens aut plus furatus fuerit, laqueo ſuſpendatur,quĩ minus ſcopis & forpice excorietur & tondeatur 2. 27. 8. ¶De Rapina 2.27.2. ¶De Publicis latronibus 2.27.6.

## Arborum furtim cæſarum.

VT qui vineas aut pomaria exciderit præſcriptioni & excommunicationi incendiariorum ſubiiciatur 5.10.in f.

### De incendio rate & naue expugnata.

DE incendiariis pleniſſimè v.5.10.
De rate expugnata v.5.17.9

### De iniuriis.

VT Iniuria legitimè puniatur 2 53.1. ¶Si quis aliquem intra pacis edictum vulnerauerit.2 27 ¶ Si quis aliquẽ abſq.ſãguinis effuſione fuſtibus percuſſerit,vel crines eius aut barbã expilauerit 2 27. ¶ Si abſque percuſſione quis aliũ inuaſerit Zitterhand,id eſt calida manu ac verberibus contumeliiſque malè tractauerit 2 27.

### De Receptatoribus violatorum pacis.

2.27.2, 2.53.2.verſ.receptatores.

### De Collegiis.

DE conuenticulis & coniurationibus 2.53 2.

### De accuſationibus.

VAſallus dominum accuſare aut teſtimonium in eum ferre,in cauſa criminali non poteſt, in ciuili modica poteſt 2.31.1. ¶ Eóque pertinet quod ſuprà dictũ eſt,vaſallũ delatorẽ domini,& per ſuam delationem graue diſpendium dominum ſuſtinere facientem,feudum amittere 2.24.2.verſ.ſi delator.

¶ Si ruſticus militem : vel milesruſticum , vel miles militem de pace violata accuſet v.2.27.3.

### Ad l.Iul.Maieſtatis.

DE crimine Maieſtatis v.2.56.Qui ſint rebelles,v.lib.5.Tit.20 ¶ Si ciuitas oppidum,Dux Marchio,Comes Capitaneus,valuaſor maior aut minor pacẽ violauerit 2.53. ¶Si Epiſcopus pacẽ violauerit 2.53.2.v.Epiſcopos. ¶ Si clericus de pace violata damnatus ſit 2.27.1. ¶ Si quis hominẽ intra pacis Edictum cõſtitutum vulnerauerit:iniuria affecerit,vel occiderit 2.27.verſ. ſi quis alium.Si quis pacem iurare aut ſeruare noluerit.2.53.2. verſ.qui pacem.¶Si quis violatorẽ pacis receperit apud ſe 2.27. 2. 2.53 .2 verſ.receptatoribus.

### Ad L.Cornel.de ſicariis.

DE Homicidio 2.53.1.verſ.Homicidium. De veneno 2.24.2.

### De vi publica.

ARmorum vſus quemadmodum ruſtico,mercatori peregrinanti,cuius denique in placito comitis permiſſus 2.27.5.

### Ad l.Cornel.de falſis.

DE instrumento falſo 2.58.3.

### De Annona.

NE quis vltra pretium annonæ in prouincia ſtatutum , carius annonam vendat 2.27.4.

### De Pœnis.

DE pœna laquei 2 87.8.manus amputationis 2.27.de fuſtigatione,tõſione 2.27.8.domus deſtructione 2.53. Librarũ centum xxx.l.xx.iii.v.2.53.x.iii.v.2 53.1 xx.v.vide 2.27.1.2.27.4.

### De bonis damnatorum.

EX delicto vaſalli feudũ ad dominum reuerti ſolet 1.17, 1.21.2.98. ¶Si crimen quod vaſallus admiſit,dominũ ( verbi gratia ſi cõtra legẽ Lotharii feudum alienauit 2.24.3, 2 38.)non extraneũ ſpectat,feudum(ſi tamen paternũ fuit)domino committitur:vt hanc habeat ſuæ iniuriævltionem:ſin minus,nõ ad filios aut deſcendentes damnati 2.26.6.verſ.ſi vaſallus 23.1.ſed ad vaſalli proximos 2.24.2.37.in f. pr.adgnatos qui quarto gradu 2. 26.6.verſ.ſi vaſallus:alii tamen putant feudũ ad dominum non pertinere,donec aliquis maſculus delinquenti ſupereſt,cui ſententiæ alij contradicunt 2.98.

¶ Si vaſallus vnum tantùm dominum cucurbitauerit, eius tantum parte priuatur 2.38.

¶ Cum feudum hæreditarium vni ex cohæredibus propria culpa aufertur , cæteris non fit præiudicium, eo tamen viuo vel ſuis hæredibus,feudum ad cæteros veniet 2.78.

¶ Ob prælati Eccleſiaſtici delictum,feudum,Prælato tantum viuente,committitur eo mortuo ad Prælati ſucceſſores reuertitur 2.40.1.

¶Ob delictum in vaſallum admiſſum,dominus feudum amittit, ipſique vaſallo adquiritur 2.26.verſ.domino committẽte 2.47.

¶ Imperator niſi fidelitatem faciat,aut aliũ in feudo adquiſito ac delato ſibi conſtituat,feudum amittit 2.100.

Res & pretium vendentium & ementium rem in fraudem proximiorum,ſi in eo periurij conuincantur,fiſco committitur 5.13.

¶ De bonis vacantibus,in digno ereptis , contrahentium inceſtas nuptias,damnatorum,proſcriptorum,committentium crimẽ maieſtatis & aliis v.2.56.

### De appellationibus.

AB iniqua ſententia pariũ ad Imperatorẽ appellari 1.22.1. 26.

### De iure fiſci.

¶ V.Titulum quæ ſint Regaliæ 2.56.& 5.13.

### De re militari.

NE ſerui ſacerdotum,diaconorum & ruſticorum filii cingulum militare aſſumant 5.11.in fi.

### De extraordinariis cognitionibus & ſi Iudex,&c.

DE illicitis exactionibus 2.53.2.in fi.
¶ Si iudex vel magiſtratus iuſtitiam facere neglexerit 2.53. 1.verſ.iudices.

¶ Si quis aduocatiam vel aliud beneficiũ inornatè tractet 2.27.7.

¶ Venatio quibus & quemadmodum interdicta 2.27.5.verſ. Nemo retia.

¶Pabulatio quatenus peregrinanti permiſſa 2.27.8.in f.

### De verborum ſignificatione.

NOmenclaturam Perſonarum & rerum vide in Titulo de ſtatu hominum & rerum diuiſione ſuprà.

¶ Aduocatia 2.27.7.eſt dignitas vrbis aut Eccleſiæ præpoſitura c. ſaluator 1.quæſt.3.c.in quibuſdã de pœnis c.præterea de iure patronatus.Hinc aduocatus Auguſtæ apud Vrſpergenſ.Aduocatia Betunæ,in Chronicis Fland.Tugurinenſis in Auſtria Lazij. Aduocatus & Aduocatia in donatione Caroli magni apud Mutium Chronic.9.

¶ Allodium de quo 2.54, & 2.17.in fi.& 2.26.1.2.29 , id dicitur cuius poſſeſſor nemini leudes eſt.Inde,allodium proprietas dicitur 1.4.2.2.29, proprium 2.42 , Ius proprii 2.44.hæreditas 2. 45 2.51.3.res mancipi à Sigeberto.

¶ Armandiæ vel Armaniæ 2.56.Fabricæ, publica armamentaria Nouel.85.

¶ Cambium 1.4.2, 1.22.verſ.ſi quis,id eſt permutatio.

¶ De Camera feudum 2.58 , 2.1.

¶ De Cauena feudum 2.58, 2.1.11.

¶ In Capillo ſoror 1 24.2.id eſt inupta.

¶ Clientulus 1.10.vaſallus.

¶ Credentia 1.17.arcanum,ſecretum.

¶ Cucurbitare dominum ſeu cum vxore domini concumbere: vel concubitum eius tentare 1.5 , 2.57.

¶ Curtis 1.2.1.domus,palatium,caſtrum.

¶ Felonia 2.26.6.2.37 , 2.38 , 2.39 , 2.47.

¶ Fidelis 1.1.11.id eſt vaſallus.

¶ Decania 2.8.

¶ Dominicaria vice 2.81.

¶ Gaſtaldiæ feudum 1.2 , 2.94. quod alicui tanquã actori aut procuratori prædii domini datur.

¶ Gaſtaldus vel actor domini 1.10.

¶ Geniculus 1.1.4.id eſt,gradus.

¶ Guardiæ feudum 1.2 , 1.4.3 , 1.11.2.94.quod alicui tanquam cuſtodi caſæ dominicæ datur.

¶ Guarentizare 1.34.id eſt eſt euictionem præſtare.

¶ Hoſtenditię,adiutorium quod faciunt vaſalli dominis,cum rege in hoſtem pergentibus 2.40.

¶ Hoſtem facere 1.7.2.40.id eſt in expeditionem bellicam ire.

¶Inuadiare 2 27.in f.eſt pignori obligare.

¶Iudex Curtis 1.18. Is iudicabat inter conuaſallos de feudalibus controuerſiis.

¶Verbum *Legitimus hæres*.in feudis maſculum ſignificat 1.13.2.34. verſ.profecto 2.26.in fi.

¶Manſus 1.4.5.hæreditas,prædium.

¶Marchio à marcha:quæ vt plurimum iuxta mare poſita 2.10.

¶Ad Morganaticam matrimonium 2.29.Albertus Argentinenſis Morganatico iure donatum. Morgangheba donatio collata in vxorem manè die Nuptiarum.

¶Paragium [ſeu Pedagium vel Paradogium] adquirere 2.10.Ius parium conſequi.

¶Plebei 2.10.qui nouiter feudum acceperunt à Capitaneis.

¶ Precaria 1.9.in fi.ceſſio vſusfructus.

¶Regaliæ 2.56.

¶Sacramentales 1.4.2.10.1.28.

¶ Senior 1.17.i.dominus.

¶ Soldata dicitur,quia plerunque in ſolidorum donatione conſiſtit.2 10.in f.

¶ Tituli Eccleſiæ 1.6.prædia clericis ad alimenta deputata.

¶ Valuaſor v.nomenclaturã perſonarum Titul.de ſtatu hominũ.

¶ Valuaſinus 2.10.

¶ Vaſallus v.Nomenclaturã perſonarum Tit. de ſtatu hominum.

¶ Villicaria vice 2 81.

De re-

## De regulis iuris.

REgula aut definitione certa cauſæ feudi amittendi non poſſunt comprehendi: ſunt tamen vt ita dicam, egregiæ quædã ingratitudinis cauſæ, quibus beneficium ſecundum mores curiarum ſolet adimi. 2.23.

¶ Fœminæ locus non patet in feudi ſucceſſione, donec maſculus ſupereſt ex eo qui primus de hoc fuerit inueſtitus 2.17.

¶ Inuitus alium quàm quem voluerit, ſibi adquirere vaſallum dominus non cogitur. 2.12.

¶ Non vult hæres eſſe, qui ad alium transferri voluit beneficium 1.51.2.29, 2.44.

¶ Factum fratris fratri in feudo paterno non nocet 2.93. ¶ Culpa vnius cohæredis, cæteris non præiudicat. 2.78.

¶ Secundum libertatem reſpondendum 5.14.

¶ Perſona ſeruilis poſt delatam ſucceſſionem etiam manumiſſa, in feudo non ſuccedit 2.106.

¶ Qui ex liberalitate cõueniuntur domini, in id quod facere poſſunt condemnandi 2.58. ¶ Iniquum eſt ſi quis ex dono ſuo cõueniatur. 2.58.3.

¶ Quod ab initio de iure non valuit, tractu temporis conualeſcere non debet, 2.55.

¶ Qui in alterius locum ſuccedunt iuſtam cauſam habent ignorantiæ. 2.92.

¶ Vaſallus vaſalli mei, vaſallus meus eſt 2.52.2.51.

¶ Ætati 1.22, & imprudentiæ ſuccurritur 2.26.6.

¶ Minor fidelitatem facere non cogitur donec venerit in maiorem ætatem in qua doli capax ſit 2.26.4. verſ. ſi minori.

¶ Dolus abeſſe videtur ſi iuſta cauſa impediat 2.52. in f.

¶ Aequitas in paribus cauſis paria iura deſiderat 2.54.

¶ Quod quiſque iuris in alium ſtatuit, ipſe eodem iure vtatur 233.1.

¶ Inter dominum & vaſallum nulla fraus, nec vllum malum ingenium interuenire debet 2.52. in fin. 2.97.

¶ Ex omni felonia ex qua vaſallus feudo priuatur, ex eadẽ dominus feudo etiã priuatur 2.47.2.26.6. v. domino, nõ eſt æquum videre egentẽ quẽ prius habueris in coniugẽ vel amicũ 2.58.1.

¶ Id quod de communi expenſum, pro parte communi reſtituẽdum 2.12.

¶ Qui ſuum beneficium alii dat, nõ debet alia lege dare niſi qua ipſe habet 2.34.2.

¶ Quod dicitur alienatione feudum aperiri domino: id intelligendum eſt, cùm à ſcientibus alienatur beneficium 2.42. in f.

¶ Eccleſia non deſinit eſſe hæres 1.13. adde quædam de Eccleſiæ laude ex 1.13.

¶ Deſinit eſſe miles ſeculi qui factus eſt miles Chriſti 2.21. 2.109.

¶ Non ſufficit abſtinere à malo, niſi fiat quod boni eſt 2.27.

¶ Qui qualibet ratione de ſuis rebus impeditur alienare, is nec per feudum poteſt inueſtituram facere 2.3.

¶ Pluralis locutio duorum numero contenta 2.58 2.

¶ Pares maiorem iuriſdictionem habent de ſuo pari, quàm de ſuo domino 2.79.

¶ Actore nihil probante qui conuenitur, obtinet, vel abſoluitur 2.33. verſ. vbi nihil.

¶ Ligius homo duorum eſſe nemo poteſt 2.99.

¶ Vnuſquiſque ſibi ſuiſq; hæredib. videtur proſpexiſſe 2.18.2.90.

¶ Iuſta ignorantia, vel parui temporis negligentia cũ iniquæ poſſeſſionis periurio, domino in poſſeſſione damnum adferre nõ debet 1.26. in fi.

¶ Feudum non ſub prætextu pecuniæ, ſed amore & honore domini adquirendum 1.27.

¶ Legum Romanarum non eſt vilis authoritas, ſed non adeò vim ſuam extendunt, vt vſum vincant aut mores 2.1.

¶ Parem corrumpi pecunia, odio gratia non eſt ſuſpicandum. 2.58. in fi.

¶ Promptiores ſumus ad abſoluendum quàm ad condemnandum. 2.28.1.

¶ Inueſtitura fidelitatem præcedere debet 2.4.

¶ In generali alienatione feudum non continetur 2.26. verſ. In generali.

¶ Qui præſens actum impedire poteſt nec contradicit, is habetur pro conſentiente 2.9. verſ. ſi porrò 2.26.5. verſ. ſi Titij. 2.32. verſ. inde etiam.

¶ Natura nouas deproperat formas edere 2.24. verſ. ſed quia.

¶ Ratihabitio etiam tacita confirmat actum inualidum 2.39.

¶ Portionem feudi alienans fidem promiſſam ſeruare non videtur 2.24.2. in fi.

¶ Legitimè factum ſuperueniente facto, non retractandum 2.106.

¶ Stipendium conſequi debet qui ſuum obſequium commodat. 2.107.

¶ Reſoluto iure dãtis reſoluitur ius accipiẽtis 1.13, 2.8.1, 2.9. inſ. pr.

FINIS.

Corpus Iuris Civi
cum Notis Gothof.

948 2 -
1804